QVAESTIO THEOLOGICA,

IN QVA DISPVTATVR:

Vtrum Adam primus omnium hominum parens in statu innocentiæ, in quo Deus creauit illum, esset immortalis.

Et occasione differendi de veritate istius quæsiti, multa argumenta philosophica, ex Peripateticorum fontibus vberrimis desumpta, proponuntur discutienda, vt de materia prima, de statu elementorum, de Ortu, & Interitu, de Alteratione: de humido radicali: de Calore: de ligno Vitæ, & alijs multis. Et totum hoc in Prima Parte. In Secunda ad viuum vberrimè veritas exprimitur, vbi digressio contra Hereticos proponitur. Et tandem in Tertia Parte argumenta Philosophorum diluuntur. Opus, ex cuius lectione Theologi, Philosophi, & Medici vtilitatem, delectationemq; percipient.

Auctore NICOLAO CIGNINIO Pisano Canon. Theologo in Ecclesia Cathedrali Sancti Laurentij Viterbij.

Ad Illustriß. & Reuerendiß. Dominum

D. TIBERIVM MVTVM

S.R.Eccl. Card. dignis. & Episc. Viterbien. & Tuscanen.



VITERBII, Ex Typographia Discipulorum 1620.
SVPERIORVM PERMISSV.

Ego F. Ambros. de Comitibus Ord.S.Hieron. Cong. B.Petri de Pisis Theol. Episc. Viterbien. vidi, & perlegi librum, cuius titulus est Quæst. Theol. Vtrum Adam primus omnium hominum parens in statu innocentiæ in quo Deus creauit illum, esset immortalis, D. Nicolai Cignini S. T. D. & Canon. Viterbien. & nihil in eo reperi quod Fidei Catholicæ, bonisq; moribus repugnet, immo re vera opus maximè eruditum, & dignum vt typis mandari valeat. Viterbij die 17. Octobris 1617.

Frater Ambrosius de Comitibus manu propria.

Ego F. Io: Cencinus Sac. Theologiæ Professor vidi Quæst.D. Nic. Cignini S.Laurentij de Viterbio Canonici, Physici, atq; Theol. summæ eruditionis, quæ intitulatur de immortalitate Adæ in statu innocentiæ, & nihil in ea inueni, quod contrarietur Fidei, siue bonis moribus, immo vtilis est, & delectabilis, cuilibet pio lectori. In quorum fidem &c.

Ego F. Io: Cencinus manu propria.

Ego Cæsar Criuellatus Physicus Viterbiensis fidem facio me vidisse opus Adm. Reu. & Excell. D. Nic. Cigninij, Physici, atq; Theol. Can. Cathed. S.Laurentij Viterbij, cuius inscriptio est Quæst. Theol. atq; in eo nihil inuenisse contra Fidem Catholicam, & bonos mores, immo reperijsse illud, plenum eruditione, & doctrina, & esse admodum vtile, delectabileque. In fide &c.

Ego Cæsar Criuellatus Physic. manu propria.

Imprimatur.
Troilus Accursinus Vic. Gen. Viterbien.

Illustriss. ac Reuerendiss. Domino

D. TIBERIO MVTO

TITVLI S. PRISCAE

S. R. E. Presbytero Cardinali dignissimo, Episc. Viterbiensi, & Tuscanensi.

Nicolaus Cigninius Deditissimus S.

MAxima inter sapientes (Cardinalis Amplissime) de mundi, hominisq; origine concertatio semper orta fuit, hac de re adeò, veritatem agitare volentes, vt nullus permanendi locus, huc, illucque impulsam, in quo stabilis redderetur, illi, esset adinuentus. Poetæ ad fabulas conuersi, ad eum ridendi actum homines concitarunt. Philosophi se de illorum sapientia iactantes, inflati incedentes, & de rebus diuinis secundum demonstratiuum habitum verba facere arbitrantes, nihili facientes super naturale lumen, certissimum illud quidem, stulti facti sunt; qui naufragium facientes miseri, in magnos, immò potius mortales scopulos, syrtesque impingentes, à veritatis semita deuiarunt. Nil re vera stultius, nil certè absurdius, quam amborum chaos, nè dum tueri ratiocinationibus; verum etiam ex-

cogitare. Quid illorum nocte horrendius? Hanc illorum falsitatem videns Aristoteles in duodecimo Diuinorum, funditus euertit. At nos, à veritate edocti, cognouimus, Deum in principio temporis cœlum, & terram creasse. Sed iterum ad fabulas redeuntes, à principio solos deos in mundo vitam ducere asseuerarunt, & huic vastissimæ rerum vniuersitati mortalium genera deesse, quorum fatale tempus, vt in lucem ederentur, cum aduenisset, ea corpora ex igne,& terra conflata esse,docuerunt;qui Epimetheo, Prometheoque mandarunt, suis viribus, suisque virtutibus quodlibet animalis genus vestire, quò animalia ex vno, eodemque principio genita, inter se formarum naturalium diuersitate distinguerentur,suasque operationes ederent. At videns Prometheus, hominem inermem esse futurum, illiusque præuidens nuditatem, imminereq; fatalem diem, vt in lucem prodiret, & à cæteris sapientiam longè distare, artificiosam sapientiam cœlestem, furando ignem, in hominem intulit, quà homo decoraretur. Siquidem sapientia inter Iouis thesauros abdita latebat,cuius arcem altissimam neque poterat, neque illuc ascendere licebat. Perpendamus quæso,quę nugæ canorę. Aristoteles volens se ab omnibus angustijs liberum reddere, & hanc vastissimam molem, & species æternas, atque ab æterno fuisse generationem, & ex consequenti indiuidua secundum speciem æternitate gaudere, ratus est, mundumque esse æternum, & à parte post, & à parte ante,confirmauit,à cuius opinione diuinus Plato discessit, omnium creationem in Dei bonitatem referens, à quo omnis liuor erat omnino alienus,qui hanc rationis participem creaturam, quam hominem appellamus suo fœcundissimo intelligendi actu, voluntate concurrente creauit, & quod magis est ad imaginem, & similitudinem suam. Valeant igitur quorundam sententię,

qui

qui ab inuidiæ morboſo affectu, inuidum lacerantem, ex carnificantem, exoſſantemque, Deum affici iudicarunt, homini inuidentem. A ſimilitudine amorem originem trahere, apud omnes & Platonicos, aliosq; Philoſophos, pro comperto habetur. Omnia Deus amore proſequitur; ſed magis hominem ad imaginem, ſimilitudinemque ſuam conditum, qui per ſimplicem emanationem creatus eſt, ſicuti & mundus. Et totum hoc in Dei voluntatem, amoremq; referendum eſt. Sed nunquid amor absq; donis? Nullo modo; cum probatio amoris operis exhibitio eſſe dicatur. Amore creatus eſt homo, dona igitur illi contulit, ſuo amori proportione reddentia. Et quæ dona? Suas diuitias, liberalitatem animo voluamus, Diues eſt in omnes, qui inuocant illum, & dona naturalia, & ſupernaturalia elargiens, hominem diuinæ naturæ, illum creando, participem faciens, donum iuſtitiæ originalis, & gratiæ conferens, vt immortalitate frueretur, ſed infelix omnes calamitates paſſus eſt, & tandem rei veritas nobis explicat, in laqueum mortis incidiſſe, ſonorumq; ac numeris omnibus expletum concentum citharæ corporis Adami, indiſſonātiam eſſe conuerſum. Et totum hoc, quia per peccatum ab originali iuſtitia, & gratia defecit. Quas veritates perpendere nolentes Philoſophi, verè à quibus interitus originem duxerit, non cognouerunt, hominis ſtatus diſtinguere ignorarunt. Quare optimè cognoſcens, Philoſophos puros hanc veritatem ab eis eſſe valdè remotam, quò veritas aperta, manifeſtaq; illis, omnibusq; appareret, nihil curans de illorum opinionibus, hanc quæſtionem diſcutiendam propoſui. An Adam primus omnium hominum parens, immortalitate in ſtatu innocentię frueretur; ea omnia animaduertens, quid Philoſophi Peripatetici, quos amo, amauique ſemper, huic quæſtioni reſpondere poſſent, qui à veritate non diſceſſerunt, ſi di-

uersi hominis status distinguantur, quam Theologica facultas ad viuum expressit. Vnde Poetas, multosq; Philosophos omnino destituens, ad sacram doctrinam, tanquam ad sacram anchoram cõfugiens, has meas diurnas, nocturnasque vigilias, hos meos labores, veritatem istius nobilissimæ quæstionis patefacientes, quã semper etiam à teneris incunabulis plurimi feci, dominationi tuæ Illustrissimæ, & Reuerendissimæ dedicare decreui, optimè noscens, qua mente acerrima, quavè peritia prædita sit & præcipuè in iudicando de aliorum doctrina, & ingeniorum bonitate. Hoc igitur opusculum (Cardinalis Amplissime) hilari animo, vultuq; sereno, vt semper fecisti, semperq; facis, iucundissimo risu omnes intuens, & omnibus benefaciens, accipias velim. Quæ omnia animaduertens, multasq; alias virtutes, quibus decoratus es, Beatissimus Pontifex Maximus Paulus Quintus, ingenij tui felicissimi sagacitatem expertus, & in speculandis rerum causis, & in diuersarum actionum generibus, iudicium tuum æstimans, ad Cardinalatus dignitatem te sublimauit, qui Pontifex Maximus tuas virtutes remunerando, beneuolentiam demonstrando, optimè nouit, dantem formam, ea omnia, quæ formam consequuntur, præstare. Viuat Beatissimus pater iste Nestoreos annos, eosdemq; sub tanto, taliq; Pontifice, quem vniuersus orbis admiratur, & veneratur; viuat etiam dominatio tua Illustrissima. Et si cognouero, gratum illi fuisse donum de Adami immortalitate, ei maiora, quæ iam præparata sunt, sub tuis felicissimis auspicijs typis excudentur. Vale, & Cigninium, Canonicum tuæ Cathedralis Ecclesiæ, ama.

INDEX MATERIERVM
OMNIVM CAPITVM
iſtius quæſtionis.

 poſitum

tus

Respon-

FINIS.

INDEX
TOTIVS QVAEST.
THEOLOGICAE
Per alphabetum dispositus.

A

Actus

Animalia

Adæ

Bonitas

B

C

b *Christus*

Causa

D

Deus

E

F

Filius

G

Gratia

H

I

Interitus

In

L

M

Mulier

N

c 2 *Nutri-*

O

 ſi per

P

opinio

Peccatum

Quæ

Q

Qua-

R

Responsio

S

Sepia

Status

T

Tempore

V

Vita

FINIS.

QVAESTIONIS THEOLOGICAE PRIMA PARS.

Vtrum Adam, primus omnium hominum parens in ſtatu innocentiæ in quo Deus creauit illum, eſſet immortalis.

Prohemium totius Quæſtionis.

QVONIAM nihil pulchrum, nihilq; amabile ſine debito ordine, ordinataq; diſpoſitione reperiri, excogitariq; poteſt, qui meritò formæ rationem habere videtur, & propterea boni, & appetibilis; vt recto ordine in exquirenda iſtius iucũdiſſimæ quæſtionis veritate procedatur, cuius quidẽ inquiſitionẽ quantũ vires ingenij mei patiũtur, ſtudioſam, & non curioſam eſſe velim; quoniam ſi fortaſſe animus in curioſitatem labatur in rerum diuinarum cognitionem, Deus, illorum ſuperbiam agnoſcens, illis reſiſtendo, dat ſecretorum ſcrutatores, quaſi non ſint, inquit Iſaias cap. 40. Iſaias 40.
cui conſentit Salomon in libro Prouerbiorum cap. 25. dicens. Prouerb. 25.
Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria, qui, docens curioſitatem diuinorum euitare, in libro Eccleſ. cap. 3. ſcriptum reliquit. Eccleſ. 3.
Altiora te, ne quæſieris, & fortiora tè, ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non enim tibi neceſſa-

cessarium est, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis; sed ista à sapientibus, & prudentibus sunt abscondita, & paruulis,
Matth. 11. ideſt humilibus sunt à domino reuelata Matth. cap. 11. quibus quod notum est Dei, manifestum est. Deus enim illis manifestauit, sed superbis illud euenire videtur, quod posteritati man
ad Rom. 1. dauit D. Paulus ad Rom. cap. 1. de hominibus qui, cum Deũ cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt; sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt: studiosa tamen ex sacrarum scripturarum speculatione redduntur, lumine precipuè reuelato. Et hoc præstandum esse apud Ioannem præcipitur cap. 5. Dicit namq; Christus. Scrutamini scripturas,
Ioan. 5. quoniam ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me; eoque præsertim, cum parati esse debeamus, rationem reddere de ea,
1. Petri 3. quæ in nobis est fide, & spe, 1. D. Petri cap. 3. & vt Doctor Theologus exhortari valeat, & illos, qui contradicunt, arguere, amplectens eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem. Immo vani sunt omnes homines, quibus scientia
Sapien. 13. Dei non subest; vt dicitur Sapien. 13. Quomodo necessarium est, in Ecclesia Dei reuelatã cognitionem diuinorum reperiri. Et quoniam Philosophicas disciplinas, sacramq; doctrinam semper feci plurimi, fragantissimoq; desiderio illas addiscẽdi, sum detentus: Et quia proposita quæstio & secundum Philosophorum doctrinam, & secundum Theologorum cognitionem disputari potest; ideo ante omnia, ne confusio oriatur, & ordo, iam propositus, seruetur, ratiocinationes philosophicæ, ex principijs illius erutę, proponẽtur, vna cũ argumentis, ex fontibus theologicis exhaustis, quibus veritas, quæ semper vna est, labefactari videbitur. Et totum hoc in prima parte Quæstionis. Deinde in secunda parte, quid secundum veritatem, & ex consequenti secundum veram Theologiam sit sentiendum, aperietur. Et tandem in tertia parte ratiocinationes, quæ veritatem ad nihilum reducere videbantur, enodabuntur, vt in hanc pulcherrimam, splendidissimamq; lucem veritas non fucata, neque alienis vestibus vestita, quæ tandem essent deponendæ; sed suis proprijs coloribus, qui deturpari non valent, & suis vestibus induta, quas neque tineæ demoliri possunt, neque latrones furari, quæ neque vsu consumuntur, omnibus manifestabitur. Est enim Theologia,

veri-

veritatem custodiens, regina omnium aliarum scientiarum, cui omnes ancillantur, mittens illas, vocare ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, quæ veritatem nec patitur, nec vult deturpari. Sed cum veritas sit cognoscenda, & omnium oculis spectanda proponatur, quam tantifecit Christus dominus noster, qui in hunc mundum se venisse, affirmauit, quò testimonium veritati perhiberet, quæ licèt aliquando ab humana mente maxima facilitate percipiatur, quod quidem nobis principia per se nota indicant, existentia veluti locus ianuæ in domo 2. Met. part. 1. in cuius ingressu nullus decipitur, quæ ex cognitione terminorum cognoscuntur, quorum termini redduntur noti, illorumque veritatem ignoramus vnde, quando, & quomodo mens humana apprehenderit, ex doctrina Arist. & sui commentatoris Auerrois in 2. Metaphysicæ particula prima, in 1. Posteriorũ part. 6. nihilominus aliquando in densissimas, obscurissimasq; tenebras mergitur, quæ per certas, perspicuasq; demonstrationes, cognoscitur; & si aliquando medio modo se habeat syllogismo imbecillo ad sui manifestationem indigens, quæ omnium maximè ab intellectuali virtute desideratur, per quam humana mens maiores perfectiones assumit, boni rationem habens, & maiores, & perfectissimi boni, in quantum obiectum maioris, vel minoris, vel perfectissimi omnium boni habere dicitur. Omnia nanq; bonum appetunt; & quo magis est bonum ens, eo maius desiderium sui causare videtur. Veritas autem de nobilissimis rebus, ex se omnium maximè intellectis, & sunt entia, à materia separata, ratione suæ potentiæ, atq; priuationis prohibente cognitionem, quæ sunt perfectioris, quàm sit naturalis, perfectius, altiusq; lumen requirit naturali lumine, per quod in multos, illosq; grauissimos errores vagari contingit, & est reuelatum lumen, per quod à mente humana errores arceantur, facillimeq; ad beatitudinẽ tendimus, iuxta illud Christi apud Matth. cap. 16. quando D. Petrus, Christũ esse filium Dei viui confessus est, cui responsum dedit. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi; sed pater meus, qui in cœlis est, quo pacto lumen istud, à datore luminum, præstatur. Cum enim diuinorũ cognitio maxima ex parte abdita, lateret, clementissimus Deus, dator luminum, mentem illuminauit, & illuminat reuelato lumine, quò veritas de rebus

2. Met. 1.

2. Met. p. 1
1. Post. 6.

Matth. 16

nis cognoſcatur, ne in errores labatur, qui, donando nobis filium ſuum, veram lucem nobis donauit, illuminantem omnem hominem, venientem in hunc mundum, vt dicitur
Ioan. 1. apud Ioannem cap. 1. Scriptum eſt enim in libro Iſaiæ cap.
Iſa. 55. 55. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus, qui neque decipere, nec decipi poteſt. Fide-
Pſal. 154. lis eſt nanque dominus in verbis ſuis pſal. 154. in quibus bea-
Pſal. 93. titudo conſiſtit, quoad diſpoſitionem, iuxta illud pſal. 93. beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris
Iſa. 11. eum. Etenim quomodo decipere poteſt, cum in eo ſit ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & ſit repletus ſpiritu timoris domini? Quæ enim ſunt Dei, nemo nouit, niſi
1. Cor. 2. ſpiritus Dei. Et de diuinis cognoſcendis etiam lumine naturali loquendo, memoriæ proditum eſt ab Ariſtotile in principio libri 2. Metaphyſ. ſicut nycticoracum oculi, ad lucem
2. Met. 1. diei ſe habent; ſic animæ noſtræ intellectus ad ea, quæ ſunt omnium naturæ maniſeſtiſſima, qui reuera quo ad omnimo-
9. eiuſ. 22. dam ignorantiam non ſe habet vt cæcitas 9. eiuſdem part. 22. qua ratione ex ſententia Auerrois non impoſſibilitatem ſimilitudo illa arguit, ſed difficultatem atteſtatur. Nam ex illius
2. Met. c. 1. ſententia in ſecundo eiuſdem libri com. 1. ſi impoſſibile eſſet intellectui noſtro, res abſtractas intelligere, quemadmodum illi animali lucem illam intueri, tunc natura ocioſè egiſſet, quia feciſſet id, quod eſt naturaliter intellectum, non intellectum ab aliquo, ſicut ſi feciſſet Solem, non comprehenſum ab aliquo viſu, qua de re alibi diſputatum eſt. Cum igitur ſermo ſit futurus de rebus diuinis, mihi rem difficilem perpendenti, litteriſq; mandanti, præceptor ille ſapientiſſimus aſſiſtat, veritas, lucidiſſimaq; lux, plurimaque ſupra hominis ſenſum mihi ſpeculanti, ac diuina ſcribenti, oſtendere dignetur. Interim omnes, qui amabili, & æquo animo hanc meam legerint Quæſtionem, & me ſcribentem, diuinaq; arcana mente voluentem, atq; agitantem, & eos ad quorum manus cogitationes meæ diurnæ, nocturnæq; peruenerint, cum de meo, aliorumq; ingenio iudicium faciunt, homines eſſe, recordentur: nam & ego, cum homo ſim, nihil, quòd eſt hominis, à me eſſe alienum puto, vt quemadmodum nihil aliud deſidero, ſi topica ratiocinatione aliquid confirmo; ſic & ipſi in illis
animum

animum acquiescant, si aliquando sermo ratiocinationem illum non excedat. Magna etenim quies benè compositi animi est, aliquando in probabilibus quiescere; quod quidem optimè præstabitur, si non omnium esse demonstrationem dixerimus, & acribologiam Mathematicorum non esse in omnibus expectandam; neq; tractationem exactam, eodem modo in vnoquoq; dicendi genere, exquirendum esse. Sermo non est mathemathicus, qui conficitur ea demonstratione, quæ potissima nuncupatur, omnium certissima, conferente nobis causam, & est esse secundum doctrinam Auerrois, Neq; re vera mirandum; cum ex eis, quæ hinc disputanda sunt, conclusio de fide eliciatur, quo pacto exactissimas demonstrationes res, de qua disputatur non requirit, est enim conclusio certissima; sed euidentia caret, quam puri Philosophi Peripatetici, sed non Philosophi Christiani, requirunt; quippe qui illi non meritum supernaturale, quod ab istis inquiritur, desiderant, quod à fide ortum ducit, carente merito, quando humana ratio experimentum præbet, inquit D. Hieronimus. D. Hieron.

Sed prima ratiocinatio perpendenda est, qua confirmari videtur, primum omnium hominum parentem Adamum in eo statu innocentiæ, in quo creatus est; fuisse interitui subiectum, quam conclusionem puri Philosophi dicerent adeò esse certam, vt nihil certius.

PRIMVM ARGVMENTVM EORVM,

Qui puri Philoſophi vocantur, quo Adami interitus comprobatur, quia erat compoſitus ex contrarijs.

ET quoniam à teneris annis ad Philoſophiæ fontes, illorum aquas libare deſiderans, acceſſi, easq; deguſtandas Peripatetici porrexerunt argumenta philoſophica proponantur, quibus veritas deſtrui videtur.

Sit igitur prima ratiocinatio. Omne illud, quod ex principijs contrarijs componitur, eſt ortui, interituiq; ſubiectum, & cum reciprocatione: quomodo confirmatur in libro primo de Cœlo part. 20. a contrario ſenſu cœleſte corpus eſſe æternum.

1. De Cœlo 20.

Omne, quod generatur, & interit, ex ſubiecto communi, & ex contrario generatur, & ad interitum ducitur. Sed cœleſte corpus a communi ſubiecto, & a contrario eſt immune: Corpus igitur cœleſte non generatur, neque interit. Sicuti dicimus non generatur, neque interit. Ergo ſubiecto communi, & contrario vacare videtur. Vnde poſſumus enthymemate ſic ratiocinari.

Corpus Adæ, primi omnium hominum parentis in ſtatu innocentiæ à ſubiecto communi, & contrario non erat immune. Interitui igitur erat obnoxium. A contrario igitur ſenſu, illud ingenerabile, & incorruptibile dicitur, quod eſt immune à

ſubie-

subiecto, & contrario. Disputatur enim longo processu in primo Physicorum, rerum naturalium principia contraria esse dicenda, & illorum principia esse tria, materiam, formam, & priuationem. Materia est omnium formarum susceptiua, à quibus necessarium est, esse sequestratam, qua ratione omnium commune subiectum appellatur. 1. Physicorum part. 82. Quare habet potentiam essentialem, à cuius essentia nunquam recedit, qua si in actum ab agente, extrahente de potentia ad actum, dominium in materiam habente, cuius finis est formam ex materiæ intimis visceribus elicere, reducatur, ab ea illius formæ potentia, capacitasque accidentalis excluditur, cum à forma esse in actu recipiat. Et Auerroes scriptum reliquit in libro de Substantia orbis cap.1. Si materia esset substantia simpliciter in actu existens, non retineret nomen, & rationem receptiui: nam quod est in actu, non est recipiens aliquid, quod sit in actu, secundum quod est in actu. Vnde natura huius subiecti, recipientis formas substantiales, & est prima materia, necessarium est, vt sit natura potentiæ, scilicet potentiam esse illius differentiam substantialem; quomodo nullam retinet formam propriam, naturamque, existentem in actu, cum illius differentia in posse consistat, quæ propterea omnes formas, ad quas est in potentia, recipit. Nam omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti 3. de Anima part. 4. ita vt necessariò sit dicendum, aliquam esse naturam, in recipiendo aliquid aliud à se; cum nihil idem seipsum recipere valeat, nihilq; idem sibi ipsi subiectum esse dicatur; sed intus existens probibet, & obsistit. Vnde optimè nos docuit Auerroes in 12. Metaphys. comm. 18. quod sicut omnes formæ sunt in actu in primo motore; ita omnes formæ naturales in potentia in prima materia esse dicuntur. Et à forma, quæ est actus, rem esse aliquid in actu prouenit, qua quidem, cum ad illius receptionem esset in potentia, erat priuata, quæ priuatio deperditur, quando ope agentis formam recipit, à qua res & esse, & vnum esse originem ducit, quæ cum bon. rationem habeat, illam appetit, suam desiderando perfectionem. Omnia etenim bonum appetunt, existente hac natura boni 1. Ethicorum cap.1. immo omnia appetunt esse diuinum, & illius gratia agunt omnia, quæcunque agunt secundum naturam 2. de Anima part. 34. Quomodo materia naturali appetitu for-

1. Phys. | 1. Phys. 82. | De substãtia or. cap. 1. | 3. De Anima 5. | 12. Metaph. cap. 18. | 1. Ethic. c. 1. | 2. De Anima 34.

mam desiderando, quæ optimi diuini, appetibilis, perfectibilisque rationem. 1.Phys.81. *1. Physicorum part. 81. diuinum esse appetit, quam eo modo appetit, sicuti fœmina masculum, & turpe pulchrum, vt ibidem explicat Aristoteles.* Ibidem. *Omne namque dicitur esse illud magis, quod est, cum fuerit in sua perfectione, & tunc est magis, quando est in actu, quàm cum fuerit in potentia* 2.Phys. 12. *2. Physicorum part. 12. & tunc est, quando habet formam dantem subiecto, & nomen, & definitionem. Et quoniam materia, & forma sunt substantiæ, inter illas contrarietas non est statuenda: nullum etenim contrarium suum contrarium desiderat, cum sint huius naturæ contraria, vt mutuò se expellant: siquidem contraria sunt illa, quæ in eodem genere maximè distant* 10.Met.13. *10. Metaphys. part. 13. quæ contrarietas in rebus, habentibus materiam, reperitur. Est enim materia contrariorum receptiua; sed inter formam, & priuationem contrarietas quæ adueniente forma in materia, respectu illius formæ, iam in materia existentis expellitur, vt in re facta permanere non possit, quoniam priuatio non potest dici geniti pars, sicuti sunt materia, & forma, quæ sunt partes substantiæ, qua ratione sunt substantiæ, & sunt per se principia substantiæ. Vnde nos admonet Aristoteles in lib. Cathegoriarum in capite de substantia,* Lib.Catheg. cap. de substantia. *vt non conturbent nos substantiarum partes, quæ ita sunt in toto, quasi in subiecto, ne fortè non esse substantias, confiteri cogamur: & hoc modo ab accidentibus discrepant, numquam in alio, vt partes existentibus. Et ideo dicit, quasi in subiecto. Vnde in Anteprædicamentis cap. 2. declarans, quid sibi velit,* In Antep. cap. 2. *esse in subiecto, inquit. In subiecto esse dico, quod, cum in aliquo sit, non sicut quædam pars, impossibile est, esse sine eo, in quo est, quod animaduertens Auerroes inquit in secundo de Anima comment. 4. æquiuocè dici, formam, & accidens esse in subiecto, qua de re scripsit Alexander in libro primo Quæstionum Naturalium cap. 8. & 17.* 2.de Ani.c.4 Alex. 1.Quæst.Natur. c.8. 17. *Vnde priuatio non permanet, primò Physicorum part. 50. & 60.* 1.Phys. 19. & 60. *& est intelligendus Aristoteles de priuatione determinata, quæ per determinatam formam auferetur. Nam priuatio, inquantum priuatio, semper est cum materia, alioquin forma non desideraretur per quam ad ipsam inclinationem formæ disponatur. Et propterea in secundo Physicorum part. 15. priuatio quodãmodo forma dicitur. Sed* 2.Phys.15.

hæc

hæc priuatio, & hæc forma adinuicem destruuntur in eiusdem part. 81. quomodo priuatio formam non appetit, quæ illi con- 1.Phys.81.
trariatur; sicuti non est appellanda rei principium, eo modo quo sunt materia, & forma, quæ manent, & præsertim forma, cum sit actus: nam existente materia, adhuc res non dicitur esse, quin est illa, ex qua fit aliquid, cum insit, quomodo dicimus, ex argento fieri phialam 2. Physicorum part. 28. Sed for- 2.Phys.28.
ma cum fuerit, erit res, quomodo a materia res se habent, vt fiant, á forma vt sint, inquit Themistius in secundo de Anima 2.de Ani.2.
part. 2. vt materia sit principium ex quo; quod esse non potest, nisi dixerimus materiam esse priuatam, sicuti, & priuatio terminus á quo appellari non potest, nisi sit cum materia coniuncta, quomodo aboletur per formæ aduentum, at forma terminus ad quem nuncupatur quem vult agens. Distinguuntur enim materia, & priuatio ratione, sed non re. 1. Physicorum 1.Phys.66.
part. 66. sed priuatio est principium per accidens; quamuis respectu generationis principium necessarium dicatur, cum reipsa a materia non separetur. Ex materia enim fit aliquid per se; sed priuatio accidit illi principio, quod est per se: Idem & de forma dicendum est, scilicet, esse principium per se, cui priuatio contrariatur, siue qua forma non habet ingressum in materia, quomodo dicimus, priuationem esse principium necessarium, & per accidens: si enim fiat comparatio ad genitam substantiam principium per accidens dicitur, cum non possit illius pars appellari, quæ in materia dicitur necessaria respectu generationis; sed non rei, quæ iam est in actu, cum per aduentum formæ destruatur, vt sit, principium dispositiuum per se generationis; sed non rei, quæ iam est in actu, cum per aduentum formæ destruatur, vt sit principium dispositiuum per se generationis, de qua scripsit Auerroes, ibidem, esse principium per accidens, sed Ibidem.
non contingens, àt necessarium, cum sint illa res non generatur. Generatio siquidem formam respicit, cum via ad formam esse dicatur secundò Physicorum 14. & 5. Metaphys. par. 5. qua 2.Pys. 14. 5.Met. 5.
materia caret. Signum, quia respicitur ab agente, hac ratione mouente, & agitante materiam. ex illius facultate formam eliciat: quomodo priuatio dicitur terminus á quo ipsius generationis. Hæc enim est necessaria generationis conditio, vt non esse præcedat esse, iuxta illius definitionem, assignatam in quinto Physicorum part. 4 generatio est transmutatio de non esse ad 5.Phys.4.

esse

esse. Omne namque quod est, postquam non fuit, necesse est, ipsum antea fuisse in potentia. Cum autem desinat esse priuatio per formæ aduentum, & ratione priuationis materia semper nouas appetat formas, quomodo destruitur forma, actu existens in materia, contrarietas inter formam, & priuationem apparere videtur, contrariæq; propositiones constituuntur. Et quia forma bonum, & esse aspicit, priuationem ad maleficium,
1.Phys. 80. *& non esse tendere, dicunt Philosophi. Duo enim termini generationis, & interitus sunt contradictorij, esse, & non esse: ipsa incipit à non esse respectu priuationis, & ad esse respectu formæ quemadmodum interitus est transmutatio de esse ad non esse. Quomodo verum est, principia, ex quibus naturalis substantia componitur, esse contraria, quæ contrarietas inter formam, & priuationem apparet.*

Sed corpus primi omnium hominum parentis Adami in statu innocentiæ ex principijs contrarijs erat compositum, cum esset corpus naturale, ex materia, & forma compositum, & in materia aderat priuatio respectu formæ futuræ, inter se pugnantes. Erat enim corpus mixtum, quod resoluitur, & dum resoluitur, in ea, ex quibus componitur, resoluitur. 3. Meta-
3. Met. 11. 1.Phys. 65. *physic. part. 15. & primò Physicorum 65. quemadmodum, & definitio elementi attestatur. Est enim elementum corpus, ex quo fit aliquid, cui inest, & in quod alia omnia corpora resoluun-*
5.Metaph. 4. *tur, & sunt indiuidua secundum speciem. 5. Metaphys. part. 4.*
3. De Cœlo 61. *& 3. de Cœlo 61. quorum differentiæ sunt contrariæ, inuicem se expellentes: quomodo dicimus, elementa adinuicem contrarietatem habere, & adinuicem generari, & corrumpi secundum partes, generatio fit inter contraria, & ex contrarijs. Ignis enim, & aqua contrarias habent qualitates, & terra, & aer, & quo ad qualitates motiuas ignis, & terra; Elementa verò media in vna qualitate conueniunt, sed in alia discrepant, quæ in corpore mixto intensionem, & remissionem suscipiunt. Vnde concertatio sequitur, quæ absque violentia esse non potest. Violentiam igitur patiuntur, sed nullum violentum perpetuum esse potest; nam violentia, quæ laborem denotat, quomodo est perpetua? Ergo neque illud, quod violentiam patitur.*
7.Phys. 2. *Est enim præter natura limites, & ab extrinseco. 7. Physico-*
2.De Cœlo. 18. *rum part. 1. et 2. de Cœlo 18. Excessus enim est in his, quæ sunt præter naturam, ordine carentibus: non sic in existentibus secundum*

cundum naturam, quæ ordinis causa dicitur. 8. *Phys.* 15. *Et rectè quidem, quia natura semper desiderat, quod melius est in omnibus; & melius est esse, quam non esse.* 2. *de Ortu, & Interitu part.* 59. *Vnde violenta, quæ sunt præter naturam, ad interitum tendunt, quæ inordinata esse dicuntur, imperfectionemque patiuntur, vt tandem illorum virtutes deperdantur, & virtus sicuti quædam perfectio est; ita virtutis amissio imperfectio. Tunc enim vnumquodque maximè perfectum esse videtur, cum propriam virtutem fuerit consecutum.* 7. *Physicorum* 18 *iuxta illud quarti Metheororum part.* 19. *Tunc aliquid perfectum esse dicitur, quando aliquid quale ipsum efficere potest, idq; ex illius virtute prouenit; inquit enim Aristoteles in* 2. *de Anima* 34. *naturalissimum opus omnium viuentium, quæcunquè perfecta, & non orbata sunt, & spontaneam generationem habent, facere alterum, quale ipsum, animal quidem animal, planta plantam, sicuti virtus, in eodem semine existens, attestatur, qua possunt permanere in specie, secundo de Generatione Animalium cap* 3. *& Auerroes in com.* 34. *secundi libri de Anima. Ergo quæ sunt adinuicem contraria, destruuntur; nisi forte intellexerimus, ligari quadam intrinseca virtute, quæ saltim, nisi destruantur secundum totum, destruuntur secundum partes; at tandem secundum totum quo ad corpora mixta, sed sunt quatuor vocata elementa, quæ secundum totum concordi pace ligata sunt, qua de re elegantissimè disputat Aristoteles in Libro de Mundo ad Alxandrum caput sext. Et totum hoc nobis concordia, discordiaque Empedoclis, quæ inter contraria intercipitur, vt per primam res disiunctæ viuant; per alteram verò disgregantur manifestat. Est enim amor, in concordia, existens virtus vnitiua, ex sententia Platonis. Et contraria sunt huius naturæ, vt vnum alterius priuatio esse dicatur, quomodo sunt adinuicem corruptiua, quod forma, & priuatio testantur, & vniuersaliter quatuor primæ qualitates, & est doctrina Aristotelis in decimo Metaphysicorum* 15. *&* 16. *& non rarò alibi, & Auerrois secundò Physicorum commentar.* 15. *Sed materia contrariorum vna est, duo & plura, quæ vna appellatur per priuationem omnium formarum, multa vero ratione. & habilitate* 1. *de Ortu, & Interitu* 19. *&* 4. *Phys.* 84. *Primò namquè habet habilitates, vt recipiat primas contrarietates, & sunt elementorum*

8. Phys. 15.
2. De Ortu, & Int. 59.
7. Phys. 18.
4. Meteor. 19
2. De Anima 34.
2. de Gen. Animal. 3.
2. de Anima 34.
De Mūdo ad Alex. cap. 6.
Plato.
10. Met. 15. 16.
2. Phys. 15.
1. de Ortu & Inter. 29.
4. Phys. 84.

rum forma, & istis mediantibus formas mixtorum. Secundò habet potentias consimilium partium, mediantibus formis quatuor elementorum, & istæ potentiæ diuersantur secundum diuersitatem mixtionis quatuor elementorum, quomodo diuersantur formæ rerum generabilium ex sententia Auer. 12. Metaphys. comm. 11. & 3. de cœlo comm. 67. quo primò recipit formam vniuersalem, & ea mediante recipit formas vsquè ad indiuiduales, vna numero, inquantum est subiectum formarum indiuidualium, & multa secundum formas, quoniam per eas diuiditur, teste Auerroe in primo Metaphys. com. 17. Cum igitur contraria intensionem, & remissionem suscipiant ad vnius contrarij imperium, aliud destruitur, in passum potentiam habens. Et quis vnquàm affirmabit, ab agente virtualis maximæ imbecillitatis actionem in passum prouenire, cui inest ingens resistentia? Fit etenim vera actio à propositione maioris inæqualitatis: Attrahentes nauem, hoc confitentur, quæ si a debiliori virtute attrahatur, quam passum requirat, non attrahitur; cum tamen si virtus augeatur, motus sequitur. Et mixtorum motus ab elemento prædominante est causatus. Impossibile namquè est, illa æqualiter componi; alioquin corpora essent motu priuata, sed sisterent in quocunque loco ponerentur. 1. de Cœlo comm. 7. Et per harum qualitatum excessum nos molestæ premunt ægritudines, præuiæ dispositiones ad futurum interitum. Nihil enim aliud est sanitas quam calidorum frigidorumque commensuratio 7. Physicorum 17. seu calidi, frigidi. humidi, & sicci symetria, cum sit conuenientia istarum qualitatum inter se, ex sententia Galeni in primo de Sanitate Tuenda cap. 1. Et Auerroes in secundo de Anima. comm. 143. asserit, sanitatis formam consistere in terminata, temporalique proportione quatuor primarum qualitatum. Et quoniam sanitas, & ægritudo adinuicem contrariantur cum sanitas digna sit, quæ appetatur, boni speciem habens, & ægritudo, quæ expellatur, mali rationem retinens, vt propterea a nobis arcenda sit, quam expulsionem, & natura prudens, & peritissimus Medicus, illius minister, efficere conatur, imitans naturam rectè operantem morborum medicatricem, iudicandum est, & ægritudinem esse illarum disconuenientiam, dissonantiamque, cum vnam contrariorum esse scientiam statuatur. Totum hoc qualitatum primarum remissiones indicant; & si consideremus illarum excessum; nam remissio

[Margin notes: 12. Metta. cap. 11. 3. de Cœlo. 67. — 1. Met. c. 17. — 1. de Cœlo. 7. — 7. Phys. 17. — 1. de Sanit. Tuen. 1. — 2. de Ani. c. 143.]

fit

ſit per admixtionē contrarij quinto de Phyſico auditu 19. & 2. de Cœlo 37. Et ratione contrarietatis ſequitur interitus, qui eſt caloris naturalis extinctio. Sicut ratione contrarietatis in vniuerſali ſequitur interitus, quia vnũ cõtrariũ è medio anfert alterũ contrariũ; quãdoquidē humidũ radicale continuò abſumitur, cui caloris pabulũ deficit. Cõſiſtit namq; vita in calido, & humido: quomodo prædominiũ habentes qualitates, vincentesq́; ad interitũ corpus mixtũ animatũ reducunt. Generat re vera calidũ, quemadmodum & humidum concurrit; dũmodo ſint moderatæ qualitates in proportionatis, conuenientibusq́ue ſubiectis; ſed ex prædominio frigiditatis, & ſiccitatis moleſtæ infeſtæq́, ægritudines, interitusq; ſequitur, qua de re nos maraſmus certos reddit. Totum hoc ignis extinctio atteſtatur: cineres, materiasq; aduſtas relinquens, qui a ſuperante frigiditate extinguitur, quod experientia teſtatur, & expreſſit Ariſtoteles in libro De Iuuentute, & Senectute cap. 3. & rectè quidem, quia nihil idem à ſeipſo patitur, ſed à contrario, quemadmodum ſimile per ſuum ſimile conſeruatur, dummodo exceſſus non ſuperueniat. Vnde humidum radicale abſumitur, ſiccitasq́; introducitur, ſicuti & experientia nobis manifeſtat, & nos docet Ariſtoteles in libro de Vita, & Morte. Vincunt igitur illæ qualitates. Etenim tunc generatio conſeruatioq; ſequitur, quando pugna, quæ interitum indicat, non interuenit, qua res à naturali ſtatu amouentur, quæ interponitur inter quatuor primas qualitates, inter quas, dum viuimus, permanemusq́; in latitudine ſanitatis, debita commenſuratio, debitaq́; ſymetria intercipitur. Interitus igitur ex qualitatum victoria prouenire, manifeſtum eſt. Et interitui præuia ſenſibiles qualitates paſſiones inducentes, vt plurimũ cõuenire videtur, quæ adeò diſconueniẽtes, diſſonãtesq́; ſenſui eſſe perſentiuntur, vt tandem maximè naturalem ſtatum effugientia, ad interitũ mixtum properans, interitus ſequatur, vltima refrigeratio mixti: aut ſi eſt hectica ſenectutis, maraſmus, & vltima ſiccitas. Senſus etenim per conuenientia ſenſibilia maiores perfectiones eiſdemmet aſſumunt, qui ab ingentibus obiectis diſconuenientibus deſtruuntur. Cum ſenſitiuum non ſine corpore ſit, non ſic humana mens, quæ ſeparabilis eſſe dicitur, inquit Ariſtoteles in 3. de Anima part. 7. Quomodo paſſio in eam, quæ perfectiua, & eam, quæ deſtructiua appellatur, diſtribuitur 2. de Anima 57. Paſſiones igitur corporis ratione quatuor

5. Phyſ. 19. 2. de Cœlo 37.

De Iuuen. & Sen. cap. 3.

De Morte, & Vita.

3. de Aĩa 7.

2. eiuſ. 57.

tuor primarum qualitatum homines ad interitum perducunt, illiusq; sunt præuiæ dispositiones, quoniam sunt contrariæ, materiaq; appetit intensiori appetitu nouam formam, qua tandem priuatur, à quibus est omne malum, vnde, & interitus. Et sicuti per præsentiam formæ vita conseruabatur, cum anima sit corporis animati forma, & vitæ causa, quæ viuentibus est esse: ita per illius absentiam sequitur interitus, qui est separatio animæ à corpore. Est enim anima corporis animati causa

2.de Aïa 36. *in triplici genere causæ 2. de Anima part. 36. quomodo dicimus, ab vnica forma & vitam, & interitum prouenire: vitam per sui præsentiam, & interitum per sui absentiam. Quomodo dicimus, mixtum ex quatuor elementis esse compositum, ex subiecto videlicet, & contrario. Est igitur interitui obnoxiũ. Adam igitur primus parens, ex illis compositus in statu innocentiæ interitui erat obnoxius. Qui erat cõpositus ex subiecto, & contrarijs, sicuti motus testantur, quibus mouebatur. Sed corpus cœleste à subiecto, contrarioq; esse immune, est declarandum. Corpora habentia motus contrarios, esse contraria, statuendum est. At motui corporis cœlestis contrarium, vt determinatum est à natura alius motus non contrariatur. Videmus enim contrariorum lationes esse contrarias. Motui nanq; corporis, quod in gyrum fertur, quomodo cœlum mouetur, nihil contrarium est. Ergo corpori cœlesti nihil contrarium esse dicitur. Cum igitur cœleste corpus subiecto, & contrario careat, carere etiam ortu, & interitu, fateri cogimur. Confirmatur. Fit etenim motus cœlestis corporis super lineam circularem, ab intelligentia, & circa centrum mundi, quomodo circularis est appellandus, quibus conditionibus cęteri omnes carẽt,*

1. de Cœlo 24. *& eo præsertim, quia non est leue, neq; graue. Motui autem cœli alium motũ non contrariari, explicat Aristoteles in primo de Cœlo part. 24. & vltra. Sicuti motui sursum motui deorsũ*

3. Phys. 54. 4. eiusd. 4. *contrariatur, & sunt differentiæ contrariæ loci 3. Phys. 54. & 4 eiusdem part. 4. Nam iste motus fit super lineam rectam, quo motu elementa mouentur, vt super eam sursum, & deorsum moueantur, & motu naturali, & motu, qui violentiam patitur, qui secundum naturam, cum sint simplicia corpora, simplici motu mouẽtur, & est motus rectus. Omnis namquè motus, qui secundũ locũ fit aut est rectus, aut circularis, aut ex his mix-*

1. de Cęlo 5. 8. Phys. 64. *tus esse videtur, vt explicatur in primo de Cœlo part. 5. & 8. de*

Physico

Physico auditu part. 64. & duo sunt tantum simplices, quoniam duæ solum sunt magnitudines simplices, recta, & circularis supra quas isti motus fiunt. 1. de Cœlo ibidem. Motus circularis circa medium fit: & rectus, qui est sursum, & deorsum: sursum qui est à medio, deorsum verò qui est ad medium, in quibus manifesta contrarietas percipitur. Sunt enim quæ de loco ad locum mouentur corporum contrariæ differentiæ quo ad locum, quæ necessario sunt grauia, vel leuia, cum loci differentiæ sint sursũ, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante, & pone. Vnde Aristoteles in octauo de Phisico Auditu part. 61. nullum motum ex illis, præter circularẽ, qui cœlesti corpori tantum conuenit, esse continuum testatur, quia scilicet omnes illi ex oppositis ad opposita fiunt, & motus, & mutationes, sicuti dicimus generationi, & corruptioni ens, & non ens terminos esse: alterationi contrarias passiones: augumẽtationi, et diminutioni, aut magnitudinẽ, et paruitatẽ, aut perfectionẽ magnitudinis, et imperfectionẽ, qua de re vberius disputatũ est in quinto de Physico Auditu, vt motus, qui sunt in contraria, sint contrarij, qui simul esse non possunt sicut motus corporis, qui est ad album, simul ad nigrum esse non potest. & quod mouetur hoc modo antea quiescebat, & quies motui opponitur, siquidem omne illud, quod natum est moueri, vel quiesci, vel mouetur, & dum antea quiescebat, & postea mouetur, ad quietem tendit, tanquam ad determinatum finem, qua ratione antea quiescebat, & quies est illi motui est contraria qui tandem in quietẽ terminabitur, tãquam in finem: & propterea nullus ex istis motibus continuus esse potest, quia natura est in illis principium motus, & quietis, finis motus, existentis. Vnde nullus ex illis motibus motus continui appellari possunt. & hoc idem expressit Arist. in 6. Physicorum 91. sed latio quidem non erit finita, quandoquidem non omnis in contrarijs est; quippe cum quædam latio sit, quæ ad contraria non terminetur, vel contraditoriè opposita; vt non sit dicendum, omnem motum, omnemque mutationem esse inter contraria simpliciter: licèt possint esse infinitæ mutationes secundum successionem, vt si dixerimus postquam secundum motum lationis aliquid mouetur, mouetur secundum motum alterationis, deinde secundum motum augmenti, & postmodum generatur; sic motus infinito tempore perdurare posset, quem tamen motum non est dicendum, esse vnum secundum numerum, vt explicatũ

1. de Cœlo 5.

Physc. 61.

5. Physc.

6. eiusd. 91.

5.Phys. *est in quinto Physicorũ. Vnde motũ .i.res mota, perdurare infinito tẽpore, vnũ numero manentẽ, non dicitur; nisi in illa specie motus localis, quæ dicitur circularis, quod memoriæ mandauit Aristo-*
8.eiusd.64. *teles in 8. de Physico Auditu part. 64. & vltra: in alijs verò, quæ secundum locum mouentur, & sunt quæ mouentur aut secundũ motum rectum, vel quæ mouentur motu mixto ex recto, & circulari, motus continuus esse non potest. Si enim dixerimus, motum rectum, & circularem, qui fit ab aliquo per chordam, & arcum non posse esse continuos, multo minus est dicendus continuus motus, qui ex istis componitur: nam motus rectus non est continuus, & quod ex vtrisquè componitur, de vtrisq; participat, ex quibus componitur. Motum autem rectum non posse esse infinitum secundum indiuiduum, ex hoc confirmatur, quia linea recta, super quam fit iste motus, est finita; quandoquidem non assignatur infinita magnitudo; quippe quæ pertransiri non*
3. Phys. 24. *posset, & esset ignota, vt discrutatur in 3 de Physico Auditu*
1.de Cœl.33. *part. 24. & primo de Cœlo 33. & vltra. Motus igitur non erit continuus, quia cessabit in magnitudine finita. Vel dicendum est, fieri reflexum, quia iam finita est motio: nam & tempus, quod est numerus, & mensura motus secundum illum motum, qui fit super magnitudinem finitam, est finitum, cum mensuretur priori, & posteriori, nisi per reflexionem recurrat ad primum principium magnitudinis, à quo motus incępit, sed hoc esse non potest, nisi contrarijs motibus moueatur; contrarij autem motus non possunt esse vnus motus, nec continuus. ergo quod mouetur super magnitudinem rectam, non mouetur vno motu, nequè continuo: nam quo ad motus recti reflexionem, cum sit finitus, v.g. motus, qui est deorsum, fit ad motum sursum reflexio. Ergo secundum contrarios motus mouetur. Et rectà ratione, quandoquidem contrarietas motus ex hoc manife-*
5.Phy.48.49. *statur, quoniam illorum termini sunt contrarij. puinto de Physico Auditu part. 48 & 49. At contrarietates loci iam sunt numeratæ; quomodo si reflexio fiat secundum istas loci contrarietates, contrarijs motibus mouetur. Quare ille motus non potest esse vnus, neque continuus. Non enim est vnus motus, neque continuus, quando contrarij motus tempore intercipiuntur. Vnde iam explicati motus in prædicamento quantitatis, qualitatis, & vbi, excepto circulari, motus, & mutationes in cathegoria substantiæ neque vnitate, neque continuitate gaudent.*

Totum

Totum hoc manifestum est ex quinto Physicorum, vbi redditur causa continuitatis motus. Tria namq; sunt per quæ motus perficitur: quod mouetur: tempus, per quod motus cõpletur; & in quo mouetur, quomodo in motu locali locũ esse dicimus, cuius sex differentiæ esse dicuntur, quæ sunt contrariæ, quandoquidem differentiæ, diuidentes genus, sunt contrariæ. Quomodo igitur id quod reflectitur, vno motu cõtinuo moueri potest? Motus namq; eorum corporum, quæ recto motu mouentur secundum reflexionẽ, interpollationẽ, secationemq; patiuntur, quia à contrarijs locis ad contraria loca feruntur, & sunt sursum et deorsum, quæ cõtrarietas ex hoc maximè perspicitur; quia in eodem genere illæ differentiæ maximè distant. Vnde si non secundum vnam, & indifferentem speciem fiant contrarij motus, non est dicendum, vnum esse illorũ motum, quæ amputantur, & scinduntur secundum rectum, & continuum, quando fit motus secundum reflexionem. Et contrarietatem in cæteris motibus reperiri, manifestum est. Quæ omnia excluduntur à motu cœlestis corporis. Ergo corpus cœleste erit ingenerabile, & incorruptibile carens contrarijs motibus. Testantur etiam diuersæ formæ animalium, & cœlestis corporis, quia in animalibus in mundo inferiori existentibus duo sunt motus principia, & sunt duorum motuum: vnum est principiũ motus recti: & alterum est principium motus localis processiui, & iste motus contrariatur motui declinationis essentialis; ita vt corpus mixtũ moueatur ab elemento prædominante, & ab anima, existente huius naturæ, vt corpus circulariter moueat, qui motus à corporis mole prohibetur. Sed non sic in corpore cœlesti, quod vnico simplici motu mouetur, & est circularis, qui est à sua intelligentia, quomodo in cœlo varij motus non constituuntur, neq; contrarij. Ergo omnia corpora, quæ alijs motibus mouentur, sunt generationi, interituique obnoxia. Tum etiam quia corpora mixta, anima prædita, augentur, & minuuntur, alterantur illis alterationibus, quæ fiunt per primas qualitates de calido in frigidum, de frigido in calidum, de humido in siccum, & de sicco in humidum; sunt enim sensibilia, & etiam quo ad secundas qualitates, originem à primis ducentes, quæ alterationes necessarium denotant interitum; de quibus verba facit Aristot. in septimo Physicorum 11. & 12. Sed Adam in illo statu erat corpus mixtum. Patiebatur igitur illas contrarietates, quas corpus mixtum patitur. Quomodo igitur interitui Adam non erat

5.Phys.34.

7.Phys.11.& 12.

ſubtilitus contrarietates alterationesq́; patiens, illas ſcilicet, quæ ad interitum prꝗuiæ diſpoſitiones dicuntur, quę ſunt contrariæ.

Item re vera elementa, quæ materiæ rationem habent, ſunt in corpore mixto, ex quibus mixta corpora componuntur. Sed non ſic in corpore cœleſti, quod æternitate gaudere dicitur, cui nihil præter naturã euenire poteſt, 2. de Cœlo 37. et 38. Siquidem motus cęli eſt regularis. Nam irregularitas à tribus ortũ ducit, aut propter mouens: aut propter id, quod mouetur; aut propter vtrunq́; ſimul. Nam ſi mouens nõ ſemper eadem virtute moueat, vel quoniam eadem virtute non vult mouere: vel quia in mouendo labor contingit ex parte mouentis, maior, vel minor velocitas motus percipitur. Vnde euenire poteſt, motum in quietem terminari ex parte mouentis; cum omne, quod mouetur, ab alio moueri, ſit neceſſarium. Sed ſi augeatur, vel minuatur virtus motoris, non mouentis ſecundũ vnam virtutem, hunc motus irregularitas eſt inſpicienda, quod manifeſtũ eſſe videtur in corporibus, motis ab extrinſecis motoribus. Cuius doctrinæ fundamentũ eſſe poteſt, quia debita eſt proportio potentię actiuæ motoris ad potentiã paſſiuam moti, ex qua maior, vel minor reſiſtentia in moto reperitur: diuerſatur namq́; potentia paſſiua. Quod quidem conatus, & vltimus conatus motoris ſuper rem mobilem manifeſtat, quomodo videmus diuerſitatẽ eſſe ex parte motoris; cum in maiori quanto maior virtus eſſe debeat. Vnde dicimus, illum motũ irregularem eſſe appellãdum; cum omnis irregularis latio remiſſionẽ habeat, et intenſionem, & ſtatum. Quod etiam manifeſtum eſt in his, quæ ex ſe mouentur, & ſunt animata, quorũ anima naturali calore vtitur, tanquam inſtrumento ad ſuas operationes peragendas. 2. de Anima part. 41. qui calor non ſemper eſt eodẽ modo diſpoſitus, vel patiens, vel vtrumquè. Aliquando enim anima mòuet per totum inſtrumentum ſuum: & aliquando per quandã inſtrumenti partem: ex quibus contingit, motum non eſſe regularem; quę omnia à cœleſti corpore ſunt remota, cuius motus non eſt per inſtrumenta, ſed ab intelligentia, ſemper in vna, eademq́; diſpoſitione exiſtente. Ergo non eodem modo dicendum eſt de corporibus animatis in quorum operationibus, anima calore naturali vtitur, non ſemper eodem modo diſpoſito; cum poſſit ſuſcipere intenſionem, & remiſſionem quo ad qualitates, per quas operatur, quo anima in corpore primi parẽtis vtebatur; cum tamen eo corpus cœleſte ſit priuatum. Vnde primi parentis corpus interitui ſubiectum dici poterat,

2 De Cœlo 37. & 38.

2. de Anima 41.

erat, quia non semper illius motus erat regularis, & ex parte principalis agentis, & ex parte causæ instrumẽtariæ. Quomodo in suo motu defatigatio euenit; nam spiritus maxima facilitate absumuntur, quomodo necessario sequitur quies, quę ex somno prouenit, quia si calor naturalis, & spiritus refocillatione indigent, ex libro de Somno, & Vigilia. Alterationes testantur, & ex parte mouentis, & ex parte moti. Sed nihil horum circa cœleste corpus fieri cõtingit, cum sit primum, simplex, motum simplici motu, ingentium, & incorruptibile, omninoq́; intransmutabile secundum substantiam, et alios motus, præter motum localem, circulo ductũ. Quare multo magis motor; cum causa simplicioris cõditionis esse videatur, quod videre est apud Aristotelem in calce libri octaui Physicorum, & in duodecimo Metaph. vbi confirmatur, quæ sint primi motoris conditiones, & inter cæteras ab esse corporeo excluditur, magnitudine ex consequenti carentis, æternitate gaudere, simplicem, purumq́; esse actũ, à quo motus irregularitas prouenire non valet posito ordine suæ sapientię, attingentis à fine vsq́; ad finem fortiter, & disponentis omnia suauiter. Quod non dicitur de corporibus mixtis, quale erat corpus Adæ, à prædominio motum, et ab anima per eius instrumentũ, per cuius augmẽtum operationes, ab ipso procedentes, augentur: cum tamen si minuatur, necessariò operationes debilitantur. Cum inter illas virtutes connumeretur, quibus accidit labor, & interitus ratione materiæ, à qua defectus, impotentiæ, fatigationes, senectus, decrementa, & aliæ imperfectiones, in corpore mixto existentes, proueniunt, ex qua compositum erat primi parentis corpus in statu innocentiæ, quod contrarijs motibus mouebatur, & quo ad motum localem, quo ad contrarias loci differentias. Et cum esset corpus mixtum, secundũ alios motus cõtrarios, corpori mixto proportione respondentes, mouebatur, quorum natura principium, & causa dicebatur; nisi velimus concedere, naturam otio torpere, nihil agentem in corpore Adæ; alioquin forma ociosa redderetur, quod non solum est falsum; verum etiam absurdum. Quare illi motus contrariebantur secundum contraria mobilis corporis loca. Ergo corpus primi parentis, cum motus haberet contrarios, ex contrarijs erat compositum. Ergo ex subiecto, recipiente contraria. Ergo interitui erat subiectum; et ex quatuor elemẽtis, extra propria loca existentibus. Tota enim animalium constitutio ex talibus constat, quibus propria loca assignantur. Et nulla partium

8. Phys. in fine. 12. Met.

suam habet regionem. Et quæ extra loca sunt, violentiam patiuntur, donec proprium locum consequantur. Locus etenim elementorũ proprius à Peripatetiicis forma, finis, eorumq́; perfectio appellatur, eo modo illa mouens, & continens; vt manifestauit Aristoteles in quarto de Cœlo 25. Nam proportio continentis ad contentum, est sicuti proportio formæ ad materiam, quomodo continens formæ rationem habet, et contentum materiæ; nam quemadmodũ materia per formę receptionem perfectionem adipiscitur, ita contẽtum per continens, 4 Physicorũ com. 49. et in 4. de Cœlo 35. Hæc illorũ naturalis inclinatio est censenda. Quod enim est extra proprium locum præter naturam, & sic secundum violentiam, est in proprio loco secundum naturã, & ad illum secundũ naturam fertur; quomodo naturalis locus formæ rationem habet respectu continentis, quod quidem formæ rationẽ gerit: et forma boni rationẽ habet, quæ naturali appetitu desideratur. Et locus est corporis extremum illius, quod corpus illud amplectitur, et intra sua viscera cohibetur. Totum hoc verè dicitur; quoniam motus in corporibus inferioribus in quietem, tanquam in certum & determinatũ finem terminatur, sicut ex naturæ definitione confirmari potest, quæ est principium, & causa motus, & quietis eius, in quo est, primo, per se, & non secundum accidens 2. Phys. part. 3. Cum elementa in suis proprÿs locis quiescant, in quibus re vera simplicia corpora appellari possunt. Et propterea scriptum reliquit Auerroes in secundo de Ortu, & Interitu com. 21. Ignis, qui est in vltimo continentis, non est in fine caliditatis, & ebullitionis, sicuti ignis hic existens, qui in superabundantia caliditatis consistit. Et Alexander ratus est, illud corpus, quod est in vltimo continentis, cum hoc corpore non conuenire vniuocè, sed æquiuocè, vt testatus est Auerroes in primo de Cœlo comment. 91. secundò de Ortu, & Interitu comment. 21. quod etiam exprimitur in quartò de Cœlo comment. 32. & in prima parte Cant. Cantic. comment. 15. vbi dicit Auicenna, caliditatem esse in igne, quo in loco dicit Auerroes, hanc esse differentiam inter hunc ignem, & elementarem, quod ignis iste, apud nos existens, est causa interitus, & non existentiæ, vel esse alicuius; cum omnia in sui naturam conuertat ratione sua actiuitatis, in extrema caliditate existentis, qui definitur apud Aristotelem in secundo de Ortu & interitu partic. 21. esse ebullitionem calidi, & sicci, ita vt consistat in abundantia caliditatis, sicuti glacies frigiditatis; quo-

4. De Cœlo 35.

4. Phys. 49.

4. de Cœlo. 35.

2. Met. 5.

2 de Ortu, & Interitu 21.

1. de Cœlo c. 91.

2. De Ortu, & Int. 21.

4. De Cœlo. 32.

1. Par. Cant. Cant. cō. 15.

2. de Ortu, et Inter. 21.

quomodo nihil generare dicatur, quod etiam expressit Aristoteles in 2. de Generatione Animalium cap. 3. sed ille, qui est elementum ad generationem cum alijs concurrit, qui in proprio loco existens, quiescit. Et totum hoc ex pluribus manifestari potest. Est enim noster ignis in materia mixta, sed non ille: non enim illuc corpora mixta peruenire possunt, quibus materialis noster ignis accendatur, qui non extinguitur, sicut noster ignis extinguitur; euanescens citò, cum non habeat euentationem, vel saltem debilitatem contrahit. Vnde ab experientia docentur, carbonarij, tegere carbones cum terra, vt ignis non transeat super omnes partes carbonum, & generetur cinis 3. Coll. cap. 3 qui duobus modis extinguitur, aut quando materia deficit, aut per suum contrarium, retinens maiorem virtutem. Et in sua sphæra non amplius sursum tendit; quomodo à loco moueri non potest, cum sit in loco, qui est illius perfectio; cum tamen mouetur motu in gyrum, sequens motum cœli, à quo prouenit ille motus; sed non mouetur motu recto, qui fit super magnitudinem rectam. 2. de Gen. Animal. 3. 3. Coll. c. 3.

Sed redeamus vnde sermo discessit. In proprium igitur, & determinatum locum, quia elementorum finis, forma, atque perfectio vocatur, elementa sunt reducenda, in corpore mixto existentia, quod ex illis componitur, & in illa dissoluitur, quod quidem brutorum interitus manifestat. Sed vnus est hominum, & iumentorum interitus, nihilq; habet homo iumento amplius, vt dicitur Eccles. 3. quod quidem intelligendum est, quo ad materiam, & conditiones, materiã insequentes. Et ista veritas exprimitur in secundo de Cœlo part. 37. reddens causam, cur in animalibus interitus eueniat, & est, quia generantur ex elementis contrarijs, quæ non sunt in proprijs locis. Quomodo ex Aristotele transmutatio, & interitus ab illis duobus originem trahunt: nam propter contrarietatem adinuicem transmutantur. Et quia non sunt in proprijs locis, appetunt naturali appetitu separationem, & ad loca naturalia reuerti; cum sint grauia, & leuia, quæ sic a natura comparata sunt, vt grauia deorsum ferantur; leuia verò sursum. Quod de cœlesti corpore non est dicendum, quoniam ex principijs contrarijs non est compositum; quomodo neque debilitatur, neque in ea ad interitum est procliuitas. Et re vera ad terram, homo, de qua sumptus est, euertitur, terreus à prædominio, secundum illud Genesis cap. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris ad terram de qua Eccl. c. 3. 2. De Cœlo. 37.

sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et totum hoc mixtum, et animatum, quod naturali motu mouetur, et inanimatum iudicat; dummodo animatorũ à voluntate non proueni, atquorum naturalis motus ab elemento prædominante fieri dicitur. Nam motu voluntario, ab anima emanante, corpora mixta ab elemento prædominante terrea dicta, sursum moueri possunt, quæ secundum elementum illud, quod prædominantur, deorsum naturali motu mouentur; cum tamen contrarijs motibus mouentur secundum loci contrarias diferentias. Sunt ergo interitui obnoxia corpora mixta; sed non corpora cœlestia, motibus contrarijs carentia. Duplici namq; modo consideratur motus, qui est secundum lationem in corporibus, sub Luna existentibus, grauibus, aut leuibus; & inquantum violentiam patiuntur; aut inquantum illorum motus est naturalis. Si quis dixerit, illorum motum violentiam pati. Ergo necessarium est, elementa habere motum naturalem, ad quem extra propria loca existentia, habent propensionem. Sic enim comparatum est à natura, vt quod est extra proprium locum, ad proprium locum feratur, & quiescat in proprio loco, & si quiescebat extra proprium locum præter naturam, ad suum locum moueatur secundum naturam, ibiq; secundum naturam quiescat. Necessarium est igitur, elementa habere motum naturalem, ad quem extra propria loca existentia propensionem habent, & ex consequenti in proprijs locis, qui motus, & secundum naturam, & præter naturam contrarij esse dicuntur. Motus etenim violentus est præter naturæ ordinem. Vnde fit a principio extrinseco, violentiam causante. Naturalis verò à principio intrinseco, & est illa natura, quæ forma nuncupatur principium intrinsecum motus

7.Phys. 1. *existens. Ex se enim elementa mouentur. Et omne quod ex se mouetur, ex duabus naturis componitur, ex recipiente motum, & agente motum, Totum hoc manifestum est in motu grauium. sursum proiectorum, violentiam patientium, quæ deorsum ruunt, naturali motu cientur, & in centro secundum naturam quiescunt. Et si magnus ignis in furno accendatur naturaliter ad testudinem vsquè furni ascendens, qui ratione impedimenti, resistentiam concernentis, deorsum fertur. Sed elementa ex se, per se extra proprium locum existentia, ad proprium feruntur, cum in ipsis ea natura inueniatur, quæ est principium, & causa motus, & est forma, in quibus est principium qua motus,*

&

& est materia. Ergo agens motum, & est forma; & eò præsertim, quia sunt corpora naturalia, quæ sunt composita ex materiæ, & forma, omnium corporum naturalium principia: Tum quia motus illorum corporum est naturalis. Ergo est à principio intrinseco. Dico autem principia intrinseca sunt naturalium entium, materia, & forma, quæ per se principia dicuntur. Sed illa motus non fit a materia, quippe quæ principium passiuum motus dicitur. Ergo fit à forma, illorum motus principium actiuum. Sed quod est talis naturæ, vt a forma moueatur per se, à se moueri dicitur. Et re vera hæc fuit mens Aristotelis, & illius nunquam satis laudati Commentatoris Auerrois. Satis est, elementa, extra proprium locum existentia, habere naturalem propensionem ad sua propria, & determinata loca; & quo ad qualitates contrarias contrariari inter se, ex quibus in statu innocentiæ erat compositus primus omnium hominum parens. qui cum ad omnes loci differentias, quæ sunt contrariæ moueri posset, & elementa. ex quibus erat compositus, essent extra propria loca, quæ eis à Deo, & natura destinata sunt. Quomodo igitur dicendum est, in eo statu immortalitate gaudere Adamum? Prædominium namq; est ratione exuperantiæ, quæ contrarietatem arguit, & contrarietas interitum. Non enim contraria æterno tempore possunt permanere contraria, cum violentiam, quam abhorret natura, & æternitas, patiantur habentia materiam, à qua est omne malum, quemadmodum & interitus ratione annexæ priuationis cum materia. Mortalis ergo erat primus parens in statu innocentiæ, cum ex quatuor elementorum miscellanea esset compositus. à prædominio terreus; & quia elementa erant extra propria loca naturaliter proprium locum tanquam fornea formam, atque perfectionem consequi erat necessarium. Quare ex necessitate mixtum in ea erat dissoluendum, quò determinantem locum consequerentur. Interitui igitur erat subiectus primus parens, quia locus elementa mouet ratione quietis, quæ in proprijs locis quiescunt.

Digressio, qua confirmatur, quod iam statutum est de elementorum motu, quo Adæ interitus explicatur.

SI elementa in aliquo loco quiescunt, inquirendum est, an secundum naturam ibi quiescant, an potius violentia. Idem enim quieti alicuius corporis euenire est dicendum, sicuti & motui. Si violentia, ad illum locum violentia sunt mota: quemadmodum secundum naturam in eo loco esse dicuntur, ad quem secundum naturam sunt mota, et cum terminum ad quem consecuta fuerint, natura quiescunt, finem iam acquisita. Ergo terra ad medium moueri necessarium est, qui motus est naturalis, vt ad centrum à suo principio intrinseco, et est forma, moueatur, ibiq; natura quiescit. Omnia enim naturalia corpora, & magnitudines, secundum se mobiles, secundum locum esse dicuntur, cum in ipsis naturam esse motus principium, sit statuendum 1. de Cœlo part. 5. Terra igitur cum in centro naturaliter quiescat, ad centrum naturaliter mouetur, quæ dum mouetur, quis non videt, esse extra centrum? Naturalis namq; illius inclinatio est ad centrum, quod quidem & omnibus elementis, & corporibus grauibus, & leuibus conuenit ad suum proprium locum ferri. Et si quis dixerit, terram in medio violentia permanere, prohibens est ex cogitandum, ne deorsum feratur, quod quidem si remoueatur, statim deorsum moueri videmus, & est motus secundum naturam. Sic enim à natura comparatum est, vt ea, quæ in aliquo loco præter naturã quiescunt, ad suum proprium locum secundum naturam moueantur. Neq; mirum, quia illa sunt simplicia corpora, habentia vnam simplicissimam causam; non sic corpora mixta; & propterea ad interogationem, factam de illorũ motibus dicimus, sic comparatum esse a natura, vt ad determinata loca moueantur, habita scilicet, ratione ad illorũ naturalem potentiam, quod non dicitur de corporibus mixtis, plures causas habentibus eiusdem ordinis, ad quæ concurrunt multæ causæ efficientes. Sicuti quæ præter naturã mouentur, dum iam motus est terminatus & ille, & naturalis, naturali quiete quiescunt. Et totum hoc natura ratione grauitatis, et leuitatis operatur, quæ qualitates elementorũ sociæ, vt semper elemento-

(margin: 1. de Cœlo. 5.)

mentorũ formas substantiales sequantur, quibus natura vtitur ad motum elementorũ: grauitate ad locum et motũ deorsum, & leuitate ad locum, et motũ sursum. Vnde ea ratione motus naturalis in elementis ex hoc manifestũ est, quia si motus violẽtus in illis reperitur contra naturæ limites, et motus naturalis est excogitãdus, qui motus, violentiã patienti, contrariatur. Neq; prohibens, ne elementũ ad suum determinatũ locum moueatur, æterno tempore prohibere potest; quia tunc elementũ violentiam patitur; ibi enim permanet præter naturam. At nullum tale perpetuũ esse potest. Virtus namq; mouentis aliquando resistentiã superat. Et de illo prohibente, inquit Aristoteles in 3. de Cœlo inquirendũ est, aut mouetur, aut quiescit; & tunc inquiratur, aut quiescit secundum eam quietem, quæ dicitur naturalis, vel violenta: si secundũ naturalem. Ergo naturaliter mouetur: si secundũ violentam, assignandum est aliud prohibẽs; quomodo vel necessariò deuenire ad aliud primum quiescens secundũ naturam, quod per consequens naturaliter mouebitur, vel erit necessariò procedendum in infinitum quod non dicitur. Vnde si terra est in centro secundum naturã ibi quiescens. Ergo extra centrum ad illud secundũ naturam mouebitur. Sicuti si extra centrum præter naturã quiescit, remoto impedimẽto, ad centrum secundũ naturam fertur ad quem cum deuenerit, ibi natura quiescit. Elementa igitur extra sua propria loca violenter quiescunt si quiescant, & ad sua loca naturaliter mouentur, quæ dum iam finem acquisita fuerint, quiescũt. Definiuntur nãq; graue, et leue per motũ, & per quietem Dicimus.n. graue esse illud, quod ad medium ferri, aptum est: & leue, quod à medio mouetur. Per quietem verò dicimus, graue esse illud, quod quiescit in medio: & leue quod quiescit à medio; quæ definitiones per quietem magis laudantur ab Auerroe in quarto de Cœlo com ment. 26. & 31. quam definitiones grauium, & leuium, quæ per motum assignantur; quandoquidem motus elementis non accidit aut à medio, aut ad medium, nisi violentiam patiantur, quando, scilicet sunt extra propria loca, ad quæ naturalem habẽt inclinationem, quibus quies dicitur naturalis. Et graue simpliciter idest quod omnibus substat; leue autem simpliciter est illud, quod omnibus supereminet; illud quod omnibus substat eorum, quæ mouentur deorsum: & leue simpliciter eorum, quæ sursum feruntur 1. de Cœlo part. 17. et 4. eiusdem 26. & istorum causa est terminatio in parte superiori, & inferiori, cum linea

3. de Cœlo. 19.

4. De Cœlo 26. & 31.

1. de Cœlo 17.
4 eiusd. 26.

recta,

recta, super quam fit illorum motus, finita dicatur, quomodo sursum simpliciter dicunt esse Philosophi, & deorsum simpliciter. Nam superiora corpora circa medium mouentur, & ex consequenti super lineam circularem, omnino grauitatis, & leuitatis expertia. Quomodo terra omnium maximè ab illis corporibus distans omnium grauissima est, & ignis leuissimus ad illa maximè accedens, quæ omnia cœli figura circularis, omnium capacissima, continet; quo pacto terra rationem centri habere dicitur; cœlum verò circunferentia, & quæ sint istorum causæ, de-

4. De Cœlo 40. *clarantur ab Aristotele in quarto libro de Cœlo, & ab Auerroe ibidem comm. 40. Satis est, ista elementa quiescere in proprijs locis, & extra propria loca moueri ad propria loca, quæ cum consecuta fuerint, ibi quiescunt. Et ista extrema loca contrariantur adinuicem, sicut & sex loci differentiæ, & illorum motus sunt contrarij, non sicut motus cœlestis corporis, contrarietate carens, quæ est in elemētis, & respectu qualitatum primarum, & motiuarum, & raritatis, & densitatis. Et quoniam extra propria loca sunt elementa in corporibus mixtis, ad propria loca moueri nequeunt, nisi mixta resoluantur: tandem sequitur interitus mixti; nisi velimus dicere, frustratoriam esse potentiam, & in aliquo esse ad finem inclinationem, quam nunquam consequetur; cum tamen Deus, & natura nihil frustra faciant. Quare tandem mixtum ad interitum ducitur. Vnde corpus primi parentis, mixtum quidem in illo aliquando esse interiturum, ratione contrarietatis, existentis inter quatuor primas qualitates, & inter qualitates motum efficientes. & sunt grauitas. & leuitas, insequentes elementorum formas substantiales, quæ sunt principia, quibus elementa mouentur est dicendum. Reducatur igitur tota ratio in hanc formam syllogisticam. Omne illud, quod interitui subiectum redditur ratione subiecti, & contrarij interit. Sed corpus primi parentis in statu innocentiæ erat compositum ex subiecto, & contrarijs: ex subiecto cum recipiat motum, subiecto indigentem; nam in hoc distinguatur motus a prima mutatione, existente in substantia, & est generatio. Ergo in statu innocentiæ primus parens interitui erat subiectus. Minor propositio cōfirmatur. Illa, quæ motus habente contrarios, contraria sunt statuenda. Sed motus primi parentis à contrarijs non sunt immunes sicut contrariæ loci differentiæ testantur. Ex his igitur fateri cogimur, primum parentem in eo statu interitui fuisse obnoxium.*

Aliud

Aliud Argumentum, quo interitus Adæ confirmatur.

OMNE illud, quod ex materia, & forma componitur, generatur, & interit: Composita namq; substantia est illa, quæ generatur, & ad interitum ducit. 7. Metaphys. part. 26. et 27. 7. Metaph. 26 27. in Prol. Met.
quæ propositio per se intelligitur. Non enim hoc veritatem habet de materia, & forma; quod eò maximè dici potest, inquantum sunt principia, quorum conditio est, vt æternitate gaudeant; quippe quæ non fiunt ex alijs, neque alterutris, & ex ipsis omnia fiunt ex alijs; neque ex alterius, & ex ipsis omnia fiunt, primo Physicorum part. 1. Phys. 42.
42. Cum enim sint prima, non fiunt ex alijs; de ratione siquidem principij est, esse primum, quinto Metaphys. 1. Neque ex 5. Met. 1.
alterutris, ne idem rationem principij, & principiati retineat, cum principiatum prima primum esse non possit. Quare per se solius substantiæ compositæ est generatio, & interitus. Non fit materia; siquidem ex altera fieret, & illa ex altera, sed ante omnia necessarium est, subijci quoddam primum, ex quo inexistente, fiat, & est ipsa. Erit igitur, antequam fiat. Est enim materia primum subiectum omnium rerum, quæ fiunt, ex qua fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, & si illud compositum ad interitum reducatur, in hoc abibit vltimum 1. Phys. part. 1. Phys. 82.
82 Re vera enim omne quod fit, ab aliquo fit, ex aliquo, & aliquid 7. Metaphys. part. 22. Vnde agens, & materia concurrunt, 7. Met. 22.
& quod generatur est aliquid homo, scilicet, vel aliquid talium, scilicet indiuiduum demonstratum, quod appellatur naturatũ. Ergo ex naturis componitur, & est materia, & forma. Quare materia & forma per se generari non possunt; alioquin nomen, & rationem naturæ amitterent, & nomen, & rationem naturati sortirentur, quæ nihilominus inter naturas numerantur, vt patet in 2. Physicorum part. 7. & vltra, & 5. Metaphys. 5. licet 2. Phys. 7.
dicendum sit, formam per accidens generari, cum generatio sit 5. Metaph. 5.
ad naturam via, quam appellamus formam 2. Physicorum part. 2. Phys. 14.
14. generationisq; finis appellatur, quæ a vero agente per verum motum, veramq; mutationem, huc illucq; versando, agitandoq; materiam, ex illius gremio extrahitur, per quam composita

substan-

substantia & esse, & vnum esse retinet: omnes etenim formæ in potentia in prima materia esse dicuntur. Totum hoc manife-
12.Met.16. *stum est ex Aristotele in lib. 12. Metaphys. part 16 dum dixit, causam agentem formam antecedere cum forma semper reperiatur cum eo, cuius est forma, vt figura æreæ sphæræ simul, & ærea sphæra; sed non formæ inquantum forma, quæ si per se generetur, ex forma fieret vna cum materia, & omne tale est compositum; quomodo, & in infinitum procedere cogeremur. Non enim generantur vniuersalia per se, vt nullus speciem faciat, seu ge-*
1. De Ortu, & Int. 40. *neret 1. de Ortu, & Interitu 40. sed actiones, & generationes*
8. Meta. 7. *singularium esse dicuntur, ex prologo Metaphys. Vnde ex illis*
In prol. Met. *principijs compositum resultat, quod sicuti generatur, ita & interit. Et si à materia prouenit generatio, non propterea contrariam non habere facultatem est dicendum: nam ante formam appetebat, quam consequuta est; ab ipsa tamen post consequutionem imperfectio, & ratione suæ imperfectionis, est contingen-*
7. eiusd. 22. 23. *tia. Est enim materia causa, rem posse esse, & non esse. 7. Meta-*
2. de Ortu, & Interitu 51. *phys. part 22. & 53. & 2. de Ortu, & Interitu part. 51. O materiæ infelix, morbosaq; conditio, qua ad non esse tendimus. Cur semper nouam appetis formam? Nonne perfectior humana mens, quàm forma vermis? Cur illam nauseas? quæ fœmina*
1. Phys. 81. *comparatur, 1. Physicorum part. 81. illiusq; retinet conditiones, de qua cecinit Virgilius in 4. Aeneid.*

3. De Anima com. 81. Varium, & mutabile semper fœmina.

Sed materiæ appetitus naturalis. Inexplebilis igitur amborum appetitus, sed cum entis extremi rationē habeat, cum aliud extremū sit actus purissimus; ipsa verò simplex facultas efficit, vt entia, cum quibus est coniuncta, maxima distantia à primo distent, à quo omnibus communicatur esse, & viuere; sed his clarius, his ve-
1. de Cœlo 100. *rò obscurius 1. de Cœlo part. 100. à quo nihilominus fit influxus super res omnes influxione vnà, qua de re satis doctè disputat*
Scriptor de caus. propos. 20. & 22. *Scriptor de causis in propositione vigesima, & vigesimasecunda, vbi dicitur, primam bonitatem influere bonitates super res omnes influxione vnà; Veruntamen vnaquæq; rerum recipit ex illa influxione secundum modum suæ virtutis, & sui esse: diuersantur autem bonitates, & dona ex concursu recipientis; cum recipientia bonitates, non recipiant æqualiter; immo quædam res plus recipiunt, quædam minus. Vnde diuersitas esse dicitur ex parte recipientis secundum modum suæ potentiæ. Et in proposi-*

tione

tione vigesimaquarta scriptum est, causam primam in omnibus rebus existere secundum vnam dispositionem: sed res omnes non existunt in causa prima secundum vnam dispositionem, quæ non recipitur ab omnibus secundum vnum modum; sed pro diuersitate potentiæ recipientis: quandoquidem quædam sunt, quæ primam causam recipiunt receptione vnita: quædam multiplicata: quædam æterna; quædam temporali: & quædam corporali receptione. Non enim dicitur apud Philosophos, res omnes eadem propinquitate appropinquari primæ causæ. Ergo neq; omnes res vnius perfectionis esse possunt, cui appropinquantur homines affectibus mentis, iuxta illud Psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Et appropinquate Deo, & ipse appropinquabit vobis. Et quia entia materialia omnium maximè à prima causa distant ratione materiæ, quæ est omnium imperfectissima; inde est, esse interitui obnoxia. Extrahuntur siquidem formæ ex illius gremio de natura illius participantes, quæ cũ alijs priuetur, illas desiderat ad maleficiũ tendens quo ad formam habitam. Et esse illorũ perpetuum non potest esse secundũ indiuiduum ratione materiæ, sed secundũ speciem, quia generatio est à simili secundũ speciẽ. 2. de Anima par. 35. Vnde à materia prouenit interitus, quæ semper appetit, vt propterea ratione priuationis ad maleficiũ tendit, cum forma priuetur, quã suppetit, et illa forma spoliatur, vt aliã recipiat. Nulla siquidẽ naturalis forma, quantũ volumus perfecta, suũ explet appetitum. Materialis namq; intellectus, in omnia fieri consistens, fieri potest adeptus, secundum sententiam Auerr. nullam aliam naturã retinens, nisi hanc, quod sit possibilis, quodammodo est omnia existens 3. de Anima part. 5. & 37. cui aliqua ex parte materia proportione respondet; sed inter cæteras diuersitates ea est, quod materia nunquam adepta dici potest; cum naturales formæ destruantur, illas formas iam acceptas nihili faciens, nullam habens sollecitudinem, quibus formis, vel præstantioribus, vel minus præstantibus vestiatur; quod materialis intellectus efficit, dum formas intelligibiles recipit, omnes illas formas fouens, iam receptas, perinde ac amabilis nutrix, ac benignissima mater prolem conceptam, & in lucem editam non solum fouere; verumetiam amare, & conseruare solet; quas si aliquando materia fouere videtur; temporis nihilominus processu potius nouercæ quàm matris fungi officio videtur toruo oculo prolem alienam inspiciens. Cujus rei causa redditur,

Propos. 24. Psal. 33. 2. de Ani. 35. 3. De Anima 5. 37.

quia

quia vnum subiectum habere plusquam vnam formam, impossibile est, inquit Auerroes in libro de substantia orbis cap. 1. Quid efficit nouerca? inimicitiam contrahit, cum prole aliena. Et quid ab inimicitia? id quod excogitauit Empedocles, segregatio, quam parit, alios filios amans, quibus grauidata esse dicitur; quos, si in lucem illi edantur, maternus amor & fouet, & nutrit, semperque de illis est custodia, ne pereant. Non sic materia, quæ processu temporis formas a se expellit, quomodo neque foueantur, neque conseruantur, quæ licet ex suis visceribus intimis eruantur, illas nauseat; perinde ac si iniqua nouerca alienos liberos & nauseat, & expellit; licet in principio & mater, & receptaculum, & nutrix, & locus à diuino Platone appelletur in Timæo, ratione illarum formarum, quas recipit; processu tamen temporis tantæ benignitatis, tantique amoris (vt ita dicam) oblita, nec mater, nec receptaculum, nec nutrix, nec locus dici potest illius formæ; sed pessima nouerca, formam abijciens. Quæ nam sua potentia, atquè priuatio? Quodnam tuum naturale desiderium? Ad infinitatem tendunt. Vel infinitas syneathegorematicè perpendatur: quemadmodum in cera eo modo potentia inuenitur, ad recipiendas omnium sigillorum impressiones, quibus priuata esse dicitur; & ideo, materia formam appetit, quæ re vera boni, diuini, & ex consequenti appetibilis rationem habet. primò de Physico Auditu part. 81. quæ Protheo, & Camaleonti assimilatur, omnes formas recipientibus. Sed misera, quia non cognoscit, derelinquit humanam formam, inter cæteras formas sublunares perfectissimam omnium, induens se forma vermis. Et hanc conditionem fortasse animaduertens Iob in cap. 17. ita locutus est. Putredini dixi. Pater meus, es mater mea, & soror mea vermibus. Et iterum. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Et rursus conditionem materiæ inspiciens, dicebat, hominem quasi florem conteri, & fugere, velut vmbra fugit, & numquam in eodem statu permanere. Et propterea principium passiuum, & imperfectum appellatur, a forma perfectionem assumens, quam, etsi dicatur perfecta, illam nihili facit, eamq; tandem à seipsa abijciens, ignorans, qua perfectione in homine decorata sit. Qui ratione illius quasi putredo consumendus est, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea, vt scriptum est in lib. Iob cap. 13. & recta ratione; quia homo natus est de malitia, per quam discessit à creatore suo, quæ in generatione

[Margin notes: De subst. or. cap. 1. — Plato in Timæo. — 1. Phys. 81. — Iob 17. — Ibid. 10. — Ibid. 14. — Iob 13.]

mate-

materiæ retinet rationem, qua res destruitur, veluti flos conteritur. & si de muliere natus, quid aliud nisi suos dolores ei communicare potest, suasq; ærumnas, quas interitus sequitur? Et si flori assimilatur, tandem ad siccitatem. & nihilum redigetur, iuxta illud Isaiæ: Omnis caro fœnum, et omnis gloria eius quasi flos agri, exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Verè fœnum est populus. Et Ecclesiast. cap. 14. Omnis caro sicut fœnum veterascet; vnde exiccabitur, iuxta illud Psal. 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Materia igitur secundum Philosophos interitus causa est statuenda.

Isaia 40.
Eccles. 14.
Psal. 101.

Sed primus omnium hominum parens in statu innocentiæ ex materia, & forma erat compositus. Erat enim naturale corpus. Ex se mouebatur, quod quidem est animatorum propriũ, & anima est forma, quæ per actum corporis definitur. Et ex se motum ex duabus naturis componitur; ex recipiente motum, & est materia, & ex agente motum, & est forma: principia reuera, & in motu, & compositione necessaria, quomodo ex istis omnia fieri dicuntur, ex octauo, & primo de Physico Auditu; licèt propriè à materia res se habent, vt fiant; sed a forma vt sint. Et eo præsertim, quia materia inuenitur per formam, quæ illius perfectio appellatur, & forma per materiam, in quantum illius subiectum dicitur, vel potius quasi subiectum quomodo sunt sibi inuicem causæ. Recipitur enim forma. quæ absquè recipiente recipi non potest; sed materiam formam sustinere dicimus, quod quidem animata corpora indicant, quæ sustinentur ab anima, quominus putrescant. Vnde & receptaculum materia nuncupatur, et gremium, & sinus, & locus formarum, & mater, & nutrix; sed tandem ei nouercæ nomen conuenire videtur. Non enim ratione suæ priuationis, potentiæ, & naturalis appetitus semper illis nominibus nominatur: deserit tandem continentem formam, qui terminatur per formæ aduentum; & illius appetitus ratione aliarum formarum. Et quid quæso omnibus istis necessariò euenire est dicendum, nisi interitus? Per separationem namq; formæ formatum destruitur. Quomodo Adam immortalis in eo statu? Nam ex quatuor corporibus simplicibus erat compositus, materiæ nomen, & rationem retinentibus. Vnde & mixtum perfectum dicebatur inter animas sublunares perfectissima anima animatum. Quare ex partibus homogeneis, & etherogeneis illius corpus erat compositum; omnes materiales partes, formæ

1. Phys. 29.
2. De Anima in princ.
8. & 1. Pys.

recu-

quia vnum subiectum habere plusquam vnam formam, impossibile est, inquit Auerroes in libro de substantia orbis cap. 1. Quid efficit nouerca? inimicitiam contrahit, cum prole aliena. Et quid ab inimicitia? id quod excogitauit Empedocles, segregatio, quam parit, alios filios amans, quibus grauidata esse dicitur; quos, si in lucem illi edantur, maternus amor & fouet, & nutrit, semperque de illis est custodia, ne pereant. Non sic materia, quæ processu temporis formas a se expellit, quomodo neque fouentur, neque conseruantur, quæ licet ex suis visceribus intimis eruantur, illas nauseat; perinde ac si iniqua nouerca alienos liberos & nauseat, & expellit; licet in principio & mater, & receptaculum, & nutrix, & locus à diuino Platone appelletur in Timæo, ratione illarum formarum, quas recipit; processu tamen temporis tantæ benignitatis, tantique amoris (vt ita dicam) oblita, nec mater, nec receptaculum, nec nutrix, nec locus dici potest illius formæ; sed pessima nouerca, formam abyciens. Quæ nam sua potentia, atque priuatio? Quodnam tuum naturale desiderium? Ad infinitatem tendunt. Vel infinitas syncathegorematicè perpendatur: quemadmodum in cera eo modo potentia inuenitur, ad recipiendas omnium sigillorum impressiones, quibus priuata esse dicitur; & ideo materia formam appetit, quæ re vera boni, diuini, & ex consequenti appetibilis rationem habet. primò de Physico Auditu part. 81. quæ Protheo, & Camaleonti assimilatur, omnes formas recipientibus. Sed misera, quia non cognoscit, derelinquit humanam formam, inter cæteras formas sublunares perfectissimam omnium, induens se forma vermis. Et hanc conditionem fortasse animaduertens Iob in cap. 17. ita locutus est. Putredini dixi. Pater meus, es mater mea, & soror mea vermibus. Et iterum. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Et rursus conditionem materiæ inspiciens, dicebat, hominem quasi florem conteri, & fugere, velut vmbra fugit, & numquam in eodem statu permanere. Et propterea principium passiuum, & imperfectum appellatur, a forma perfectionem assumens, quam, etsi dicatur perfecta, illam nihili facit, eamq; tandem à seipsa abyciens, ignorans, qua perfectione in homine decorata sit. Qui ratione illius quasi putredo consumendus est, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea, vt scriptum est in lib. Iob cap. 13. & recta ratione; quia homo natus est de malitia, per quam discessit à creatore suo, quæ in generatione

mate-

De subst. or. cap. 1.

Plato in Timæo,

1. Phys. 81.

Iob 17.

Ibid. 10.

Ibid. 14.

Iob 13.

materiæ retinet rationem, qua res destruitur, veluti flos conteritur. & si de muliere natus, quid aliud nisi suos dolores ei communicare potest, suasq; ærumnas, quas interitus sequitur? Et si flori assimilatur, tandem ad siccitatem. & nihilum redigetur, iuxta illud Isaiæ: Omnis caro fœnum, et omnis gloria eius quasi flos agri, exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Verè fœnum est populus. Et Ecclesiast. cap. 14. Omnis caro sicut fœnum veterascet; vnde exiccabitur, iuxta illud Psal. 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Materia igitur secundùm Philosophos interitus causa est statuenda. Isaia 40. Ecclef. 14. Psal. 101.

Sed primus omnium hominum parens in statu innocentiæ ex materia, & forma erat compositus. Erat enim naturale corpus. Ex se mouebatur, quod quidem est animatorum propriū, & anima est forma, quæ per actum corporis definitur. Et ex se motum ex duabus naturis componitur; ex recipiente motum, & est materia, & ex agente motum, & est forma: principia reuera, & in motu, & compositione necessaria, quomodo ex istis omnia fieri dicuntur, ex octauo, & primo de Physico Auditu; licèt propriè à materia res se habent, vt fiant; sed a forma vt sint. Et eo præsertim, quia materia inuenitur per formam, quæ illius perfectio appellatur, & forma per materiam, in quantum illius subiectum dicitur, vel potius quasi subiectum quomodo sunt sibi inuicem causæ. Recipitur enim forma. quæ absquè recipiente recipi non potest; sed materiam formam sustinere dicimus, quod quidem animata corpora indicant, quæ sustinentur ab anima, quominus putrescant. Vnde & receptaculum materia nuncupatur, et gremium, & sinus, & locus formarum, & mater, & nutrix; sed tandem ei nouercæ nomen conuenire videtur. Non enim ratione suæ priuationis, potentiæ, & naturalis appetitus semper illis nominibus nominatur: deserit tandem continentem formam, quì terminatur per formæ aduentum; & illius appetitus ratione aliarum formarum. Et quid quæso omnibus istis necessariò euenire est dicendum, nisi interitus? Per separationem namq; formæ formatum destruitur. Quomodo Adam immortalis in eo statu? Nam ex quatuor corporibus simplicibus erat compositus, materiæ nomen, & rationem retinentibus. Vnde & mixtum perfectum dicebatur inter animas sublunares perfectissima anima animatum. Quare ex partibus homogeneis, & etherogeneis illius corpus erat compositum; omnes materiales partes, formæ 1.Phys. 29. 2. De Anima in princ. 8. & 1. Pys.

recu-

receptaculum. Vnum etenim erat primi parentis corpus. Compositum ergo erat ex materia, & forma, ex quibus vnum resultat; quomodo subiecti rationem habere, non est dubitandum; quemadmodum & in artefactis cera, recipiens formam Mercurij, dum est in actu forma, non amplius materia, et sed subiectum nuncupatur, respectu formæ, iam in ea ab agente introductæ. Agens etenim, dum operatur, formam respicit, qua materia antea erat priuata, vt esset ratione illius formæ artificiosæ informis, quæ non tantum subiecti rationem habet; verum etiam materiæ respectu omnium aliarum formarum artificialium, quarum priuatam esse cognoscimus. Nam respectu huius formæ, iam in materia existentis, denominatiuam prædicationem constituimus, statuam illam esse ceream, aut auream dicendo: sicut hominem esse sanguineum, aut biliosum; & non illam esse ceram, aut aurum; neque hominẽ esse dicimus sanguinem, neque bilem: quomodo materia denominatiuè de materiato prædicatur, 7. Metaphys. part. 23. & 24. Sed ratione habita ad formam, quam recipere potest, si introducatur alia forma artificiosa, dicimus ex cera fit illud, in quo noua forma introducitur, & si in alia materia, illa materia non dicitur cera, neque aurum, sed denominatur cerea, aut aurea, quam veritatem non sequitur Plato in Timæo, qui à materia, quæ semper eadem manet, & ex qua omnia fiunt, non autem à forma, quæ sæpe variatur, res omnes appellandas existimauit, quod exemplo manifestat dicens. Siquis cunctas figuras ex vna eademq; materia auri fictas continuè in alias, et in alias reformet, deq; vna quadam illarum præsens aliquid quid sit quærat, verè admodum, & tutissimè respondere possumus, aurum illud esse: triangulum verò esse, aut aliam figuram earum, quæ impressæ eò sunt, & continuò permutantur, quasi reuera sint, non licet dicere. At sententia Platonis vera est in his, quæ alternantur, minimè verò in his, quæ generantur, & intereunt: in alterationibus quidem nomen non amittitur, quomodo semper aurũ remanere dicimus, sed per generationem, & interitum nomen amittitur, quoniam deperditur ea forma, à qua prouenit nomen, quæ est quid erat esse illius, sicuti colligere possumus ex his, quæ scripta sunt in vestibulo libri secũdi Physicorum. Et hæc doctrina est Aristotelis contra Platonem in secundo libro de Ortu, & Interitu part. 4. quam sequitur Auerroes pluribus in locis, sed præcipuè in libro de substãtia orbis cap. 1.

7. Meta. 23. 24.

Plato in Timæo,

2. Phys. 2.

2. de Ortu, & Inter. 4.

De subst. orbis cap. 1.

Est

Est igitur in materia, quæ numquam ab ipsa recedit, inquit Plato in Timæo, appetitus naturalis, habilitas, seu inclinatio ad omnes formas, in cera ad omnes formas artificiales; in materia verò ad omnes formas naturales. Sed in cera non ad formam Mercurij, sed ad omnes alias respectu suæ ferè infinitæ capacitatis, & in naturalibus non ad formam, quam retinet; sed ad omnes alias, quibus priuatur. Quare vnum, & idem diuersa ratione, & materia, & subiectum appellari potest. Ergo in vtraq; potentia restat, ad omnes alias formas recipiendas, quibus ambæ recta ratione priuatæ dicuntur. Vnde valde interest apud Peripateticos dicere, materiam, & subiectum. Materia, quæ facienda sunt, respicit; famosior namq; huius præpositionis significatio ex illa dicitur, quæ materiam concernit, vt cum dicimus, ex ære fieri Mercurij statuam, et ex sanguine menstruo hominem 5. Metaphys. 29. Siquidem omnis substantia composita ex aliqua parte sensibili materia est; & hoc in naturalibus: nam alio modo dicitur de composito, quod est tale per intellectum, & est definitio, quæ non est ex partibus sensibilibus, inquit Alexander. Qua ratione forma, quam recipere debet, est priuata, quam cum receperit, nomen, & rationem subiecti sortitur. Et hoc animaduertens, dicebat Boethus. Materia qualitatibus informata, nō amplius materia dicitur, sed subiectum, quam sententiam sequitur Themistius in 1. de Physico Auditu in sua digressione. Hanc sententiam esse veram, motus, & mutatio indicant. Nam veri motus in tribus prædicamentis existentes, qui sunt accidentiū, subiectum actu requirunt; generatio autem, inquantum est mutatio in cathegoria substātiæ, materiam, quę ratione formarū, recipiendarum, et priuata, & in potentia esse dicitur. Generatio namq; ad formam tendit, cum sit transmutatio de non esse ad esse, quomodo materia antea priuata dicebatur; sed nō si respectu formæ, actu in materia existētis: quod nō dicitur de formis in cathegorijs accidentiū, aduenientibus ante in actu formato forma substātiali. Et propterea Gręci Philosophi, vt Simplicius, et Themistius, & Auerr. ex Arabis in lib. de Subst. Orbis, cap. 2. et 8. Metaphys. com. 12. Existimarunt corpora cœlestia carere materia: sed potius cū semper sit in actu magis subiectū quā materiā appellarūt. Ex cęlo nāq; et intelligentia verius vnū insurgit, quā ex materia, et forma. i. indiuisibilius; quoniā illa forma nullis medijs dimēsionibus interminatis vnitur, ꝙ de formis naturalibus non dicitur, cum qua vniri non possunt, nisi mediæ

Plato in Timæo.

5. Meta. 29.

Alexan.

Boethus.

1. Pys. in dig.

De sub. Orb. c. 2.

8. Meta. 12.

quantitates interminatæ intercipiũtur, vt docet oculatissimus, & nunquam satis laudatus Auerroes in libro de Substantia Orbis cap. 1. et in secundo de Cœlo com. 3. Ex materia autem, & forma in naturalibus et elementa, & omnia corpora natura constantia, componuntur, quæ sunt etiam illorum principia secundũ localem motum, illa passiuum; ista verò actiuũ, & est forma. Est enim in elementis principiũ passiuum motus, quam veritatem omnes Philosophi amplectũtur. Ergò illis esse principiũ actiuum est asserendum. Non enim in elementis formam feriari, est excogitandum, cuius munus est agere, & moueri, sicut alterius facultatis est pati, & moueri 2. de Ortu & Interitu part. 53. Est enim materia principium, quo aliud ab alio mutatur, sub ratione qua aliud, sicut, & potentia passiua; & forma est principium actiuum, quo aliud mutat aliud, sub ratione qua aliud, sicuti est potentia actiua. 9. Metaph. 2 Diuiduntur etenim elementa in partem per se motam, & est materia, & in partem per se mouentem, & est forma, quæ cum à se per se quiescant. Ergo à se, per se mouẽtur; quandoquidem eadem est causa quietis, & eorundem motus, quam veritatem aut non vidit, aut videre noluit Simplicius, alioquin vir grauissimus, & multæ auctoritatis in Peripatetica familia. Sunt igitur ex materia, et forma composita quatuor elementa, ad illorum motũ concurrentia. Quare generationi, & interitui secundum illorum partes subijciuntur. Sunt etenim quatuor elementa simplicia corpora, quod ex simplici motu colligere licet. Simplex motus etenim simpliciter corpori cõuenit, vt longo sermone disputatur in lib 1. de Cœlo. Sed omnimoda simplicitate non gaudent; quippe quæ in simpliciora resoluuntur, ex quibus componuntur. Et hoc illorum qualitates attestantur primæ scilicet, & grauitas; et leuitas. Quæ propterea simplicia corpora dicuntur, sed non simplicia elementa: nam simplex elementũ illis qualitatibus caret. Illud enim simplex elementũ dicitur, quod ex elementis non componitur, & sunt materia, & forma. Scriptũ est enim in 5. Metaphys. par. 4 elementũ esse cõmune omnibus rebus compositis, quod cuiq; primo inest, in quod dissoluuntur omnia, & istud elementũ debet esse causa aliorum elementorũ, et est materia prima. Et totum hoc manifestũ ex lib. 2 de Ortu, & Interitu par. 6. Vbi dicitur. Nos autem dicimus, esse aliquam materiã corporum sensibiliũ, sed hãc non separabilem, sed semper cum cõtrarietate, ex qua generantur vocata elementa. Et dixit vocata elemẽta, quia illis quatuor non

con-

De subst. or. cap. 1.
2. de Cœlo 3.
2. de Ortu, et Inter. 53.
9. Meta. 3.
1. De Cœlo.
5. Met. 4.
2. De Ortu, & Int. 6.

conuenit propriè nomen elementi, quæ potius cõmuni appellatione elementa vocantur, quod quidẽ potius conuenit materiæ primæ, elementũ omninò intransmutabile, et non quatuor vocata elementa, que adinuicem sunt transmutabilia quomodo habent elemẽta, quæ sunt illis priora s. materiam, & formã. Et in 2. lib. de Ortu, 2.eius. 20.
et Interitu par. 20. Scriptum est. Non est ignis, et aer, et vnũquodquè prædictorum simplex elementũ, sed mixtum: simplicia autem talia quidem sunt i. simplicia corpora, cum simplici motu moueantur; quia vnius corporis simplicis vnicu est corpus simplex et cum reciprocatione, et quatenus ex illis mixtũ corpus fieri dicimus, sicuti, quod est simile igni, non est ignis, sed igneu, & simile aeri aereum; ita simili elementum simplici non est simplex elementũ. Et hoc est quod posteritati mandauit, Auerroes in 1. de Phisico Audi- 1. Phys. 1.
tu cõm. 1. Causæ simplices, existẽtes in re, non sunt composita quæ enim sunt præter primã materiam, et vltimam formam, sunt materia, et formæ cõpositæ. Vnde materia prima, ex sententia Auer. 5. Met. 4.
verè est elementũ, ex qua generantur vocata elementa. Sed vnde elementorũ interitus secundum partes, et illorũ motus in quietem tanquam in finẽ terminatur? Re vera ratione materiæ, quæ licèt secundum se ab Ortu, & Interitu sit immunis, cum sit primum principium; habet tamen adiunctam priuationem, qua ad maleficium tendit, ratione iam habitæ formæ, quæ expellitur, vt aliam recipiat; & fortassè deteriorem. Quiescunt autem elementa, cum ad proprium locum deuenerint, quomodo dicimus, formis eorum quiescentibus primo quiescunt. Sed si corpora mixta ex illis componantur, quæ secundum naturam generantur, & intereunt, cum in illis potentia, quæ est contradictionis reperiatur. Quomodo igitur primum parentem Adamum in statu innocentiæ æternitate gaudere, est excogitandum? Erant etenim quatuor vocata elementa illius corporis materiæ ad partes homogeneas constituendas concurrentia, & istæ ad partes etherogeneas, ex quibus corpus mixtum resultabat, quod quidem contrarijs qualitatibus præstatur, quorum subiectum 1. de Gen. A-
contrariorum est susceptiuum, & est materia, a quibus om- nimal. 1.
nibus interitum prouenire, manifestum est, vt materiam ha 2. de Par. A-
bentia sint interitui obnoxia. Et istas veritates docet Aristo nimal. 1.
teles in libro primo de Generatione Animalium, & secundo de 2. de Ortu, et
Partibus Animalium vtrobique cap. primo, & secundo de Or- Interitu. 6.
tu, & Interitu part. 6. & in libro de Longitudine, & Breui- De lõg. e bre uit. vit. 1.

tate Vitæ cap.2. Omne etenim habens materiam, partem sui, habet contrarium, & cum reciprocatione, quæ est contrariorum subiectum. Ergo interitui est obnoxium. Quomodo enim compositum ex corruptibilibus, æternum esse potest? Et circa hoc est aduertendum, interitum aliquando attribui materiæ, aliquando verò contrariò, quod etiam est dicendum de generatione, aliquando verò & materiæ, et contrario: nam totum hoc rectè pronuntiatur; quandoquidem, & per materiam infertur contrariam, & ad conuertentiam; quia materia est contrariorum susceptiua, quomodo contraria habeāt in materia fundamentum, quod expressit Aristoteles secundo de Ortu, & Interitu part.6. & Auerroes in 1. de Cœlo cōm.124. et 5. Physic. com.10. & Aristoteles in 1. de Cœlo ambas causas coniungit, & in libro de Longitudine, & Breuitate Vitæ cap. 2. Verumq; est dicere, formam naturalem, cum materia coniunctam ad subiecti extensionem extendi, & illius partitionem partiri, cum ex intimis illius secretissimis penetralibus ab agente educatur, quæ propterea, cum non sit separabilis nisi secundum rationem, actu non separatur, cuius quidem separatio est illius interitus. Vnde mixtum corpus ex omnibus istis interire est affirmandum. Quomodo igitur est dicendū Adamum primum nostrum parentem fuisse immortalem in statu innocentiæ. Cum esset corpus compositum naturale ex materia, & forma genitum?

2. de Ortu, & Interitu 6. 1. de Cœlo c.120. 5. Physſ. 10. De Long. & breu. vitæ 2.

Digressio ad confirmationem eorum, quæ supra scripta sunt de rerum interitu.

VNDE est aduertendū, in corpore mixto necessariò potentiam passiuā reperiri, materiā insequentē. Sed potentiā passiuam habētia motui, mutationiq; subiecta esse dicuntur, quæ necessariò est contradictionis, 9. Metaphys. part. 17. et 5. eiusd. 16. quæ per principium mutationis ab alio, inquantum aliud definitur. Ad actum igitur est reducenda, quod per potentiam actiuam præstatur principium transmutandi aliud, inquantū aliud 9. Metaphys. part. 2. quomodo causa agens est vsque adeò necessaria, vt sine ipsa actiones in lucē non edātur; quippe quæ semper ab Aristotele per vnde motus principium describitur, a qua extrahitur id, quod est in potentia

9. Meta 17. 5. eius. 16.

9. eius. 2.

tentia ad suum determinatum actum 2. Phys. par. 29. & 11. Metaphys. 32. & com. 44. iuxta definitionem motus, qui est actus entis in potentia, vt in potentia est, 3. Phys. 6. A potentia igitur passiua materia inspicitur, quemadmodũ potentiã actiuam causam agentem inspicere manifestum est, per quam actio foras erumpit. Quare in elemẽtis, ex quibus mixta corpora componuntur, potentiam passiuam reperiri non est dubitandum, quæ sicuti & potentia actiua causam agentem requirunt, per quam in passum agit. Ista causa primò est potentia ad agendum, quæ re vera est in actu per suam determinatam formã, illam in actu constituentem, eo modo, quo recipiens habet potentiam passiuam recipiendi; potentia namq; in vno secundum tempus actum antecedere dicitur, sed non simpliciter 9. Metaphys. par. 13. Et illa potentia, quando ad actum reducitur ab agẽte materiã requirit in quam suas operationes exercere vale, quibus, actu existentibus, nihil aliud præstare intendit, nisi formam ex materiæ intimis visceribus extrahere, quod efficit mouendo materiã, auferendo crassas, rudesq; illius apendices, vt desiderata forma, per quam agit, tãquam illius operationis finis, informetur, iuxta illud 2 de Anima part. 24. Actus actiuorum non fiunt, nisi in patiente, benè dispositio. In his igitur omnibus potentia est perpendẽda. Signũ istius veritatis apparet; quoniã per formã in actu in materia existentem, quæ actu antea in materia nõ reperiebatur, sed in potentia, pro eo tempore, materia in actu dicitur per formæ aduentũ, qua sensibilis est determinata hac sensibilitate; qua de re sensatè disputant Aristoteles et Auerroes 12. Metaphys. par. 14. Vnde quiescit agens à sua operatione, aduentante forma in materia, iuxta illud lib. 1 de Ortu, & Interitu par. 55. Stabilibus præsentibus in materia, cessat motus. In omnibus igitur potentiã apparere videmus, et in materia à qua istis etsi hęc potẽtia particularis recedit per determinatę formæ aduentũ, nunquã verò potentia omnino considerata. In agente, quoniã non semper operatur actu, et antequã suas edat operationes, et ad illas peragendas, et ad formã est in potentia. In forma igitur, et ipsa potẽtia consideratur, quoniã est in potẽtia in prima materia, quę si actu est in materia per illã facultatis particeps esse dicitur, quę aliquãdo non erit, quia contingit aliqua separari; & agẽs, ex illa formam eliciẽdo, id quod est de potentia ad actũ elicit quod quidẽ munus agentis esse videtur, quomodo materia priuata est ratione, habilitatis, seu potẽtiæ, cũ in materia determinata

2 Phys. 29. 12. Met. 32. 44. 3. Phys. 6. 9 Meta. 13. 2. De Anima 24. 12. Meta. 14. 1 De Ortu, & Int. 55.

forma sit recipienda, ad quam naturalem habet appetitũ. Et omnia ista præparationes, & apparatus ad interitum esse dicuntur; cum necessariò sequatur expulsio formæ iam habitæ, quæ esse non potest absquè substantiæ compositæ interitu. Nequè propterea potentia omnino destruitur, quæ vniuersaliter considerata, aboleri non potest: nam composita substantia ex materia, & forma generatur, in actu per formam existens; verum & in materia, & in agente adhuc remanet potentia, & hæc passiua, & in illo actiua. Et quia materia, quæ subiecta natura appellatur, scibilis est
1.Phys.69. per analogiam ad artificiata, 1. de Physico Auditu part 60. id in artefactis apparet; quippe cum agens introducat formam artificiosam in ære, in quibus est excogitanda potentia ad omnes formas artificiales, in artifice actiua; in materia passiua: ita dicere licet in natura. Manet etenim in agente eadem virtus nouam formam introducendi, materiam disponente. Quare dispositio est seu habilitas ad recipiendas formas, existentes in potentia actiua agentis; quomodo videtur esse in potentia naturali, quibus forma, existens in actu per sui destructionem, cedit cæteris formis. Et quemadmodum generatio est transmutatio de non esse ad esse, per quam forma acquiritur, à qua esse prouenit; interitus est transmutatio de esse ad non esse. Est enim generatio via ad formam, interitus verò ad formæ abolitionem. Quocunq; igitur vertimur, causam interitus reperire licet in naturalibus. Quare cum corpore composita ex materia, & forma ratione materiæ sint in potentia, quæ est contradictionis, & ad moueri, & quiescere, & ad motus contrarios, cum antequam essent, ad esse dicerentur in potentia: ita dum actu sunt, ad non esse in potentia esse dicuntur, & aliquando non erunt, ne cogamur dicere, inanem, frustratoriamq; esse illam potentiam. Igitur cum elementa ex materia, & forma componantur generantur, & intereunt, sicut & mixtum, ex illis compositum. Considerentur ista in corpore mixto, quod componitur ex materia, & forma, quidem illius mutationes indicant, primæ qualitates contrariæ; qualitates secundæ, à primis ortum ducentes, in illo corpore existentes, contrarietates, quas in motu patitur perpendamus, vnde & pugnam, à contrarietate prouenientem; cum nihil idem à seipso patiatur, sed à contrario, generationem partium etherogenearum à partibus homogeneis, nihil absquè alteratione præstari potest. Nunquid igitur potentia passiua non requiritur? Imme

mo nihil absquè ea ad exitum duci potest. Naturalis siquidem appetitus ad nouas formas nulla in quantum volumus maxima, stante materia, auferri potest à naturali agente, quod, vt cuilibet patere potest, circa rem habitam non versatur, quomodo semper illam priuatam consideramus; vt inde consistet omnibus contrarietas, quæ interuenit inter formam, & priuationem. Omne namq; recipiens à natura illius, quod recipiendum est, denudatum esse debet, & denudatio dicit priuationem habitus, & habitus illam priuationem aufert: nihil namq; est recipiēs illius, quod recipit; alioquin idem scriptum reciperet; qua ratione dicebat magnus Plotinus. Id, quod potest pati ab actu, non esse actum, cum reipsa nihil a seipso patiatur, sed à contrario. Et quemadmodum actio est per formam, principium quo agendi, ita passio est per materiam, principium patiendi, quæ re vera patiendi fundamentum appellatur. Et quoniam naturales formæ sunt in materiam, per accidens pati, statuendum est. Quod ex hoc colligere licet; quia formæ, quæ sunt à materia auulsæ, nequè per se, nequè per accidens patiuntur sicuti nequè per se, nequè per accidens mouentur. Vnde per se materiam pati dicendum est; cum omnis passio à materia proueniat. Et totum hoc determinatum est in libro primo de Ortu, & Interitu. Cur igitur Adam primus omnium parens in statu innocentiæ, corpus mixtum, & ex consequenti corpus naturale, ex materia, & forma compositus, erat immortalis? Eadem re uera materia; in omni statu. Anima & illi, & omnibus hominibus rationis particeps. Et quemadmodum ab agente formam conferente, ea omnia præstantur, quæ illam consequuntur, ita ex materiæ electione, quæ ab agente ratione forma eligitur, ea omnia conuenire dicuntur, quæ materiæ necessitatem consequuntur. Ergo in statu interitui erat subiectus primus parens. Erat ne fortasse eiusdem rationis illius materia, ex qua componebatur cum materia cœlestis corporis? Re uera; Adam à prædominio terreus, iuxta illud D. Pauli in prima Epistola ad Corint. cap. 15. Primus homo de terra terrenus, cui consentit illud Genes. cap. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Resolutio indicat Audiamus verba Domini in libro Genes. cap. 3. dicentis primo parenti. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Consideremus verba Iob in cap. 19. dicentis. In nouissimo die de terra surrecturus sum; ergo de terra

Plotinus. 1. de Ortu, et Interitu. 1. ad Cor. 15. Gen. 2. Gen. 3. Ibid. 19.

Iob 19. 33. *sumptus est. Et in capite trigesimotertio scriptum est. Ecce & me, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoquè formatus sum. Sed verè est iam explicata doctrina, ex purissimis, nitidissimisque philosophiæ peripateticæ fontibus exhausta, corpus primi parentis non esse eiusdem naturæ, eiusdemq́; materiæ, sicuti sunt cœlestia corpora. Naturæ etenim materierum diuersitatem acquirunt secũdum modum naturæ transmutationis, quæ tantum quatuor esse dicuntur, in quid, & est generatio, & interitus; in quantum, & est augmentatio, & diminutio; in quale, alteratio; in vbi, latio. Omnia autem quæ sunt ingenerabilia, et alijs motibus, & mutationibus carent, sed tantum secundũ translationem mouẽtur, materiã habent, eam tamen solam, quæ de vbi*

12. eiusd. 10. *ad vbi appellatur, 12. Metaphys. 10. est, et 8. eiusdem par. 12. Qua*

8. eiusl. 12. *ratione corporis cœlestis materia priuationem adiunctam non habet, quæ est in corporibus, sub Luna existentibus, ratione materiæ, quæ propterea sunt ortui, interituiq́; subiecta; non sic cœlum, æternitate gaudens. Sed illa pars corporis cœlestis, quæ modo est in Ortu, est in potentia ad Occasum, & cum Sol sit in Leone, est in potentia ad Virginem. & ad alia signa. Quare secundum locũ tantum priuatam esse dicũt Peripatetici. Illa namq́; corpora, & nullum ex alijs corporibus motu in gyrum, qui sit purus circũferuntur, sed inferiora, quæ cœli motu circunduci videntur, motu mixto ex recto, & circulari cieri sunt iudicanda. Est enim motus circularis corpori orbiculari conueniens, qui fit circa medium, et ab intelligentia, qui non est corporis grauis, neq; leuis, quibus condi-*

1. de Cœlo 5. *tionibus cæteri motus carẽt, quod animaduertens Arist. in 1. de Cœlo par. 5. et in 8. Phys. 64. scriptum reliquit. Omnis motus, qui*

8. Phys. 64. *secundũ locum fit, quem lationem vocamus, aut est rectus, aut circularis, aut ex istis mixtus Et illi sunt appellãdi motus simplices, cum fiant super magnitudines simplices; quomodo simplici, motu non est dicendum, moueri sphæram ignis, neque supremã regionem aeris; inquantum ab extrinseco principio mouentur. Figura etenim corporis moti ad motum circularem concurrit; cum tamen ignis figuram pyramidalem conseruare videatur. Et si figura sphærica ponatur in elementis, ibi reperitur accidentaliter, non sic in corpore cœlesti, quæ conueniens est substantiæ, & naturæ illius: cum enim sit omnium prima, & perfectissima, primo*

2. De Cœlo 22. & 23. *corpori omnium perfectissimo conuenit, secundo de Cœlo par. 22. & 23. quam debet habere ratione motus, & continentiæ; cœlum*

nam-

namque omnia corpora continere debet, quæ inter figuras est superans omnes capacitate. Et de elementis manifestè constat ex libro tertio de Cœlo part. 65. & vltra. Homo verò est animal rectum. Si igitur primus parens ex materia, & forma erat compositus contrariorum susceptiua, et quo ad qualitates, & quo ad motus, quis non cogitat, contrarium agere in contrarium, quę mutuo se expellunt; quomodo & nomen, et definitio per formæ separationem amittitur, quæ sub illa contrarietate stare non potest: cùm æquiuocè tale remaneat illa substantia, iam formata, et destructa per formę destructionem. Resoluitur enim mixtum ratione contrarietatis, a qua oritur pugna; vt tandem victum vincenti cedere videamus. Duorum ducum cõcertationes totum hoc attestantur, Hectoris, & Achillis ratione formæ separatæ ex inflictis vulneribus, Aeneæ, & Turni ratione qualitatis dominantis per formæ separationem. de Hectore vulnerato ab Achille quibus vulneribus dies suos obijt, dixit Virgilius.

3. De Cœlo 65.

Virgilius.

Hæi mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore --

& hanc veritatem clarius explicat in morte Turni, dicens.

Ferrum ex aduerso sub pectore condit.

Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra, gelida namq; sicuti & pallida mors nuncupatur. Vnde sequitur contrariæ qualitatis victoria. Et vnde contrarietas? quoniam materia dicitur contrariorum susceptiua A materia igitur interitus, contrarietatem recipiens, quæ est priuata forma, quam appetit, quam consequitur, a qua abijcitur actus, idest forma, cõferens esse, quod per illius separationem amittitur. Videamus circa hoc doctrinã Aristotelis in lib. 1. de Physico Auditu. ex qua totum confirmatur. Si confirmare velimus, corpus naturale esse compositum ex materia et forma, cum re vera ista conclusio limites naturalis Philosophiæ nõ transcendat, mediũ necessariò est eligendũ, à quo demonstratio naturalis appellari debet, qua de re doctissimè disputat Auerroes pluribus in locis, sed potissimũ in 1. de Physico Auditu cõ. 83. et id via mutationis efficitur, quod quidẽ mediũ est naturale, cum natura mutationis principiũ dicatur. Omnes etenim Philosophi sũt huius sentẽtiæ, vt dixerint, principia esse contraria, sicuti manifestũ est, esse istius naturæ cõtraria, vt vnũ alterũ expellat, qua ratione vnum contrariũ alterũ recipere non valet ratione maximę distãtię, inter contraria existentis. Si igitur vnũ contrariũ alterum

1. Phys. 83.

rum non recipit, vnum subiectum necessarium est, contraria recipiens; & hæc est materia. Et quoniam tria esse principia statuitur materiam, formam, & priuationem; materia est illa, ex qua fit aliquid, cum insit. Necessaria est igitur ad generationem: forma autem priuationis subiectum esse non potest, quæ in materia recipitur; quippe cum maxima contrarietas inter formã, et priuationem intercipiatur; quia per aduentum formæ priuatio omnino expellitur, & aboletur illius forma: materia autem remanet, quippe quæ subiectum formæ dicitur. Remanent igitur ista duo principia, materia, & forma. Et quoniam ex principijs omnia fiunt, per se materia, & forma concurrunt ad constitutionem illius, quod ex principijs resultat. Quare omne corpus naturale, quod est principiatum, componitur ex materia, & forma: & omne tale est generabile, & corruptibile ratione materiæ, & priuationis, quæ tendunt ad maleficiũ, & ex consequente ad non
Tex. in l. 88. *esse, ex calce libri primi Physicorum. Videntes etenim Philosophi, materiam semper esse priuatam, malum, scilicet interitum, et tabes attribuunt materiæ; nam tunc insurgit appetitus, qui ratione carentiæ insurgit. Vnde quemadmodum omne bonum prouenit ex necessitate formæ, quæ est eius causa intrinseca, & agentis, extrinseca, ita omne motu ortum ducit à materia priuata. Hoc pacto sunt exponendi. Peripatetici tandem, quare à contrarietate prouenit interitus. Ex quibus omnibus hoc modo Enthymema colligitur. Primus omnium hominum parens in statu innocentiæ erat compositus ex materia, & forma, cum esset corpus, natura constans, in qua erat naturalis appetitus ad nouas formas, quibus ex consequenti erat priuata, cuius appetitus non erat perpendendus irritus, atquè inanis: præditus qualitatibus contrarijs, a quibus prouenit interitus. Relinquitur ergo, in illo statu esse interitui obnoxium.*

Nequè est dicendum, in homine interitum esse à forma; quandoquidem secundum fidem nostram, quæ est firmissima columna veritatis, humana forma ab agente naturali ex materiæ gremio non eruitur, sicuti cæteræ animæ educuntur; quæ re vera inquantum sunt formæ actus appellantur; quatenus verò in materia fixæ dicuntur, sunt facultatis participes, quomodo a cænosa, morbosaq; materia imperfectionem contrahunt, quod non est dicendum de formis à materia separatis.

Digressio, in qua declaratur, quomodo materia sit causa interitus, quomodo Adami interitus comprobari videtur.

MATERIAM *esse potentiam, testatus est Aristoteles in 2. de Anima, particula secunda, & in* 2.de Ani.2. *8. Metaphys. part. 15. immo esse illius differentiam essentialem, expressit Auerroes in libro de* 8.Meta. 15. *substantia Orbis cap. 1. Caret enim forma in* De subst.or. *se, & omnino considerata, quae propterea in actu* cap.1. *esse non dicitur, licèt in actu esse dicatur ratione motuum in cathegorijs accidentium existentium, & respectu aliarum formarum accidentium, sed non substantialis transmutationis, quae est via ad receptionem formarum substantialium, à quibus est in actu, dum actu sunt in materia, quae antea erant in potentia, quae & inquantum materia, & inquantum subiectum, & ex consequenti quatenus est formata respectu priuationis potentiae, appetitus receptiui rationem habet: quomodo & inquantū materia, et inquantum subiectū receptiui speciem habere dicitur, vt maiorem; vel minorem perfectionem recipere possit. Totum hoc natura prudens indicat procedens ab imperfecto ad perfectum; & naturae apparatus indicant, & ars de quibus verba facit Aristoteles in libro secundo de Partibus Animalium* 2. de Par. Animal.1. *cap. 1. & libro secundo de Generatione Animalium cap. 3. ibi per* 2.de Gen.Animal.3. *partes imperfectas deueniendo ad perfectas, & ad totum perfectum; ibi verò incipiendo ab anima vegetandi, & terminando ad humanam mentem omnium aliarum perfectissimam. Est re vera in actu composita substantia respectu determinatae formae, qua ei nomen, & definitio confertur; sed in potentia respectu caeterarum formarum, quae in potentia esse dicuntur, vt recipiantur, cum processu temporis recipiuntur ratione materię recipiendi principium, vt ratione interitus, & formae & compositi, quod primò ad interitum ducitur, & imperfectioris esse, & imperfectioris conditionis esse videntur. Quam veritatem ex putri materia generata ex animalis iam existentibus corporibus, nobis manifestant. Melius namq; est ipsi subiecto reperiri sub forma vaccarum, equarum, & hominum, quàm sub forma apum, vesparum, & verminum, ad quorum generationem natura ad imperfectum*

fecto ad perfectum in suâ specie tendit, cum omnia esse diuinum appetant, & illius causa agunt omnia quacunque agunt secundum naturam 2. de Anima part 34. & 35. Et vnumquodquè magis actu esse dicitur, quam cum potentia. & eò praesertim, cum ad vltimam perfectionem deuenerit, quod quidem à forma, quae est actus, oritur, quam veritatem viuentia attestantur, & Aristoteles in libro secundo de Generatione Animalium cap. 3. dum dixit, nos prius viuere vitā plantae, secundò vitam animalis, & tandem vitā hominis. Sed quadam non sunt, quia actu non sunt, sed in potentia. Ex quibus manifestum est, inter materiam primam, & subiectum maximam esse intercipiendam diuersitatem: quomodo si a forma seiuncta perpendatur, ei vtiq; infinitas est attribuenda, sed formae munus est finire, terminosq; praestare. Quod ex hoc confirmatur. quoniam ex se considerata, est ignota, per quam cognoscitur: non enim est negandum, cognosci per analogiam ad formam; quippe cum actus, idest forma sit ratio cognoscendi eius in quo est. Vnde ex se, idest omnino considerata, omni forma caret, cum à quolibet actu pati possit. Ex quibus manifestum redditur, naturam materiae primaq; in sua prima notione consideratur, esse nudam, simplicemq; potentiam, quae vniuersalis, & essentialis facultas appellatur; retinētis alteram potentiam, & est accidentalis, & relata. Prima potentia nullo modo destruitur: secunda per formae aduentum aboletur: forma autem quae recipitur, est particularis. Ergo destruitur illa potentia particularis, habita ratione ad formam particularem receptam. Signum, quia per illius aduentum, ad illam capessendam, non est amplius in potentia; illius namq; appetitus respectu illius formae iam est expletus. Antea namq; priuata dicebatur; sed destructa est priuatio per formae aduentum, quae priuationi erat contraria. Vnde respectu illius formae, non amplius propriè retinet nomen materiae, sed subiecti; minimè verò ratione formarum, ad quas recipiendas est in potentia: nam potentia dicit carentiam, quomodo sequitur, esse priuatam; quae nihilominus alias formas, quibus non est in actu, in suo gremio in potentia retinent, ex cuius potentia ab agente educuntur. Sed quoniam priuatio, & forma contrariantur, per aduentum formae non est amplius priuata, neque in potentia; at non omnino; quandoquidem per illius formae aduentum est; actu determinato: at non omnino, quia ille actus est particularis, conferens esse particulare

1.De Anima 34. 35.
1.Phys. 12.
2.de Gen. Animal. 3.
1.de Ani. 4.
9.Meta. 20.

in

n actu. Quare materia, quo ad suam naturam considerata, habet potentiam essentialem, quæ est appellanda vniuersalis ad recipiendas omnes formas naturales, quæ inquantum est formata, ad omnes non esse in potentia, quia non ad illam, quam actu retinet. Et propterea iure optimo potentia in essentialem & accidentalem in vniuersalem, & particularem distribuitur. Prima absoluta nuncupatur; secunda relata. Prima est à materia inseparabilis, de illius essentia; sed non secunda. Istæ potētiæ duas prædicationes constituunt. Prima cōstituit prædicationem in primo modo dicendi per se materia est potentia; ex altera secundus modus dicendi per se resultat. Sicuti Socrates & si alter non rideat; vniuersaliter nihilominus est ad vsum propensus, qui licèt postea actu rideat, ad illum actum non est amplius in potentia; sed ad cæteros ridendi actus aut remissiores, aut intensiores. Ergo antequam rideat, habet illam vniuersalem potentiam ridendi. Sicuti citharedus antequam pulset citharā. ad omnes pulsandi actus; sed dum actu citharam pulsat, non ad illum, sed ad omnes alios pulsandi actus est in potentia, maiori, vel minori suauitate repletos, quos pulsandi actus cithara recipit. Quare actus illi, particulares sunt dicendi, dum foras cithara sonum edit; sed dum nullus sonus emittitur, neque ex consequenti citharedus pulsat citharam, & in cithara, & in citharedo est potentia vniuersalis, vt iste omnes sonos personet, & in illa ad omnes recipiendas, sicuti aures habent potentiam vniuersalem ad omnes sonos, qui dum foras erumpit determinatus, neque cithara, neque aures ad illum sunt in potentia, sed illa ad omnes alios edendas, & isti ad illosmet audiendos. Ita dicendum est de materia & agente, quod quidemmet cera, & sigilla nobis indicant. Potentia namque, & actus sunt differentiæ valde oppositæ. Vnde illa oppositio non est relatiua secundum esse, sed actus, & potentia opponuntur ea oppositione, quæ priuatiua nuncupatur; priuantur namque ad inuicem actus, et potentia. vt vnum alterum expellere videatur. Rectè igitur distinguitur potentia in absolutam, & relatam, quæ est in omnibus cathegorijs, & omnium cathegoriarum principium dicitur, quemadmodum, & actus 12. Metaphys. 26. et potentia ad materiam reducitur, quæ dicitur esse potentię radix, quoniam est patiendi principium, & actus ad formam. Potentia igitur materiæ congruit Potentia materiæ inquantum est materia omninò. At inquantum materiatum, 12. Meta. 26.

tunc

tunc est compositum ex illa, & forma, subiectumq; dicitur, sed est in potentia ad omnes alias formas, quas recipere potest: nã cum subiecti nomen, rationemq; retineat non ad illam, quam retinet, per quam illud subiectum est in actum. Primo modo potentia est vniuersalis, essentialis, absoluta, indeterminata; omninoq; ab ea inseparabilis: quibus conditionibus caret, si alio modo perpendatur; quandoquidem particularis dicitur, accidentalis, relata, determinata, & separabilis. Et de prima est intelligendus Auer-
De subst. orbis cap. 1. *roes in libro de substantia Orbis cap. . dicens, materiam primam esse naturam potentiæ, scilicet potentiam esse illius differentiam substantialem, nullamq; habere formam, & naturam, existentem in actu sed illius substantiam esse in posse, quomodo materia est receptibilis omnium formarum. Sed non est de essentia materiæ potentia secundo modo considerata, quia illa potentia destruitur, quod autem est de alicuius essentia, non destruitur. Vnde dicimus ex potentia ente fit transmutatio ad illud, quod est ens in actu, vt ex albo in potentia ad album in actu, quemadmodum dicimus, ex ente omnia fieri, potentia quidem ente, non ente veri*
8. Phys. 74. 75. *actu, vt scriptum est in primo Physicorum part 74. & 75. &*
12. Met. 8. *12. Metaphysic. part. 8. Et propterea quando inuenimus apud Auerroem contrarium; de hac secunda potentia est intelligendus. Et totum, hoc propter maximam diuersitatem, existentem inter materiam, & subiectum. Et illam distinctionem potentiæ esse*
4. Phys. 120. 1. de Cœlo 119. *Auerrois patet in 4. Physicorum, et 1. de Cœlo vtrobiq; com. 120 vt ex his vere dicatur, potentiam esse substantiam primo modo secundo modo accidens, existens in prædicamento relationis, quæ per formæ receptionem aboletur, per quam est in actu determinato; in potentia tamen, non ad omnes actus, sed ad determinatos. Nam materia, eo modo accepta, non habilitatur, sicuti neque disponi potest ad omnes alias formas recipiendas, quas omnes in se retinet in potentia primo modo considerata, ab omni forma omnino immunis secundum actum, omnino appellata pura simplexq; facultas. Et recta ratione, quia sicuti actus est de essentia formæ; ita potentia est de essentia materiæ; quam veritatem desumere licet ex his, quæ definitionem ingrediuntur, & sunt genus. & differentia, quod quidem genus materiæ rationem habere videtur, & differentia formæ. Etenim si quis inquirat, vir iste sermo definitiuus sit vnus homo est animal rationis particeps, nulla alia ratio est reddenda, nisi quia genus, definitionem ingre-*

grediens, est potentia, differentia verò actus. Eadem ratio est de inquisitione vnitatis ex materia, & forma. Sed non inquantum est potentia accidentalis: quomodo non ad omnes, sed ad determinatas formas est in potentia. Vnde illa potentia est arcta-ta, habens determinatas dispositiones; vt recta ratione sit dicendum, materiam esse vnam per priuationem omnium formarũ, sed esse multam potentia, & habilitate, quoomodo non inspicitur ab agente cum positiuo careat, quod agens aspicit. Est enim mutuus aspectus formæ, & agentis, quia forma est in actu per causam agentem, quæ per formam, tanquam per principium quo operatur, dantem esse, illudq; substantiæ composita conseruantem; quomodo materia est sensibilis; at non in prima notione, ante formæ aduentum, quæ tantum est pura potentia, omni forma priuata. Et totum hoc manifestatur, quia materia inquantum subiectum dicitur, habet formam in actu, ad quam non est in potentia; nihilominus est in potentia propinqua ad aliud, quæ potentia reducitur ad actum per determinatam formam. Vnde requiritur determinatum agens, præter agentia vniuersalia, de illa potentia determinata ad actum determinatum extrahitur. Sed materia inquantum est materia, cum retineat omnes potentias passiuas, ferè infinitas, seu potius infinitas sycathegorematicè, infinitis ferè causis agentibus indiget, vt infinitæ ferè formæ, quas in potentia retinet, ad actum reducantur: nam secundum Peripateticos, mundi æternitatem ponentes à parte post, & à parte ante, nunquam fuit, nec est, nec erit terminata, nullaq; forma, quantum volumus perfecta, suum insatiabilem appetitum expleuit, omnino cõsiderata: At subiectum per determinatam formã semper terminatum, finitumq; redditur. Quomodo illa est communis per priuationẽ, quæ et ipsa omnino est considerãda. Et hoc modo non intelligitur nisi secundum priuationem formarum ab ea, iuxta illud 10. Metaphys. par. 24 materia negatione cognoscitur. Et hoc est illud, quod litteris consignauit Aristoteles in septimo eiusdem part. 8. Dico autem materiam quæ secundum se nullatenus est neque quid, neque quantitas, neque aliquid aliud eorum dicitur, quibus ens est determinatum. Et secundum hanc intellectionem, non habet esse extra animam: illius namq; esse eo modo consideratum, non est sensibile, cum ex se qualibet forma careat, qua sentitur, & est in actu, sicuti videre est apud Auerroem in libro 12. Metaphys. cõm. 14 & tertio de Cœlo cõm. 61. *quan-*

8.Meta.15. 10.Meta. 24. 7.eiusd. 8. 12.eiusd. 14. 3. De Cœlo 61.

quando dixit Aristoteles, principia sensibilium esse sensibilia, inquit Commentator, hoc esse verum de principijs propinquis, non autem de principijs remotis, & sunt prima materia, & prima forma. Cuius doctrinæ fundamentum esse potest, quia abstrahentium, non est mendacium, 2 Physicorum part. 18. sine qua abstractione in Scientia Naturali non contingeret speculatio, & est abstractio Mathematica ex sententia Alexandri. Vnde scriptum reliquit Auerroes in 12. Metaphys. cõm. 39. intellectus natus est diuidere adunata in esse, quemadmodum diuidit materiam à forma, quomodo extra animam existere non potest; siquidem actus existendi est à forma, alioquin quod non est in actu, esset in actu 2. Physicorum com. 12. Vnde modo essentiæ eius est, vt sit in potentia omnes formæ, quomodo non est actus, nec substantia demonstrata in actu; sed est quasi medium inter non ens simpliciter, & esse in actu, inquit Auerroes.

2. Phys. 18. Alex. 12. Met. 39. 2. Phys. 12.

Quare materia inquantum materia est in potentia, & vt subiectum. Sed illa est potentia vniuersalis sed non subiecti; quoniam illa est essentialis, qua caret subiectum. Et totum hoc est ratione priuationis, qua ad formas recipiendas, illa vniuersas, & hac. 5. subiectum ad has determinatas, quia non ad suam, quam actu habet, & per quam actu est, & operatur. Et hoc modo priuatio principium esse dicitur, quę licèt nullibi subsistat; est tamen ferè natura quædam, quæ alteri naturæ accidit; alioquin nihil fieri diceretur, sed quicquid fieri diceretur, necessariò anticiparet esse, inquit Themistius in digressione primi Phys. Vt nihil mirũ videri debeat, si Aristoteles in secundo eiusdem part. 15. priuationem quodammodo formam appellat, qua disponitur materia ad formarum receptionem: quomodo dicimus, priuationem omnium formarum artificialium dare facultatem, et dispositionem in cera ad recipiendas omnes formas artificiales; quamuis nunquam à materia recedat; & vt est absolutè materia, & inquantum est cum forma coniuncta, & in Sublunaribus, & in globis cœlestibus: in illis, quo ad diuersas formas, & magnitudines, & affectiones: in istis, quo ad motum localem.

Themist. in digr. 1. Phys. 2. eiusd. 15.

Prima rerum genera considerentur, quorum principia secundum analogiam sunt materia, & forma: Nam quemadmodum ens est analogum ad substantiam, & accidens. cum dicatur ad vnum, & ad vnam naturam, idest ad vnum primum analogatum, & ad vnam naturam vnius primi analogati, 4. Metaphys. part. 2.

4. Meta. 2.

part. 2. quia accidentia ad substantiam habent attributionem, per quam constituuntur, & est illorum subiectum, minimè verò inquantum est agens, & finis, vt ibi manifestauit Auerroes, cum non prioritas naturæ neque causalitas in vniuocatis considerentur: verum namq; genus non habet species priores se ad inuicem, sed omnes sunt secundum vnum ordinem, ex libro Destruc. dest. disp. 7. in solutione vltimi dubij, & 12. Metaphys. com. 2. & substantia est qualibet accidente prior definitione, cognitione, tempore, & natura 7. Metaphys. part. 4. Quæ sola separabilis ibidem & 12. eiusdem part. 25. esse dicitur, vt substantia possit esse sine accidentibus, accidentia autem non sine ipsa, quorum esse est inesse 7. eiusdem part. 2. & in hac re est documentum Auerrois in 12. eiusdem com. 25. dicentis, substantias esse duobus modis: modus vnus, in quo impossibile est fugere accidentia, & alius sine aliquo accidente: primus est sensibile: secundus intelligibile. Ita de potentia, & actu, de materia, & forma asserere, fateri cogimur, quæ decem prædicamentorum sunt principia, & est doctrina Aristotelis in 12. Metaphys. à part. 19. vsq; ad part. 29. Nam illa sicuti forma, & priuatio primæ substantiæ principia esse dicuntur, secundo accidentium, quorum substantia est causa, sicuti & accidentium; quemadmodum actus, & potentia omnium prædicamentorum, quippe cum actus ad formam reducatur, & potentia ad materiam 12. eiusdem part. 26. quomodo dicit Auerroes in 1. de Aïa com. 6. actus, & potentia sunt differentiæ valdè opposita, contingentes omnibus prædicamentis. Potentia igitur est excogitãda absoluta in substantia, quæ est prædicamentum absolutum: & in prædicamento relato potentia est relata. Quomodo & in istis analogia est consideranda. Etenim ens diuiditur in absolutum, & relatum; sic & potentia eorum, quæ sub ente continentur, & sunt substantia, & relatio, diuiditur in potentiam absolutam, & in potentiam relatam, quæ est illorum principium. Sed substantia, aut est materia, aut forma, aut composita ex his, quæ est in actu per formam, & in potentia per materiã, & forma est actus. Materia igitur est potentia, per quam cæteris conuenit potentia. Et ista eò magis ipsi materiæ conuenit. Totum hoc forma manifestat, quæ ex se est actus; quæ tamen inquantum est in materia, est facultatis particeps; cum illi materia suum esse communicet. Nam si materia destrueretur, & potentia destrueretur,

Destruc. dest. disp. 7. in sol. vlt. dub.
12. Met. 2.
7. eius. 4.
ibid.
12. eiusd. 25.
7. eius. 2.
12. eius. 25.
12. Metaf. à part. 19. usq; ad 29.
12. eius. 26.
1. De Aïa 6.

& cum reciprocatione; Sed non si potentia accidentalis, quæ est potentia particularis. Vnde singularia destruuntur ratione materiæ, ratione potentiæ, appetitus, & priuationis: quo modo dicimus esse causam contingentiæ. Vnde sequitur interitus propter formæ destructionem, & generatio per aduentum nouæ formæ. Agentes causæ hoc testantur, aspicientes diuersas materiæ potentias, diuersas formas, ex materiæ visceribus educentes. Nam agens, operando, vult finem, per quem agit. Et propterea potentiæ multiplicantur, sicuti & materiæ, & formæ; etenim sicuti materia habet gradus; ita & potentia, scriptum
De sub⁹. orbis c. p. 5. *reliquit Auerroes in libro de Substantia Orbis cap. 5. Ergo materia est illa potentia, de qua supra agebatur. Potentia est in elementis, quæ generantur ad inuicem: item in corpore mixto, ex quibus generatur, in partibus homogeneis, ex quibus fiunt etherogeneæ: in substantia composita ratione continui, in quibus omnibus est potentia ad interitum, & ad alios motus. Quare & potentia ad aliam formam, quæ per aduentum formæ remouetur, & adest, habita ratione ad aliam formam, ad quam est in potentia. Sed nō prima, quia materia est æterna, quomodo*
12. Me. 11. *& potentia. Vnde scriptum est in 12 Metaphys. com. 11. primo habere habilitates, ad recipiendas formas contrarias, & sunt quatuor elementorum formæ: secundo mediantibus illis ad homogeneas, quæ quidem potentiæ diuersantur secundum diuersitatem mixtionis quatuor elementorum, qua ratione formæ ge-*
1. eit. c. 17. *nerabilium diuersæ redduntur. Et in primo Metaphys. com. 17. scriptum est, materiam carere illis formis, quas recipit, vt primo formam vniuersalem recipiat, & postmodum mediante forma vniuersali alias vsq; ad indiuiduales recipit, & est vna numero, inquantum est subiectum formarum indiuidualium. & multa secundum formas, quæ per eas diuiditur. Vnde requirit necessariò potentiam, nisi velimus affirmare, esse in potentia ad potentiam, quam cum recipiat, amittitur nomen, & definitio potentiæ, & est actus, dans esse in actu materiæ, quod non solum est falsum, verum etiam absurdum. Nam materia, & potentia re identificantur, sed non potentia particularis, quæ cum ad actū per aduentū formæ reducitur, ad illam non est amplius in potentia; quam actu retinet, & per quam est in actu. At non omnino aboletur potentia, & materia est multa potentia, & habilitate, quæ & diuiditur, & ex consequenti extenditur.*

Est enim in materia habilitas ad recipienda duo contraria. Et hanc rem optimè manifestat Auerroes in libro de Beatitudine Animæ cap 2 dicens, possibilitatem esse attribuendam substantiæ rei, cuius est, itaut naturam rei indicet, quomodo dicimus, intellectum materialem, qui materiæ aliqua ex parte assimilatur, ex sui natura nullam aliam retinere naturam, nisi hanc, quod sit possibilis 3.de Anima part.5. quemadmodum locus possibilitatem non amittit respectu locati, neque cera respectu formarum artificialium; quomodo dicimus, materiam nunquam amittere possibilitatem. Potentia verò ipsi attribuitur, quod recipit aliquid aliud extra ipsum in specie: quomodo consideramus potentiam, inquantum est relata ad formarum receptionem, ortum ducens ex possibilitate. Assignat exemplum Auerroes, massam ferri habere possibilitatem, vt ex ea fiat ensis, & iterum habere potentia in se ensem. Sed possibilitas solum suæ substantiæ attribuitur, vt sit possibilis ex se, & præparata virtutis, vt ex ea fiat ensis, & cętera alia, quæ ex ferro fiunt, quæ neq; ex cera, neq; ex palea fieri possunt: potentia verò attribuitur formæ, aptæ recipi in subiecto in specie ensis, quomodo dicimus, ensem esse in hac massa in potentia. Vnde possibilitas est magis substantialis, & magis generalis, quàm potentia, per quam materia est in potentia ad receptionem formarum; ista destruitur, sed non illa. Potentia processu temporis exit ad actum, sed non possibilitas. Vnde illa per actum destruitur, sed non illa, quæ in materia per aduentum formæ remanet, quod animaduertens diuinus Plato in Timæo, scriptum reliquit, materiam ex propria potentia nunquam recedere, & est illa potentia essentialis, quæ possibilitas nuncupatur. qui diuinus Philosophus hanc veritatem adeò ad viuum expressit, vt nihil amplius desiderari possit. Vult enim confirmare, materiam, ex qua fit aliquid, esse informem. Nam cum rerum effigies omnium formarum varietate debeat esse distincta, nunquam gremium huius formationis erit præparatum, quod quidem gremium est materia prima, nisi informe sit, & suapte natura omnibus formis, quas recepturum est, careat. Nam si erit alicuius eorum, quæ in se recipit simile, cum contrariam eius, cuius simile est, naturam, aut aliam prorsus suscipiet, nunquam eius similitudinem, & effigiem exprimet, cum

De Beatit. Aïe 2.

3. De Aïa 5.

Ibidem.

Plato in Timæo.

præfetulerit suam. Quo fit, vt nullam sibi propriam habeat speciem, quod est omnia genera suscepturum. Vult igitur Plato, possibilitatem esse in materia, quæ nunquam ab ipsa recedit.
3. De Cœlo com. 67. *Hoc idem nobis manifestauit Auerroes in libro tertio de Cœlo com. 67. vbi soluitur illa quæstio, cur elementa figura carent, nihilominus habent formas? Et dictum est, primam materiam non esse receptibilem formarum, nisi inquantum caret forma omnino. Et inquit solutionem illius dubitationis esse, quod non est necessarium in receptibili, nisi vt careat forma quam recipit, non vt careat omnino forma. Sed quia prima materia est omnium formarũ receptibilis, debet esse priuata forma omnino. Et totum hoc recta ratione, quia inquantum illa potestas est absoluta, non respicitur ab agente, eo modo quo respicitur, vt potentia relata consideratur, quo pacto necessarium est interuenire agens, extrahens formam ex illius potentia, seu introducens, vt manifestum est in naturalibus & artefactis, quam nihilominus respicit agens respectu aliarum formarum, ad quas in potentia esse dicitur, quæ si recipiuntur, antecedentes amittuntur, scilicet forma Mercurij, cum aurum recipiat formam Iouis, & naturale illud corpus amittit nomen, & definitionem, quo modo & priuationem, & formã in materia perpendimus etiam inquantum est formata; formam inquantum est formata, & priuationem, quatenus qualibet alia forma est priuata, per quam priuationem in illa naturalis inest appetitus ad aliam. Et priuata cum sit, nihilominus est in actu, cum actu habeat formam: nam ratione motus aliam formam recipit, at nihil mouetur, quod nõ sit in actu, & omne existens in actu, est per formam. Ex quibus omnibus manifestum est, a materia prouenire interitũ: nam potentia materiæ sequitur illius possibilitatem, quæ est receptiua, & contradictionis, recipiens esse, & nõ esse; quomodo, & si materiam iam consecuta est, in ea ad formam capacitas remanet, quã cum receperit, ad iam vltimò habitam non est in potentia. Vnde verum est, quod iam explicatum est, inexplebilem esse suum appetitum, nauseando iam receptam. Quare sequitur destructio formæ per alterius susceptionem, sicuti, & compositi: sed nunquam materia, neque possibilitas eius, quæ necessario est priuata, & cum forma coniuncta. Non enim omnes formas actu recipere potest, neque substentare, & alere. Necessa-*
rium

rium namque est dicere, ante receptionem esse priuatam: Generatio siquidem vnius, est alterius interitus, & cum reciprocatione, & ex his patet, nullam esse contradictionem in doctrina Commentatoris Auerrois, quem illius inimici, multoties ad pauca respicientes, exagitant, præcipuè materiæ potentiam excogitantes, qui rati sunt, sibi ipsi in hac re esse contrarium, nihil de distinctionibus, quibus ambiguitates soluuntur, considerantes. Non enim est negandum quod ab hoc præclarissimo Philosopho scriptum est in primo de Physico Auditu comment. 70. dum dixit. Accidit illius substantiæ, vt sit potentia omnes formæ; non quod potentia eius est in substantia, ita quod sit pars definitionis: quia si potentia esset in eius substantia, tunc esse illius destrueretur per ablationem potentiæ, & præsentiam formæ in actu, scilicet formæ ad quam habebat potentiam vt reciperet. Et vniuersaliter si potentia esset in eius substantia, dum res generatur corrumperetur, et esset in prædicamento ad aliquid non in prædicamento substantiæ. Ex quibus patet, istud subiectum esse substantiam, non potentiam, neque priuationem. Pars enim substantiæ est substantia; sed est etiam concedendum quod posteritati mandauit Auerroes in libro de Substantia Orbis capite primo, dicens si materia esset substantia simpliciter existens in actu, tunc esset impossibile, & non receptiuum. Nam quod est in actu, non recepit aliquod, quod sit in actu, secundum quod est in actu. Est igitur natura potentiæ, ita vt sit eius differentia substantialis. Et ideo nullam habet formam propriam, & naturam, existentiam in actu; sed eius substantia est in posse: & ex hoc materia recipit omnes formas. Quare materia substantiatur per posse. Et hoc verum est, si inspiciamus potentiam absolutam in materia prima existentem ad omnem formam, cum in formis se habeat; antequam formam recipiat, primo Physicorum part 69 quam respicit agens vniuersale, quæ non est de essentia materiæ, inquantum est potentia accidentalis, quam respicit agens particulare, per formæ aduentum, illam, ex illius gremio eliciens potentiam destruens ad quam non est in potentia quo ad numerum, sed specie secundum principia Aristotelis, quia a priuatione ad habitum non datur regressus, quæ re vera est in potentia ad eandem formam numero, sed ad omnes formas, quæ sunt in potentia in prima materia. Nam per abstractionem intellectus considerari potest a

1.Phys. 70.

De subst.or. cap.1.

1.Phys.69.

qualibet forma denudata quomodo dicitur in potẽtia ad formam quæ respicit esse absolutum: & habita ratione ad determinatas formas.s.hoc deperditur, sed nunquam illud, ratio est; quoniam primo consideramus vniuersalẽ priuationem: secundo modo particularem, & tunc agens eliciens formam, ad quam erat in potentia ad actum, illam potentiam destruit, sicut & formam, quæ deperditur antecedens actus, et per illam, quæ est actus, est in actũ. Vnde per causam agentem, tanquam per principium extrinsecum incipit esse forma in actu quæ prius erat in potentia, & per formã, tanquam per principium intrinsecum consequitur esse, quo antea erat priuata, & amittitur aliud esse per separationem alterius esse, cuius separatio est illius internus. Et totum hoc in relatione consistit, quo pacto & quid aliud dicimus, nisi potentiam accidentalem, determinatam a materia separabilem. Non igitur est de essentia materiæ ista potentia Nullum etenim accidentale, potens adesse, & ab esse de essentia alicuius esse potest Et ista potentia non est vnica in materia sed multiplicatur ad multiplicationem formarum, & diuersarum agentium, diuersas formas ex illius gremio eruentium. Et totum hoc massa ferri, seu potius massa ceræ indicat Habet enim multas & diuersas habilitates,
4. De Cœlo 35. *quam veritatem docet Aristoteles in libro quarto de Cęlo par. 35. in grauibus, & leuibus, dicens. Si materia fuerit inferius in potentia, erit materia grauis: si superius erit materia leuis, et est eadem subiecto; sed multa potentia, & habilitate, & ad duo contraria, qua ratione numerandæ sunt potentiæ secundum numerum formarum, quæ per illarum eductionem ab agẽte, extrahente de potentia ad actum, destruuntur, quod quidem potentiæ propinquę attestantur, quæ requirunt determinatum agens vltra agentia vniuersalia, ad extractionem concurrentia; vnde necessario de-*
12. Meta. 11. *struitur; sed et ideo scriptum est in 12. Metaphys com. 11 numerus potentiarum est sicut numerus specierum generabilium, quæ sicuti generantur, & corrumpuntur ita illæ potentiæ destruuntur. Et horum signum esse potest, trãsmutatio, quæ fit eius quod erat in potẽtia propinquissima ad receptionem formæ, quod præstatur per vnicum agens propinquum; & illud, quod recipit formas mediantibus medijs formis; in omnibus i[illegible]is mutationibus amittitur forma, & alia forma acquiritur, quod fieri nequit, nisi potentiæ, & priuationes determinatæ destruantur, sicuti manifestum est in particularibus generationibus in corpore mixto, &*

in-

in elementis, & in mutatione elemētorum ad partes etherogeneas, quæ per multarum formarum destructionem, potentiarum, & priuationum præstatur. Sed vera potentia illa dicitur, quæ statim ab agente reducitur ad actum, & non sicut domus, in qua multæ mutationes requiruntur, & multa agentia particularia, quemadmodum dicimus prius destrui formam panis, & aliorum esculentorum, & fit transitus ad formam chyli, deinde ad formam sanguinis, & seminis, & fœtus. Perpendantur alterationes, & destructiones, & est doctrina Auerrois in 1. Physicorum com. 62. dicentis. In spermate apud generationem hominis, non cessant partes spermatis recedere, & partes fieri hominis, donec forma humana perficiatur. Requiritur ergo vnica mutatio ad hoc, vt dicamus, illam esse veram potentiam. Et totum hoc elicitur ex doctrina Aristotelis 9. Metaphys. part. 12. & ex his osten dit, quæ est vocanda prima materia, & prima potentia. Nam quod fit ex materia aliqua, ab illa denominationem habet quomodo dicimus, arcam non esse lignum, sed ligneam, sicuti neque lignum est terra sed terreum, sicuti dicimus materiam priorem rem factam posteriorem denominare; vt quod est potentia prius, illud, quod est posterius, denominet, & illud prius est materia, vt manifestum est de ligno, & ære denominantibus arcam ligneam, & statuam æream, cum lignum sit in potentia arca, & res in potentia statua. In quibus quidem denominationibus non contingit procedere in infinitum. Ergo ad vnam primam materiã, quæ ab alio non denominatur, necessariò est deueniendum. Ergo & ad primam potentiã, quæ est de essentia materiæ. Nam quemadmodum materia nunquam destruitur; ita neque illa potentia: nam potentiæ, habilitatesq; propinquæ destruuntur. Cuius rei signum esse possunt elementa, quæ secundum partem destruuntur, & corpora mixta secundum totum; vnde potentia, hoc modo considerata, non est de essentia materiæ, sicuti est illa potentia absoluta respiciens non materiam hanc, & illam, sed materiam de qua loquitur Arist. in eodem libro nono Metaphys. part. 12. quando dicit, non esse deueniendum in infinitum in denominationibus, vt sit deuenire ad primam materiam, & ex consequenti ad primam potentiam, & est potentia absoluta, & simpliciter, de illius essentia existens. Quomodo est verum dicere, non interuenire aspectum inter istam potentiam, & causam agentem, sicut interuenit inter alias potentias, & habilitates, & causam agentẽ.

1. Phys. 62.

9. Met. 12.

Ibid. 12.

Quare ex his omnibus colligere possumus, vnde proueniat interitus, qui est a subiecto, & contrario, ab illo ratione priuationis, tendentis ad maleficium: à contrario ratione formæ, & priuationis, quia contrariũ non patitur suum contrarium, sed vnum
Auicenna. *alterum expellit. Vnde non est recipienda sententia Auicennæ, et eorum, qui illius partes substinent, arbitrãtium, interitum a contrario tantum prouenire, quomodo dicunt corpus cœleste non esse ortui interituiq; obnoxium, cum contrario careat, cum nihilominus a materia proueniat, contrariorum susceptiua, in qua forma recipitur, diuisibilis ad materiæ diuisionem, sicut antea extensibilis ad illius extensionem, quod verum non est de formis à materia separatis. Et totum hoc est ratione potentiæ appetitus, priuationis & ex consequenti inclinationis materiæ ad alias formas, quas conspicit agens, illas ex materiæ visceribus extrahen-*
1. de Cœlo 20. *do ad actum. Et vt elicimus ex Aristotele in 1. de Cœlo part. 20. corpus cœleste est ingenerabile, & incorruptibile, quia caret materia, & contrario, ea scilicet materia, quæ est ad formam, & ad alios motus, præter motum localem, qui circulo fertur, quomodo non est omnino immunis a potentia; sed a potẽtia existente in prædicamento substantiæ quantitatis, et qualitatis; sed non vbi.*

Vnde omne illud, quod habet materiam, partem sui, sicuti & potentia, & potest non esse, vt omne tale sit ortui interituique obnoxium. Tum quia omni potentiæ passiuæ, quæ est contradictionis, potentia actiua correspondet, in agente existens a forma, quæ est principium quo, illam ad actum aliquando educentem; nisi velimus dicere, esse frustra, quod non est dicendum: non enim est excogitanda possibilitas ex parte passi, & impossibilitas ex parte agentis, & cum reciprocatione, cum Deus, & natura nihil agant frustra. Scriptum namque
1. De Cœlo. 124. *est ab Auerroe in primo de Cœlo comment. 124. esse impossibile imaginari, aliquid esse possibile in respectu patientis, & impossibile in respectu agentis, quoniam contingeret; vt sit patiens impassibile, idest possibile impossibile. Nam impossibile ex se, est impossibile ad extra. Ergo possibile est possibile ad extra, quo ad omnes causas, ipsum extrahentes, quod est huius naturæ, vt si ponatur in esse, nullum sequitur impossibile. Quas cõditiones cum haberet primus parens ratione materiæ poterat non esse, à qua prouenit possibilitas, & ex consequenti contingentia. Ponatur in esse, nullum sequitur impossibile; materia namq; possibilitas, seu*

potius

potius potentia est passiua, quæ est cōtradictionis, principium intrinsecum interitus. Ergo primus parens aliquando erat interiturus. Natura namq; respicit formam respectu substantiæ compositæ cuius propriè est generatio 7. Metaphys. part 26. est enim generatio opus naturæ, via ad formam, per quam illa substantia est in actu. Id autem absq; causa agente præstari non valet. Agens vult formam; vnde mutuò se aspiciunt materia, & causa agens. forma non potest aspicere causam agentem, neq; materiam, eo aspectu, qui est in actu; siquidem non entis in actu, nullus est aspectus in actu; et quia agens aspiciendo materiam illā noscit inquantum bona, et naturali appetitu materia formam appetit, insurgit duplex appetitus, materiæ ad formam, & agentis ad eandem formam. Agens perpendens morbosas materiæ conditiones, videns, materiam esse formis grauidatam, odio habens illas conditiones, tenentes formas, ne foras erumpant, materiam mouendo, illas conditiones remoueri, cui materia cedit, ad formam habens appetitum; quippe quæ resistentiam habet, ne foras edatur ab illis conditionibus, tandem ex illius sinu educuntur fines operationis causæ agentis boni, ideo appetibilis rationem habentis: vnde respectus est materiæ ad formam, et non formæ ad materiam in actu; quandoquidem nondum actu est, quæ dum est, dicitur illius subiectum, quomodo materia est causa formæ, & forma materiæ, quià subiectum substentat formam, inquantum forma non potest esse sine subiecto: et forma substentat subiectum inquantū est illius complementum, et inquantū subiectum à forma denudari non potest, inquit Auerroes in libro primo de Physico Auditu comm. 70. & 3. Phys. 65. sed ante aduentum formæ illud subiectum scilicet materia prima est vnum per priuationem omnium formarum, quomodo caret forma, ex qua prouenit vnicum nomen, & vnica definitio, vt explicauit Auerroes in primo eiusdem comment 63. in 12. Metaphys. comm. 14. & vbertus in libro de substantia Orbis cap. 1. Complementum autem omnium est substantia composita, quibus in esse constituitur. Sunt etenim illa principia principatum aspicientia; etenim ex principijs omnia fiunt: & rectè quidem: nam omnia ex materia fieri dicuntur, quæ fiunt, quæ inest: Forma autem est causa essendi in actu, et illæ partes appellantur, totum aspiciētes, ex eis vnum resultans. Vnde natura duo primo, et principaliter velle videtur, et esse compositi, & illius operationem qua esse, & formam cognoscimus, à qua est sub-

7. Met. 26.
1. Phys. 70.
3. Phys. 65.
1. eius. 63.
12. Meta. 14.
De sub. Orb. c. 2.

substantia composita, & illius operatio. Et quia operationes absquè forma edi non possunt, vult formam. Forma igitur non est in actu, reducitur ergo de potentia ad actum: requiritur igitur potentia activa. Ergo est aliquid, illam habens in potentia, & est materia, ex qua educitur: vnde sequitur generatio, via ad illam, & substantia ex illis composita. Quare ista ex illis composita est in actu, & in potentia: in actu per formam, & in potentia per materiam: ipsa etenim materia est principium passiuum. Ergo est principium recipiendi. Ergo composita substantia respectu materiæ est in potentia. Sed nunquid adesse? Non, quandoquidem iam est in actu. Ergo ad alterum contradictionis. Ponetur in esse, nullum sequitur impossibile, quia necessariò constituitur appetitus in materia ad nouam formã, ne frustra collocetur materia in substantia composita, quæ ad nouam formam habet appetitum. Et hoc expressit Auerroes in libro primo de Cœlo com. 1. de Cœlo c. 120. *20. dicens, corpus cœleste non esse compositum ex materia, & forma, quemadmodum sunt corpora simplicia: Nam formæ, quæ sunt in materia, contrariæ sunt. Et si esset forma in materia sine contrario, tunc natura ociosè ageret, cum in ista materia non sit aliqua potentia omnino. In materia enim non est potentia, nisi apud separationem eius à forma. Si igitur substantia materiæ est in potentia, & fuerit aliqua materia, cuius potentia nunquam exit ad actum, tunc ista potentia est ociosa, & superflua. Et ista est potentia relata, qua recipitur forma, qua erat priuata materia, et per illius præsentiam illa priuatio ad particularem formam, iam in materia habitam, destruitur. Quæ potentia est in substantia composita respectu materiæ, quam semper potentia sequitur. Ergo primus parens aliquando erat interiturus, cum esset substantia composita, quomodo si inquiratur, cur generentur, & intereant animalia bruta, & homo? respondendum est, quia componuntur ex potentia, & actu materiato.*

Neque dicatur posse incorruptibile conseruari à principio extrinseco; quandoquidem tunc natura possibilis destruitur: siquidem aliquod ens esset possibile, quod nunquam erit. Sequitur enim possibile est esse. Ergo contingit esse, & ad conuertentiam. Ponatur in esse, quod non sequitur impossibile? Nam detur aliquod ens esse possibile ab extrinseco, scilicet esse interitui obnoxium ratione principij extrinseci, vt manifestum est de illis, qui mortem violentam patiuntur, talis interitus est respectu principij intrinseci.

feci. Cuius doctrina ratio esse potest, quoniam cuilibet potentiæ, quæ actiua dicitur, passiua ei correspondere videtur. Ex quibus sequitur apud Philosophos, ista dici ad conuertentiam, scilicet quod est possibile ab intrinseco, est possibile ab extrinseco, & cum reciprocatione. Et quod est impossibile ab intrinseco est impossibile ab extrinseco, & ad conuertentiam. Et totum hoc super definitionem possibilis, & super hanc propositionem, scilicet potentiæ passiuæ potentiam actiuam correspondere, & e contra, habet fundamentum; alioquin dicendum est, aliquid esse possibile, quod non ponitur in esse. Interitus igitur in primo parente ex parte materiæ est excogitandus, & ratione priuationis, & ratione potentiæ, & appetitus naturalis, in materia existentis, & quoniam est contrariorum susceptiua, quæ contraria certant ad inuicem, quomodo violentiam patiuntur, quæ perpetua esse nequit. Et hoc confirmatur ex libro 12. Metaphys. part. 30. vbi dicitur, substantiam sempiternam semper mouere, ita vt non possit non mouere. Si enim posset non mouere; non semper moueret, quæ non est in potentia ad non mouendum; sed diceretur esse in potentia ad mouendum, si cum materia esset coniuncta. Omnis etenim motor, cuius substantiæ admiscetur potentia, & ex consequenti materia, est generabilis, & corruptibilis, cuius potentiæ causa est materia: nam entia æterna actus esse dicuntur. Quomodo confirmatur, primum motorem esse indiuisibilem, & ex consequenti non esse corpus, neque virtutem in corpore. Nam haberet magnitudinem, qua caret, cum sit æternus, quemadmodum manifestum est ex motus æternitate apud Peripateticos. Et æterna entia sunt actus puri, à materia separata; & totum hoc manifestum est in 12. Metaphys part. 30. & 32. vbi confirmatur, actum esse priorem potentia secundum substantiam, & secundum tempus, cum semper præaccipiatur actus, ante alium, qui semper est mouendi principium 9. Metaphys. part. 13. Nam si potentia præcederet actum simpliciter, tunc res sine motore mouerentur 12. eiusdem com 32. Et sempiterna sunt priora substantia, & tempore his, quæ destruuntur. Quomodo nihil, quod potentia est, sempiternum esse dicitur, quia potentia passiua contradictionis dicitur. Vnde quando aliquid actu est, & possibile est, non esse, aliquando non erit: sicuti contingens non esse aliquando destruetur in omnibus motibus, & mutationibus. Excogitentur isti termini, possibile, contingens, impossibile, & necessa-

12. Met. 30.

12. Meta. 30. 32.

9. eius. 13.

12. eius. 32.

ceſſarium, conuertentia inter illos perpendatur. Fortaſſe omnia entia erunt poſſibilia? Sic æterna erunt poſſibilia, & contingentia; quoniam poſſibile, & contingens reciprocantur; cum tamen iſta ſint entia neceſſaria, & impoſſibilia aliter ſe habere, inter quos terminos manifeſta reciprocatio intercipitur. Iſta ſunt impoſſibilia non eſſe; ergo neceſſaria entia dicuntur. Ergo & ſine materia & a potentia omnino ſeiuncta. Et ſi quis dixerit, omnia eſſe poſſibilia, omnia aliquando non eſſe, fateri cogatur. Quomodo actus potẽtiam ſimpliciter non antecedit, ſi omnia aliquando eſſent in potentia. Nam nihil idem ſeipſum generat, extrahendo de potentia ad actum, quod eſt munus agentis in actu; quæ tamen potentia in eodem præcedit, quia eſt in potentia, antequam in vno ad actum reducatur; ſed non ſimpliciter, qua de re vberius diſputatur in 9. Metaphyſ. 13. Qua ratione in 12. eiuſdem
9.Meta.13. 12.eiuſd. 32 *part.32. laudantur antiqui Philoſophi Anaxagoras ſcilicet, Empedocles, Plato, & Leucippus, exiſtimantes actum ſimpliciter potentiam præcedere. Vnde dixit ibidem Ariſtot. potentiam exiſtimare eſſe priorem actu eſt quidem benè; eſt autem vt non benè. Quomodo (inquit) non fuit infinito tempore chaos; aut nox: ſed eadem ſemper, aut periodo, aut aliter, ſi prior eſt actus potentia. Quomodo dicimus ſecundum doctrinam Ariſtotelis, generationem ſemper eſſe idest ab æterno, & illius eſſe cauſam æternam, in qua periodus conſtituitur, & eſt motus cœli, a quo eſt æterna generatio, quomodo motorem æternum conſtituimus, mouentem corpus ſecundum motum æternum. Vnde non poteſt concludi, eſſe chaos neque illam obſcuriſſimam noctem, de qua perſcrutati*
Ibid. 34. *ſunt Antiqui. Et propterea concludit ibidem part. 34. ſtante æternitate corporis cœleſtis, quod circulari motu mouetur, actum potentiam ſimpliciter præcedente; ſed non in vno. Et ſi aliquid eſt in potentia ad non eſſe, quis aliquando non eſſe, ambigere poteſt? Etenim poſſibili, poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile. Aut cauſa agens omnino deſtrueretur aliquando, quod non eſt dicendum; ſiquidem nihil idem ſeipſum producit. Et ſi dicatur, illud ens ab alio fieri. Eſt ne illud poſſibile? Si non. Ergo non eſt dicendum, omne ens eſſe poſſibile. At ſi affirmatur. Ergo ab alio factum eſt, vel a ſe. Non a ſe cum nihil idem ſeipſum efficiat, alioquin idem reſpectu eiuſdem eſſet agens, & patiens, mouens, & motum in actu, & in potentia. Si autem ab alio, tunc inquirendum eſt, vel eſt poſſibile, vel neceſſarium. Non neceſ-*

necessarium per illud, quod supponebatur. Ergo possibile, quod quidem factum est. Et tunc interrogatio in infinitum procederet. Et vnde possibile originem ducit? Re vera à materia, per appetitum, quem retinet. Vnde necessario dicimus ea indigere, quomodo est priuata. Ergo habet potentiam, quæ est contradictionis; quomodo respicit agens, & ipsa ab agente respicitur, formam ex illius visceribus eliciente, quomodo abijcitur potētia; quandoquidem vult actum, & rem esse in actu: sed cum aliam ab illa formam retineat, per quam est in actu, processu temporis inquieta, illum actum abijcit, est in actu ratione alterius formæ, ei cōmunicatæ ab agente; at semper ad alias formas in potentia. Alioquin aut non esset agens, aut non operaretur; vel nunquam finem consequeretur, per quem agit. Et totum hoc euenit ratione mutuæ contrarietatis, mortalis illius quidem inter formā, & priuationem.

Ex quibus omnibus manifesta est veritas iam constituti Enthymematis. Adam primū omnium hominum parens in statu innocentiæ ex materia, & forma erat compositus. Ergo in illo statu immortalitate gaudere non poterat.

Et omnium horum fundamentum esse potest, quia esse, & vnum esse, à materia non prouenit, quandoquidem ipsa continuò fluit, quod & experientia manifestat, & docet Aristoteles in primo de Ortu, & Interitu quomodo mali rationem habere videtur, & à causa mala malum profectò ortum ducit, sicuti à causa bona bonum. Cœteræ autem causæ esse aspiciunt. Forma inquantum causa intrinseca. Separatio animæ à corpore hoc indicat, à qua mors, & quod erat formatum anima, æquiuocè tale dicitur nomen, & definitionem amittens. Quod animaduertens Virgilius in secundo libro Aeneid. Priamum occisum describens inquit. Virgilius 2. Æneid.

Regnatorem Asiæ iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus.

Cæteræ verò causæ extrinsecæ nuncupantur, agens scilicet, & finis, a quo quidem agente mors inferri potest, cum mors & vt naturalis, & vt violenta considerari possit. Manifestum est enim quantas mortis species agens inferre potest, qua anima à corpore separatur. Cur igitur Adam immortalis?

Digressio

Digressio Peripatetica, qua confirmatur, quod est secundum se interitui obnoxium, ab altero illi æternitatẽ præstari non potest. Quomodo confirmatur Adamum semper fuisse mortalem.

ET quoniam iam explicatum est, primum parentem Adamum secundum se interitui esse obnoxium: vnde in Peripateticorum doctrina sequebatur, ab alio æternitatem recipere non posse; quomodo ista propositio sit intelligenda, declarationem expostulat, quæ secundum veritatem in Tertia Parte declarabitur. Nam sermo sequens erit peripateticus, quò Adæ mortalitas confirmetur secundum Philosophorum sententiam.

Algazel. Auicenna. Ioan. Gram. *Illam propositionem negauerunt Algazel, Auicenna, Ioannes Grammaticus, qui existimarunt, corpus cœleste secundum se interitui esse obnoxium; ab alio tamen fieri æternum; quam sententiam omnes imitati sunt, qui partes Platonis tuentur, quæ doctrina à Peripateticis est valde aliena. Nam in primo de* 1. de Cœlo *Cœlo enumeratur quot modis aliquid corruptibile dicitur. Et primo modo aliquid tale dicitur, quod prius est, & posterius non est, aut contingit non esse secundum veram corruptionem, & est quando substantia composita interit. Vel non est vera quando dicimus, motum, & tactum esse desinere, quorum quidem sicuti non est vera generatio, ita neque est verus interitus: siquidem generationes propriè compositorum esse dicuntur. Quapropter metaphoricè dicimus, motum, & tactum generari, & hæc ad interitum necessariò habent potentiam. Vnde aliquando destruentur composita cum componantur ex illis, ex quibus aliquando sequitur interitus; quomodo mixta verè ad interitum tendunt, & tandem intereunt, quippe quæ verè ex subiecto, & contrario componuntur: motus verò, & tactus metaphoricè. Sicuti & illud corruptibile appellatur, quod facilè, benè, & citò corrũpitur. Ex quibus manifestum est, corruptibile esse possibile non esse. Ergo aliquando non erit, cum ea omnia concurrant, quæ faciũt, aliquando non esse. Et quoniam illa substantia seu simplex, quemadmodum sunt quatuor vocata elementa, seu mixta generatur.*

ratur. Ergo transmutatur de non esse ad esse. Et quoniam omnia generabilia prius sub alterationem cadunt, quomodo alterationis motus, transmutationem, quæ in substantia est, præcedit, requiritur, generatum alterationibus esse subiectum, cum in generato insunt ea, quæ passionibus, alterationibusq; sunt subiecta. Ergo necessariò generatum interitui erit subiectū. Nam alteratio contrariorum est, ex quibus constat. Quod igitur ex se interitui erit obnoxium, necessariò interitum sentiet. Nam quomodo ab alio æternum fieri potest, vt non simus coacti dicere, possibilis naturam in necessarium esse conuertendam? inquit Auer. 3. de Anima c. 36. Ergo natura possibilis destruitur. & est illud, quod cum in esse positum fuerit, nullū sequitur impossibile. Possibile namque dicitur, quod potest esse verum; quomodo dicimus, possibile est, Socratem interire quod si ponatur in esse, nullum sequitur impossibile. Quemadmodum necessarium simpliciter est illud, quod impossibile est, aliter se habere; & si aliter dixerimus natura necessarij in naturam possibilis conuerteretur. Corruptio nanq; est transmutatio de esse in non esse: quamuis corruptibile, habens potentiam ad interitum, & omne, quod est in actu, dum est, necessario esse dicitur, vt manifestum est de elementis, & de corporibus mixtis quæ cum sint corruptibilia, illa secundū partes, & ista secundū totū, & sint talia a principio intrinseco, a principio extrinseco æterna reddi non possunt. Et totū hoc secundū induiduū, quandoquidē perpetua generatio esse dicitur sicuti, & globorū cœlestiū motus a principio extrinseco 2. de Ortu, & Interitu part. 56. & 12. Metaphys. 34. Quamuis si causa noua media intercipiatur, illius gratia nouus effectus orītur ab antiquo; cum tamen ab antiquo effectus nouus apud Peripateticos non proueniat immediatè, nisi media causa noua interueniat. Totum hoc verum est secundum naturæ cursum, quoniam interitui subiecta ex subiecto, & contrario sunt composita, distructionis causæ. Tum quia formæ, quæ ex materiæ intimis visceribus eliciuntur ab agente, materiæ conditiones sequuntur, quæ propterea ad interitum subiecti, sunt & ipsæ destruendæ. Habet enim materia, antequam forma extrahatur priuationem adiunctam, quæ dicitur terminus a quo; sed postquam de potentia ad actum fuerit exhausta, per quam materia est in actu fluxus sequitur, & tandem periodus terminatur. Ergo quod est ex se corruptibile, ab alio æternum fieri non potest.

3. De Anima c. 36.

2. de Ortu, et Interitu. 56.
12. Met. 34.

Quis

Quis enim materia desiderio resistere potest? Hoc animaduertēs
8. Phys. 15. *Auerroes in octauo Physicorum com. 15. dixit, ab agente æterno, sicuti a voluntate antiqua non fieri effectum nouum, nisi media causa noua intercipiatur, gratia cuius effectus nouus oriatur. Excogitemus an à voluntate noua possit prouenire effectus antiquus? re vera non potest. Ergo statuit Auerroes a voluntate antiqua nouus effectus prouenire non potest. Ergo possibile ex se*
Destr. destr. disp. 3. in fol. 19. dubij. *ab alio æternum fieri non potest, quod videre est apud Auerroem lib. Destructio destruc. disp. 3. in fol. 19. dubij. Ex quibus colligimus, Adamum à Deo aut non fuisse creatū, aut si illū incorruptibilē creauit, non fuisse corruptibilem. Nam si corruptibile est illud, quod corrumpi potest. Ergo incorruptibile est illud, quod corrumpi non potest. Incorruptibile nam què necessarij rationē habere videatur, quod impossibile est aliter se habere. Cum igitur Adam fuerit corruptibilis, & eo modo fuerit creatus .s. ex materia, & contrarijs. Quomodo erat dicendus immortalis?*

Sed si dixerimus, possibile ex se, ab alio fieri æternum, hoc in accidentibus est intelligendum, non in substantia, cum motus cœli ab alio æternitatem habere videatur. Sed illæ substantiæ, quæ sunt immunes à subiecto, & contrario, ex se esse æternas statuunt Peripatetici. Quamuis omnia entia præter primam causam dicantur esse causata, sicuti & æterna in genere finis,
4. de Cœlo com. 1. *formæ, & efficientis non veri in eorum doctrina, sed secundum similitudinem, iuxta illud libri quarti de Cœlo com. 1. Res æternæ ex causis non habent, nisi formam, & finem, & si habuerint aliquid quasi agens non erit, nisi inquantum est forma illi, & conseruans ipsum. Sed non est permanentia motus: nam motus localis corporis cœlestis ad locum habet potentiam, quomodo habet tantum materiam localem; illius tamen motus æternus conside-*
9. Meta. 17. *ratur, si consideretur vnica circulatio æterno tempore durans, quod animaduertens Aristoteles inquit in 9. Metaphys. part. 17. Non est timendum, cœlum quiescere; sed non sic quo ad determinatas, & particulares circulationes, quomodo in potentia esse statuitur, quæ generabiles, & corruptibiles appellari possunt. Quæ æternitas est à motore a materia separato, & ex consequēti a potentia auulso, & essentialiter, & accidentaliter, cum non sit corpus, neque virtus in corpore, semper mouens, qui neque essentialiter, neq; accidentaliter mouentur. Sed in corpore cœlesti ratione particularis motus quo ad nos particularis potentia est consideranda,*

considerandа, ratione terminorum, & essentiæ motus qui est actus illius, quod moueri potest, quatenus eam vim habet, vt moueri possit. Est enim cœleste corpus in potentia ad determinatum locum. Omne siquidem in potentia existens per tempus de potentia ad actum extrahitur, ne contingat concedere, potentiam esse ociosam, & assignandum esse agens, nunquam de potentia ad actum extrahens. Quod eò magis de motu est concedendum, qui fit in tempore; & tunc esse dicimus, quando fit; quo modo in potentia ad quietem esse dicitur, inquantum scilicet determinatum motum perpendimus quo ad nos. Ex quibus colligere licet, concedendam esse Peripateticorum doctrinam, & præsertim nunquam satis laudati Commentatoris Auerrois, in corpore cœlesti nullam aliam esse potentiam excogitandam præter illam potentiam, quæ est ad quietem, minimè verò ad alias, cum subiecto, & contrario careat. Vel in quantum corpus, non autem in quantum cœlum, quomodo consideratur cum intelligentia, quæ otiosa esse non potest, quod animaduertit Auerroes in septimo de Physico Auditu comment. 2. & 12. Metaphys. comment. 41. & Aristoteles ibidem part. 30. Dicerent igitur Peripatetici, corpus cœleste non fieri æternum ab alio secundum substantiam; sed quo ad motum, qui est à principio extrinseco, cuius circulatio est perpetua, & vna secundum se, sed non quo ad nos. Hæc est doctrina Auerrois in libro Destructio destructionũ disputatione quarta in solutione penultimi dubij, dicentis, motum corporis cœlestis esse vnum numero æternum. Et causa, quare sunt hic corpora generabilia, & corruptibilia secundum partem, æterna verò secundum totum, est, quoniam est hic ens æternum secundum partem, & secundum totum, & est corpus cœleste. Et motus infiniti sunt æterni genere propter vnum motum continuum, & est motus corporis cœlestis. Et non est motus cœli compositus ex multis reuolutionibus. nisi in intellectu tantum: & motus corporis cœlestis acquisiuit æternitatem, licet fuerit generabilis, & corruptibilis secundum partes ex motore, in quo non est possibile, vt aliquando moueat, aliquando non moueat; & ex moto, in quo impossibile est, vt moueatur aliquando, & quiescat aliquando, ex eo quod mouetur, vt reperitur in motis, quæ sunt hic. Siquidem hodierna circulatio nunquam fuit; quomodo cœleste corpus ratione huius particularis motus contrarium habere dicitur, & est quies, quod idem secun-

7. Phys. 2. 12. Met. 41. Ibidem. 30.

Destr. destr. dis. 4. in sol. penul. dubij.

dum substantiam manet. Est enim successio in motu. Quare & est interitus partialis in cœlo, quia & terminus a quo, & ad quem. Vnde ab alio fit æternus. Vel est æternus, quoniam est in subiecto æterno secundum totum. Non sic accidentia in subiecto generabili, & corruptibili; cum ad subiecti generationem, & interium generentur, & intereant; quandoquidem materiam aut formam sequuntur: Vnde optimè dicit Auerroes
8. Phy. 15. *in octauo de Physico Auditu comment. 15 corpus cœleste esse medium inter ens æternum, & generabile, & corruptibile; ita vt quodammodo sit æternum, & alio modo generabile, & nouum. Est enim corpus, quod mouetur circulariter, generabile, & corruptibile quantum ad vbi; manens verò quantum ad substantiam. Ex quibus manifestum est, ei nouitates aduenire secundum locum, & ex consequenti secundum motum. Sed non sic nouitates adueniunt antiquo incorporeo. Et propterea dicendum est. nouum ab antiquo non procedere absolutè; sed ab antiquo in substantia, quod est nouum in suis motibus; sicuti antiquus est motus cœli in specie, & nouus in partibus. Quomodo dicimus motum cœli secundum se cosideratum esse vitam omnium eorum, quæ natura consistunt. Quemadmodum generatio, quæ ab æterno est, & in tempore. Ratione etiam particularis motus infinitæ ab eo procedunt nouitates, & sunt in corporibus inferioribus ratione materiæ ex qua quidem diuersitates formarum eliciuntur. Solis accessus, & recessus indicant; sed quia interitus est a contrarijs nunquid contrarium contrario in infinitum resistere potest? Vtique pugna inter contraria. Ergo aliquando sequitur victoria. Si quis enim dixerit, resistentiam esse infinitam; quis non videt, illud, quod est in materia esse infiniti vigoris, quod affirmare non solum est falsum; verum etiam absurdum. Vnde ex se corruptibile, aliquando destruetur. Quomodo ergo immortalis in illo statu erat dicendus Adam?*

Con-

Confirmatur ex sententia Philosophorum, primum parentem in eo statu fuisse interiturum, quia erat eiusdem naturæ cum cæteris animalibus.

EX his, quæ hactenus explicata sunt, colligere licebat, primum nostrum parentem Adamum in statu innocentiæ esse morti subditum, quod quidem est confirmãdum. Nam ex his omnibus colligere licet, esse cum cæteris hominibus eiusdem naturæ, quemadmodum et animalia, quæ ex semine generãtur, ad illorum differentiam, quę ex putri materia oriuntur, quæ secundum veros Peripateticos eiusdem naturæ esse non videntur; cum nihilominus omnium & hominum, & iumentorum idem interitus esse dicatur, & æqua est vtriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur, similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Et omnia pergunt ad vnum locum; de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. scripsit Sapiens in libro Ecclesiastes cap. 3. Cuius rei signum esse potest, generatio scilicet. Dixit namque Deus primis parentibus. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Generatio autem ex semine est à simili in specie. Vnde ideæ, à Platone excogitatæ, exclusæ sunt ab Aristotele, existimante ad generationem esse adeò necessarias, vt sine ipsis generatio è medio esset tollenda. Cum illud opus à natura statutum sit, quod est ad eam naturam, quæ dicitur forma, qua vnica species, & vnica omniũ definitio constituitur, vniuoca illa quidem: Est enim generatio hominis, quæ fit medio instrumento seminis vniuoca ratione vniuocè agentis, quæ si fiat ab instrumento tantum carente forma, et qualitatibus, in passo existentibus, non præstatur. Nam & quæ nigredo specifica in virga, & in carne pueri, in qua per illam in carne illius, idest in illius manu nigredo contracta est? Quæ instrumenta non mouent, nisi à primo mouente primò, & immediate mouente, efficaciam instrumento præstante, moueantur. Quod etiam manifestum est de motu, & lumine cœli, quibus cœleste corpus vtitur in generatione caliditatis in mundo inferiori, quæ instrumenta, & ignem generant. Et artifices artificiosum corpus formant, ea for-

Eccles. 3.

Gen. 1.

ma, in eorum anima existente, & non secundum instrumenti formam; quamuis quo ad instrumenti formam corpus efformare possint. Veritatem etiam habet de agente propinquo, non remoto sicuti est causa vniuersalis, quæ causa æquiuoca appellatur; quomodo dicimus, Solem, & hominem generare hominem. Nam respectu causæ particularis interuenit similitudo inter causam generantem, & effectum genitum, quomodo & in nomine, & in definitione conueniunt; sed non inter hominem genitum, & Solem. Ea etenim vnum specie esse dicuntur, quorum vnica ratio esse dicitur 5. Metaphys. part. 12 & similia sunt illa, quorum qualitas est vna. Item illa propositio vera redditur in agente essentialiter, non accidentaliter, quas conditiones explicat Auerroes in 12. Metaphys. comment. 24. & secundo de Cœlo 42. Sed Adam, & sui posteri in forma conueniunt. Et causa conuenientiæ in multitudine numerali est forma, ex libro Destruct. destr. disput. 1. in solut. 7. dubij, & 8. de Physico Auditu comment. 46. scriptum est, ad diuersitatem materiæ formam reddi diuersam, quod si quis negauerit, in mundo inferiori non inuenirentur materiæ propriæ, neque formæ propriæ, & quodlibet generaretur à quolibet, & materiæ essent ociosæ, & superfluæ Membra etenim cerui non differunt a membris leonis, nisi quia anima cerui differt ab anima leonis, primo de Anima comment. 53. & secundo eiusdem 60. inquit Auerroes, melius esse existimare, causam quo ad materiæ diuersitatem in formarum diuersitatem esse referendam, quàm è contra: quamuis sit vna materia communis; sed quatuor, inquantum sunt quatuor elementa, quorum diuersitas à formarum diuersitate originem ducit, quarto de Cœlo 37. & 8. Metaphys. 11. signum esse potest istorum proprietatum diuersitas, à formis emanantium. Et licèt hoc in materialibus veritatem habeat, vt qualibet forma habeat materiã propriã; tamen nõ ita dicendum est in artefactis, in quibus contingit, in vna materia fieri diuersa; & diuersas formas recipere, ex agentium, & instrumentorum diuersitate, quod & experientia manifestat, & expressit Aristoteles in libro 8. Metaphys. ibidem. Sunt enim illæ formæ in mente artificis, libero voluntatis arbitrio operantis secundum exemplar in illius mente existens. Vnde quamcunq; formam voluerit introducit. Sed non sic agens naturaliter operans: nã si secundum naturalem ordinẽ operetur vnica materia vni effectui proportionatur, ex qua vnica

[Margin notes: 5. Meta. 12. — 12. eius. 24. — 2. de Cœlo com. 42. — Destr. destr. disp. 1. in sol. 7. dub ij. — 8. Phys. 46. — 1. de Ani. 53. — 2. eius. 60. — 4. de Cœlo. 37. — 8. Meta. 11. — Ibid. 8.]

ca forma ab agente elicitur, dummodo debitæ, proportionatæq; dispositiones ex illius parte requirantur. Et totum hoc dispositio ceræ manifestat, in qua reperitur mollities ad recipiendas omnium sigillorum impressiones; & ea, quæ per instrumentum serræ præstantur, quæ ad exitum per actiones cæterorum instrumentorum duci non possunt: hæc enim est dentata ad secandum apta; sed non sic cætera instrumenta. Et in naturalibus sunt diuersa agentia, diuersas materias mouentes, & præparantes, ex quibus formarum diuersitates a diuersis agentibus extrahuntur. Quare & diuersa indiuidua diuersarum specierum. Vltima namq; differentia, quæ est forma substantialis, est illa, quæ facit aliud, inquit Porphyrius in capite de differentia, sunt etenim formæ sicut numeri 8. Metaphys. part. 10 quomodo diuersæ definitiones oriuntur, existentium diuersarum specierum. Porphy. cap. de differẽtia. 8. Meta. 10.

Sed omnes posteri Adæ vnius rationis, vniusq; naturæ esse dicuntur cum ipso, qui est omnium hominum parens est enim omnium vnica definitio, vnicam indicans naturam, quemadmodum definitio est vnum quid. Differentia etenim cum sit forma nihil aliud agit respectu generis, quàm reddere certum genus, antea dicens eandem naturam; sed modo confuso, vt ex eis vnum fiat, idest vnicus sermo; & in naturalibus vnicum compositum respectu potentiæ, & actus, materiæ, & formæ, generis, & differentiæ; ita vt posteri cum primo omnium hominum parente omnes in materia conueniant, & sunt quatuor elementa, partes homogeneæ, & etherogeneæ, ex quibus mixtum resultat. Vnde ex eisdem principijs & ipsè, & posteri constare dicuntur. Et ab eisdem causis, idem sequitur effectus; quemadmodum existentibus diuersis principijs; iure optimo inter principiata diuersitas est statuenda. Principia namq; diuersantur, quia principia æterna sunt æternorum sensibilium sensibilia, & corruptibilium corruptibilia, vt dicebatur ex sententia Auerrois de principijs propinquis in libro tertio de Cœlo comment. 61. Et quamuis in secundo de Ortu, & Interitu partic. 51. scriptum sit, principia esse numero æqualia, & genere eadem in sempiternis, & primis. Hæc doctrina quo ad vniuocationem non est intelligenda; sed secundũ prius, et posterius, quod ibidem testatur Auerroes, & in lib de substãtia Orbis cap. 1. qua prioritate, et posterioritate analogia in esse cõstituitur. Et totum hoc manifestũ est ex doctrina Aristotelis in lib. 12. Metaphys. part. 22. de principijs decem prædicamentorum, 3 de Cœlo com. 61. 2. de Ortu, et Interitu. 51. Ibidem. De subst. orbis cap. 1. 12. Met. 22.

quæ non sunt conuenientia secundum vniuocationem, sed secundum analogiam; quomodo dicimus, formas simplicium esse alias à formis compositorum: quomodo principia propinqua in omnibus substantijs non sunt eadem, & eorum materiæ propinquæ sunt aliæ ab istorum materijs: quæ tamen eadem sunt proportionaliter. Et intelligimus, principia propinqua decem prædicamentorum sunt eadem: in remotis verò possibile est, vt principia substantiæ sint omnium principia. Non enim inter æternum. et corruptibile vniuocatio interuenire potest, 10. Metaphys. part. 26. (10. Met. 26.) *Quæ nam etenim attributio inter vniuocata interuenire potest? Nam ista prioritate naturæ carent, in quibus causalitas non intercipitur. sed omnia vniuocata sunt secundum vnum ordinem, quæ quidem conditiones in analogatis esse videntur, 4. Metaphys. & 12. eiusdem vtrobiq. part. 2. & vberius Auerroes in libro Destructio destruct. Disputatione septima in solutione vltimi dubij.* (4. Meta. 2. 12. e ul. 2. Destr. destr. disp. 7. in sol. vlt. dubij.) *Cur igitur immortalis erat dicendus primus parens, habens principia vniuoce cum suis posteris, quorum quidem principia propinqua erant ortui, interituiq; obnoxia, quippe quæ illa non erant eadem analogicè, sed vniuocè. Non enim interuenit analogia inter corporeitatem primi parentis, & corporeitatem aliorum ab illo descendentium; quippe cum, & in nomine hominis, & in definitione conueniunt, & talia sunt vniuocata, vt patet in libro Prædicamentorum cap. 1.* (Lib. Prædic. 1.) *Vniuocationes enim, sicuti, & æquiuocationes sunt a forma, secundo de Anima part. 8. & 9.* (2. de Ani. c. 8 & 9.)

Totum hoc confirmari potest, quia actiones propriæ sunt ab essentia propria, et est forma, vt manifestum est de moueri deorsum in lapide, & de propensione ad risum in homine; quo pacto si entia careant propria actione, & proprijs essentijs carebunt; ita vt non diuersentur actiones propriæ, nisi per essentias proprias, à quibus pullulant, atque emanant. Signum, quoniam per illas formæ cognoscuntur, & est doctrina Auerrois in libro nono Metaphys. comm. 7. 1. de Cœlo comm. 20. quæ exhausta est ab Aristotele in 1. Posteriorum part. 9. & 1. de Cœlo (9. Meta. 7. 1. De Cœlo 20. 1. Poster. 9. 1. de Cœlo com. 8.) *Cum igitur non sint in essentia diuersi, diuersæ proprietates esse non possunt. Et licèt diuersæ ex diuersis naturæ conditionibus, non diuersæ ex vnica illius essentia, quæ in illis non recipit diuersitatem; sed est omnium vna. Nam ab ista prouenit interitus, sicut ab acumine gladij prouenit scindere dura, inquit Auerroes in primo de* (1. de Cœlo. 20.)

Cœlo

Cælo comm. 20. Et quia materia habet adiunctam potentiam, quæ est ad esse, & non esse, ita vt sit contradictionis. Siquis dixerit, illam potentiam esse sine generatione, & interitu, contingat, aliquod ens esse sine actione, per quam fuit ens, quod est impossibile, dicit ibidem Auerroes fuit igitur Adam in illo primo statu mortalis, cum esset compositus ex materia, & forma sicuti cæteri sui posteri, & sicuti cætera composita ex materia, & forma, vt animalia omnia ad terram reuertantur, de qua facta sunt, sicuti & Adam. Ibid.

Totum, quod confirmabatur de mortalitate Adæ secundum Philosophos, confirmatur ex facultate Medica, cum Philosophia consentiente, ex quo discursu Adæ mortalitas perpenditur, ex quibus multa argumenta, eius mortalitatem confirmantia, elici possunt.

ET totum hoc de primo parente confirmari potest ex facultate Medica, cum Philosophia conueniente, si inspiciamus librum Hippocratis de Natura Humana, asserentis, illos non esse audiendos, qui homines vnum ex quatuor elementis esse, existimarunt. Omnia namq; elementa aliquem philosophum iudicem acceperunt præter terram, 1. de Anima part. 32. Terram etenim omnia elementa in crassitie excedit, quæ rectè quidem omnium fex appellanda videtur. Et quamuis Hesiodus solam terram esse principium arbitratus est, iste inter Poetas est numerandus; metricò namque Philosophiam scripsit, qui leges est imitatus, quam cum alijs elementis Empedocles esse principium, arbitratus est, rationem materiæ, gerentibus; sed nullum ex Philosophis terram esse principium ab alijs separatum dixit. Thales, qui primus de talibus rebus perscrutatus est, ex aquis omnia constare iudicauit, qui & terram super aquam esse statuebat. Et eò maximè cum videret, humidum cunctorum esse nutrimentum, & calidum ex hoc esse factum. Neque ab re, quia ex his res nutriri dicitur, ex quibus constat. Quod et caloris conseruatio attestatur, qui per humidum conseruatur. Vnde animalia humido viuunt. Et cum omnia ex humido fieri dicantur, humidum, & ex consequenti aquam omnium

Hippocr. De Natu. Humana.

1. de Ani. 10.

Hesiodus.

Empedocl.

nium esse principium, ratus est. Vel fortè in hanc opinionem incidit iste Philosophus, quia cunctorum spermata, ad generationem concurrentia naturam humidam habere videntur. Ergo aqua apud ipsum omnium, quæ fiunt, erat principium. Iste aquarum nobilitatem ex hoc confirmabat; quoniam dij per aquam Stygen iurabant, & iuramentum per rem honorabilem, & antiquam præstatur, vt scriptum est in 1. Metaphys. Anaximenes, & Diogenes aerem esse dixerunt. Hippasus Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem. Et quoniam Medici quatuor elementis quatuor humores respondere existimant. Ex istis fuerunt quidam, qui hominem esse sanguinem: alij bilem, nonnulli pituitam, arbitrati sunt, vt nobis manifestat Hippocrates in libro primo de Natura Humana part. 3 Quorum quidem & Medicorum, & Philosophoorum sententiæ a veritate omnino alienæ esse videtur. De Philosophis in eodem libro de Natura Humana particula prima scriptum est, non esse dicendum, hominem esse vnum ex quatuor elementis Eos (inquit) qui hæc dicere voluerint, omitto. Sed si homo esset vnum, quomodo doloris esset particeps? Nihil profectò esset, quod doleret, si vnicum esset; qui tamen dolorem substinet, quoniam sensu præditus est: quomodo etiam voluptatem sensibilem percipit, quæ est conuenientia obiecti ad potentiam, illam sensus apprehendentes; siquidem voluptates apprehensionem sequũtur, quemadmodum vmbra sequitur corpus, inquit Auerroes in 12. Metaphys. comm. 39 Iucundorum etenim cupiditatem esse patet. Dolor igitur ex disconuenientia oritur, quomodo opponuntur inter se. Ex vehementi namq; sensibili, sensus destruitur; sed ex proportionato sensibili, sensus maiores perfectiones assumit 3. de Anima part. 7. Non enim voluptas, neq; dolores sensibiles absque mutationibus corporis causari possunt. Vnde si ex suo naturali statu remoueatur corpus, aut corporis partes dolores persentiuntur: quando verò ad naturalem statum redeunt, voluptates percipiuntur, sicut videre est apud Platonem in Timæo. Ex quibus patet, dolorem in tristi, grauiq; sensuum mutatione consistere; quemadmodum voluptas in blanda, iucundaq; eorundem mutatione a re conuenienti; ita vt excessus non fiat in qualitatibus, sensum mutantibus, quidem virtutibus passiuis esse dicuntur. Est enim sensus virtus organica. Totum hoc debita Symetria manifestat: siquidem nisi debita proportio interueniat inter symphoniam, & auditum, contristatur sensus, verumq;

1. Meta. Anaximenes Diogenes Hippasus Metapontinus Heraclitus Ephesius. Hipp. de Natur. Hum. 3. Ib. c. 1. 12. Meta. 39. 3. de Ani. 7. Plato in Timæo.

rumque redditur illud tritum prouerbium; asinus ad lyram.

Et sequens Hippocrates ibidem inquit. Vel si dolorem persentiat, necesse est, vnicum esse remedium: siquidem contrarius excessus per contrarium excessum est corrigendus. In quo enim multa non sunt, neque multiplex curandi ratio esse potest. Sed re vera in corporibus mixtis, anima praeditis, multa sunt, quae vbi a se mutuo praeter naturam calefiant, refrigerenturve, siccentur, & humectentur, morbos gignunt, diuersi pro humorum, qualitatum, & partium affectarum diuersitate. Ex quibus & curationes multiplicantur; & hoc fundamentum habet in illud axioma medicum contrariorum contraria sunt remedia, sicut hydrops, et febris testantur, in quibus dominium habent contrariae qualitates, vt manifestat experientia, & elicitur ex Galeno 1. Aphorismorum com. 16. quod etiam colligitur ex morbis, qui fiũt ex nimia repletione, et nimia euacuatione, quod animaduertens Hippocrates in 2. Aphoris. 22. inquit. Quicunq; morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio, & quicunq; ex euacuatione repletio & aliorum contrarietas, quae mutuo se expellit, quando excessus est in qualitate contrarii superante resistere nũ valente.

Hip. 1. de Natur. Hum. in Prin.

Gal. 1. Apho. cap. 16.

2. Apho. 22.

Et reuera dicentes, hominem esse vnum ex quatuor elementis tantum, aut vnum ex quatuor humoribus, & totam Philosophiã Naturalem, et totã Medicam facultatẽ destruere videtur. Prima namq; pro cõperto habet, esse corpora mixta animata, ex quatuor elementis composita, quae dum resoluuntur, in ea resolui affirmat, ex quibus componuntur. Medicam facultatem, & cum illa experientiam destruunt; quandoquidem Medicina est adiectio, et ablatio. Adiectio deficientis, et ablatio exuperãtis, vt confirmauit Hippocrates in lib. de Flatibus. Quãtitas etenim humorũ in illa facultate consideratur, et euacuatione indiget; et multoties qualitatum excessus; & malitia multoties toto genere praeter naturam. Ista ad benignum statum; si fieri potest, reducenda est. Qualitatis excessus est reducendus, qui si cum humore est coniunctus, ad humorem peccantem ratio habenda est per euacuationem, iuxta illud primi Aphorismorum 2. In perturbationibus ventris, & vomitibus pontinis si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt aegrotantes. Purgatio enim nihil aliud est, quam humorum sua qualitate molestantium euacuatio, vt ibidem dicit Galenus. Vnde scriptũ reliquit Hippocrates in primo Aporis. 23. deiectiones non multitudine sunt aestimandae; sed si talia deyciantur,

Hipp in lib. de Flatibus.

1 Aphor. c. 2

1. Aphor. 23.

tur, qualia conueniant, & ægri facilè ferant. De quantitate, indicium est pletoria, & quo ad vires, & quo ad vasa, & ex consequenti Athletæ, qui ad summum bonitatis peruenerunt, quorum imminens est periculum, ne vasa disrumpantur; aut ne calor naturalis suffocetur: quomodo ille bonus habitus est soluendus, vt corpus rursus nutriri incipiat. Vnde ille habitus simpliciter bonus non est dicendus, sed secundum quid: & hoc ratione imminentis periculi. Pletoria namq; illa existente, natura à sua operatione quiescit, esse desinunt naturales operationes, transpiratio prohibetur, & natura torpescit. Vnde aut vasa dirumpuntur, aut calor naturalis à multitudine suffocatur. Et hanc veritatem confirmat Cornelius Celsus in libro secundo cap. 2. dicens. Si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est, suspecta sua bona habere debet. In eodem namq; habitu subsistere non potest, neque vltra progredi; ideo ferè retro quasi ruina quadam resoluitur. Malitiam in qualitate venenositas attestatur, quæ est toto genere præter naturam, aut saltim esse potest, vt si supponamus, materiam esse tantæ malitiei, vt malitia addi non possit. Ab omnibus istis tribus casibus interitus sequi potest. Cur igitur immortalis primus parens? Reuera illius corpus erat mixtum animatum, ex conuenientia iam explicata. Ergo ex disconuenientia dolor, & tandem interitus; quia non tantũ vnum ex quatuor humoribus neque ex quatuor elementis; sed ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus erat compositus. Contrarietas ergo. Quis enim non videt, elementa habere contrarias qualitates, ex quibus corpus mixtum componitur? Et cur à multitudine non poterat suffocari? Cur non venarum ruptio? Nonne poterat interitus prouenire ratione pletoriæ, & quo ad vires, & quo ad vasa? Et cur non interitus à venenositate, humores toto genere præter naturam reddentes? Ex istis necessariò sequitur interitus. Ergo cum corpus mixtum animatum dolorem persentiat. Non erit tantum vnicum elementum, neque vnicus humor. Ergo ex pluribus componitur contrarijs qualitatibus præditis. Quomodo igitur primi parentis immortalitatem excogitare possumus? Ergo interitui erat subiectus in statu innocentiæ. Quid enim prohibet, id, quod est secundum naturam præter naturam aliquando dici non posse? Sunt etenim qualitates in mixtis animatis, quæ cum sint secundum debitam symetriam, ad dissonantiam verti possunt; quomodo fit recessus ab ordine,

Corn. Celsus 2. cap. 2.

dine, quia sanitas consistit in illo ordine, qui si destruatur per elementorum superabundantiam, necessariò sequitur interitus.

Confirmatur mortalitas Adami ex eo, quod non est vnicum elementum, neque vnicus humor, sed quoniam ex quatuor elementis erat compositus.

DIcebatur ex sententia Hippocratis, hominem non esse vnum ex quatuor elementis, neque vnũ ex quatuor humoribus; siquidem aut non persentiret dolorem, aut vnicum esset remediũ; verum, quoniam dolorem percipit, & plura remedia parentur, dolorem sedantia, & auferentia, cum dolor maioris, vel minoris efficaciæ esse possit, maiorem, vel minorem inferens molestiam. Sequitur ex quatuor elementis esse compositum, & ex quatuor humoribus, quatuor primas retinentibus qualitates. Ex quibus in cognitionem deuenire licet, Adamum, primum omnium hominum parentem fuisse mortis subiectum. Dolorem a duabus causis originem ducere, & à solutione continui, & à mala intemperie, Medici fatentur, quas causas assignare videtur Aristoteles in libro 3. de Anima par. 67. 3. De Anima c. 67. *dicens, tangibilium exuperantia calidorum, frigidorum & durorum corrumpit animal. Sed horum, nisi sit vehemens excessus, esse non potest alteratio; sed inquantum illa recipiunt magis, & minus. Et recta ratione Philosophus causam refert in illas qualitates, quoniam actiuæ dicuntur, à quibus, si gradum intensionem excedant, vehementissimi dolores excitantur, consistentes in tristi, grauiq; sensuum mutatione à tangibilibus qualitatibus, tactus disconuenientibus, violentiam inferentibus confestim facta, & ex consequenti in alteratione consistente. Alteratio etenim, quæ paulatim fit animal afficere non potest, quam veritatem expressit diuinus Plato in Timæo, dicens. Corpora non* Plato in Timæo. *solum dum aceruatim ad non naturalem habitum ducuntur, sed etiam dum ad naturalem molestam habere mutationem, nisi id paulatim fiat, dolore affici. Et in Philebo ait, magnas mutationes dolores in nobis generare, qui, dum fit ista mutatio, generantur, iuxta illud Hippocratis 2. Aphoris. 47. Dum pus conficitur,* Idẽ in Phileb. 2. Aphor. 47.

tur, dolores, ac febres excitantur magis, quam iam confecto. Quomodo alteratur corpus ea alteratione, quae non est secundum naturam non existente quo ad sensum, nisi percipiatur. Est enim dolor illius alterationis dignatio, iuxta illud Hippocratis in libro secundo Aphorismorum 6. Quicunque dolentes aliqua parte corporis, omnino dolorem non sentiunt, ijs mens aegrotat. Qualitates etenim conuenientes, & dissonantes attestantur, illae dum percipitur voluptas, vt manifestum est in omnibus sensibus, qui per receptionem proportionati sensibilis maiores perfectiones assumunt, quod & intellectui humano contingere videtur in cognitione diuinorum, quibus omnium maximè oblectatur, quod quidem, & experientia notum redditur, & docet Aristoteles in libro primo de Partibus Animalium cap. 5. In istis namq; à naturali statu non fit perturbatio; cum passio illa maiores perfectiones inducat; sed dissonantium, disconuenientiumq; est passio, quibus molestia infertur; quomodo recipiens violentiam patitur, vt tandem vehemens sensibile, sensum destruat; Quomodo igitur Adam ex quatuor elementis compositus, & ex quatuor humoribus quatuor illis primis corporibus proportione respondentibus, illas easdem qualitates, & non vnum corpus ex istis, immortalis excogitari potest? Videmus in magno mundo, quae, & quantae alterationes a diuersis qualitatibus oriuntur, quae re vera maiores existunt in mixto corpore, quod tandem ratione pugnae ad interitum ducitur; at non ille. Duae qualitates potissimum molestiam inferunt, sicuti dolores attestantur, & ex consequenti sensus, & sunt immoderata caliditas, & frigiditas gradus excedentes ex quibus potissimum dolores fiunt; & rectè quidem: nam istae qualitates potissimum actiuae nuncupantur, caeterae verò passiuae, 4. Meteororum cap 1. Vnde à siccitate moderati dolores causantur: ab humiditate verò nullus, nisi illa qualitas cum alijs sit adiuncta, qua quidem & pletoria causari potest: vnde distensio, & dolor; sicuti & cacochimia; sed ex se considerata, de repente non fit. Et humiditas neque erodendi, neque contundendi vim habere videtur, quemadmodum vim habent caeterae qualitates, de quibus verba facit Galenus in libro secundo de Medicamentis secundum locos cap. 1. Et in mixto fit mutatio de calido in frigidum, & de frigido in calidum; de humido in siccum, & de sicco in humidum, quomodo sensus mutationibus, & alterationibus subijciuntur, & sunt inter contraria, quae in humori-

bus

2. Aphor. 6.

1. De partib. Animal. 5.

4. Meteor. 1.

2. Catet. 1.

bus, & quatuor elementis subiectantur, quæ cum mutuo se calefiant, refrigerentur, siccentur, & humectentur morbos gignũt, diuersos illos quidem pro qualitatum diuersitate, quæ prædominium habere videntur. Quod diuersæ curationes manifestant: vnde generantur diuersæ alterationes, ad interitum præuiæ dispositiones. Quare non est vnicus tantum humor, neque vnicum tantum elementum, cum generatio ex vno esse non possit; sed ex illis esse dicitur, quemadmodum interitus ad illa dicunt esse Philosophi iuxta illud. Omne quod resoluitur, in ea ex quibus componitur resoluitur.

Et confirmatur, eorum opinionem à veritate esse omnino alienam, affirmãtium, vnicum esse tantum elementum, vnicumq; humorem. Nam mixtio è medio esset auferenda, quæ est miscibilium alteratorũ vnio 1.de Ortu, & Interitu particula vltima. Componitur oximel ex aceto, & melle ex quibus illius forma resultat, quod non est simpliciter mel, neque acetum. Tunc enim est vera mixtio, quando ad inuicem mixta alterantur, donec ex illis forma media resultet: nam cæteræ mixtiones sunt apud sensum, vt declaratur in libro primo de Ortu, & interitu part. 86. & 89 & apud Auerroem in 1. Metaphys. com. 16. Quare, & generatio destrueretur; siquidẽ symetria quatuor qualitatum, quæ cũ sint accidentia, in alio subiectantur; siquidem accidentis esse est in esse, requiritur, vt generetur aliquid, quod generari non potest ex solo masculo, & ex sola fœmina, nisi misceãtur; quomodo calidũ cũ frigido, & humidũ cum sicco mutuo se habere dicendũ est. Et si alterum altero admodũ præualeat, nihil profectò generatur, quod sterilitas manifestat, ac qua locutus est Aristoteles in secũdo de Generat. Animaliũ cap. 6. Hoc etiam testatur Hippocrates 5. Aphoris. 62. dicens. Quæcunq; frigidos, & spissos vteros habent, nõ cõcipiũt: sicuti habẽtes vteros prehumidos: extinguitur enim in eis genitura; & quæcũq; siccos magis, & adurentes: nã ex defectu alimenti corrũpitur semen: quæcunq; vero ex vtrisq; mediocrẽ habẽt tẽperaturã, eæ fœcũdæ. Et totũ hoc recta ratione dici uidetur: quandoquidẽ ad effectus naturales concurrunt tanquã causæ instrumẽtariæ, quemadmodũ causæ instrumẽtariæ ad conficiẽdũ corpus artificiosũ concurrũt. Quomodo igitur vnicus humor, & vnicũ elementũ? Et si vnicũ, in quibus actio? Si ignis Non ne omnia essent ignea? Nam si dixerimus, omnia ignea, materia requiritur, & ex consequenti id, in quod agit. Nihil enim

1.de Ortu, et Inter. vlt.

1. De Ortu, et Int. 86. 89.

1. Metaf. 16.

2. de Gen. Animaliũ 6.

5. Apho. 62.

idem

idem in seipsum agit, sed calidum in frigidũ, et frigidum in calidum, quomodo sequitur reactio? Et ignitum est quid participatũ. Non igitur homo ignis tantum, cum sit ex aliquo. Ergo non est vnicum principium; sed supponenda est materia contrariorum susceptiua. Prima namq; est incorruptibilis; sed contrarietates a se mutuo corruptibiles, vnde corporis mixti interitus euenit, quod in eis ex quibus constabat, dissoluitur, quomodo ægritudines generantur, & præcipuè febres, præviæ dispositiones ad inimicam mortem. Perpendamus, in quibus febris accendatur. & sunt continentia, contenta, & impetum facientia, & præsertim in quatuor humoribus: diuersam victus rationẽ in diuersis temporibus descriptam in primo Aphorismorum, & in diuersis morbis in quibus diuersi humores prædominium habent complexionum diuersitates, hominem de mala ad bonam valetudinem redire, qualitatum contrariarum symetriam. Quomodo vnicum tantum elementum, & vnicus humor? Neque in humoribus semper eadem qualitas viget, quo ad gradus, neque quo ad secundas qualitates a primis prouenientes. Signum, quia multoties lætissima sanitate fruuntur homines, multoties ab illa deuiant, & si in latitudine sanitatis permaneant: quoniam naturarum hæ quidem ad hiemem, hæ verò ad æstatem benè vel malè se habent,
3.Anor.2. *3. Aphoris. 2. Tum quia semper idem morbus non eodem modo procedit: alij longitudine, & breuitate diuersi redduntur, quorum alij sunt salubres; alij verò hominem vsque ad mortem comitantur, qua de re loquitur Hippocrates in libro primo Apho-*
1.Aphor.12. *ris. 12 Accessiones, & constitutiones morbi iudicabunt, anni tempora, & circuitum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Sed & ex his, quæ mox apparent iudicia sumuntur: quemadmodum in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat; si verò postea producit, sicuti alia multa signa sunt, quæ indicant breues, vel longos futuros esse morbos. Nunquid igitur vnicus humor in homine, vel vnicum elementum? An non potius ab humoribus crassis longæ ægritudines fiunt, & a tenui, breues? Periculum faciamus in accensione ignis in materia crassa, & tenui. Et licèt ab eodem humore morbus originem ducat, diuersitates temporum breuitatem, vel longitudinem efficiunt, iuxta illud Hippocratis 2. Aphorismorum 25. Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues sunt, autumnales verò longæ, & præ-*
cipuè

cipuè quæ hiemem attingunt. Et totum hoc originem ducit à calido, & a frigido in diuersis temporibus. Calidi namq; in æstate est aperire, cum ratione ambientis calidi, pori aperiantur, fiunt difflationes, sed non sic in hieme, cum a frigiditate pori adstringantur humoresq; compinguntur; quomodo difflatio prohibetur: frigidum namque est naturæ inimicum. Vnde humores incrassantur, & ægritudines elongantur, iuxta illud sexti Epidemiorum. In Cranone antiqui dolores frigidi, noui autem calidi. Et in 4. Aphoris. 42. scriptum est. Sudor multus, calidus, vel frigidus semper fluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum. Sed verum est, humanum corpus sanguinem in se ipso continere pituitam. duplicemq; bilem, quæ prædominium habere dicuntur ex temporum diuersitate, & dum ætates mutantur. Signum, quia (vt supra dicebatur) Naturarum hæ quidem ad hiemem, hæ verò ad æstatem benè vel malè se habent. Sicuti in determinatis ætatibus determinatos fieri morbos, manifestum est. Senes enim iuuenibus magna ex parte ægrotant minus; quæ verò morbi accidunt longi vt plurimū comitantur vsq; ad mortem. 2. Aphoris. 39. & sequens Hippocrates ait raucedines, & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt. Eorum enim calor naturalis debilitatem contraxit: vnde eorum corpus frigidum est. Abundat namq; in sene pituita, frigida, & viscida, quæ nondum in senibus; verum etiam in iuuenibus maxima difficultate concoquitur, quo pacto eorum corpus frigidum redditur: & à calido innato concoctiones celebrantur. Vnde cum senibus parum calidi innati insit, febres non similiter acutæ fiunt, 1. Aphoris. 14. frigidum.n. illorum corpus. Et de anni temporibus scriptum est in 3. eiusdem 1. Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, affirmans in Autumno morbos acutissimos, atque exitiales maxima ex parte generari; at tempus veris esse saluberrimum, & minimè exitiale, quibus de rebus satis doctè disputant Medici in libro tertio Aphorismorum. Non igitur est accipienda Medicorum sententia, eorum scilicet, qui ante Hippocratis ætatem rati sunt, vnicum tantum esse constituendum humorem, & hominem, vnicum ex illo constituentium. Neque Antiquorum philosophorum ante Aristotelis ætatem, qui, vnicum tantum esse elementum, aut aquam, aut aerem aut ignem, rati sunt. Et quoniam ex quatuor elementis fiunt partes homogeneæ, & illis etherogeneæ. Nunquid partes in primo parente

6. eius.
4. Aphor. 42.
2. Aphor. 39.
Ibid. 40
1. Aphor. 14.
3. eius. 1.

manifestat, quod non supernatat, & illa omnia, in quibus est prædominiũ terræ, quod manifestat Aristoteles in libro quarto Meteororum, & in lib. de Causis Proprietatum elementorum. Sicuti homines hoc pacto quo ad omnes loci differentias mouentur, quorum motionum anima principium esse dicitur, qui, suæ naturæ relictus, deorsum mouetur: siquidem grauia ex sui natura deorsum feruntur. Sensus tactus istius doctrinæ iudex esse potest, qui circa quatuor primas qualitates versatur, quatuor elementis insitas. Sunt enim sensus animalibus dati, vt salutem consequantur, per quos nociuæ qualitates euitantur, facillimè sibi proportionatas percipientes. Cuius rei fuga & desiderium attestantur. Vnde scriptum est in libro secundo de Ortu, & Interitu part.50. Terra omnibus inest (cum mixta corpora omnia ex simplicibus corporibus componantur, & sunt quatuor elementa) nam maxime sunt & in pluribus in loco terræ, in quibus quidem terra prædominiũ habere videtur. Et de homine scriptum est in principio Genesis, Deum formasse hominem de limo terræ, re uera à prædominio terreum Ex aqua etiam, quoniam composita terminari indigent, & ex simplicibus sola aqua est facilè terminabilis. Tum quia terra sine humido consistere non potest, quæ per aquam terminatur; quomodo si humidum auferatur, decidit. Vnde mixtum per aquam est bene compactum, & optimè terminatũ, quæ quidem per aquam, & ex consequenti humido aqueo in terra, & mixtis verum est, quod humido aereo præstari non potest, & eo modo per aquam terra ligatur, perinde, ac si per collam ligaretur, quod præstare non potest humiditas aerea, quoniam terra magis repletur per aqueam humiditatem, eiq; magis vnitur; quod ex maiori crassitie prouenit. Etenim aer ratione suæ tenuitatis facillimè fluit, maximeq; difflat: Vnde aer in tenuitate superans in mixtione præterlabitur, non sic aqua in qua maior viget grauitas, quæ ex sua maiore crassitie, maiorem habet consistentiam. Ergo corpus mixtum ex aere, & igne componitur, cum ista elementa iam dictis contrarientur, aer terræ, cum terra sit frigida, & sicca, ignis aquæ, quæ est frigida, & humida: aer verò calidus, & humidus; & ignis calidus, & siccus, quomodo Philosophi asserunt, contrarietates in substantijs reperiri. Nulla etenim inter substantias contrarietas existit, sicut inter qualitates intercipitur. Et vbi est vnum contrariorum, necessarium est, & alterum interuenire.

4. Meteor. lib. de Causis Propr. Elem.

2. de Ortu, & Inter. 50.

Genes. in princ.

uenire. Et totum hoc recta ratione, quoniam ea, quæ patiuntur ad inuicem, miscentur tantum, & sunt contraria. Et generationes sunt ex contrarijs, & quando vnum contrariorum inexistit, & alterum inesse, necessarium est. Vnde ad generationem mixti non solum requiruntur terra, & aqua, verum etiam aer, & ignis, quibus excellentiæ aliorũ elementorum quo ad eorũ qualitates ad moderatam temperiem reducuntur. Ergo in corporibus mixtis necessariò quatuor elementa reperiuntur.

Id etiam confirmat Aristoteles ex nutritione, quia nutritum ex quatuor elementis nutritur, & quodlibet eorũ, ex illis ex quibus nutritur, componitur. quomodo ex illis mixta sunt, ex quibus nutriuntur. Et confirmatur, quia plantæ, quæ habent animam vegetatiuam, nutriuntur, quæ ex terra, & aqua aluntur. quod ex hoc manifestum est, quia rustici, cum velint irrigare plantas, ex aqua, & terra miscent, quo modo sequitur nutritio, & augmentatio. Nutritio nanque est particularis generatio, quæ fit ex contrarijs, & elementa ratione materiæ habere dicuntur, cum ex istis fiat mixtũ: & cum mixtum resoluatur, in ea elementa, ex quibus componitur, resoluitur. 7. Metaphys.
7.Metaf. 60. *part. 60. Et in nutritione nutrimentum in substantiã nutriti conuertitur: quod quidem sine calore præstari non potest; & calorem habere aerem, & ignem patet. Ergo ad nutritionem ista duo elementa concurrunt aer, & ignis. Et cum ex istis mixtum componitur, ad ista resoluitur. Et propterea sequitur alteratio, vt patet in definitione mixtionis. Quomodo igitur in eo statu erat immortale corpus primi parentis? Mirum nanque est dicere, elementa in corpore mixto remanere, cum ex eis componatur, & asserere, immortalitate gaudere existentibus causis interitus, & sunt materia, & contrarium.*

Neque dicatur, hominem de terra sumptum fuisse ex libro
Genes. 3. *Genesis cap. 3. & ibidem cap. 2.* Formauit Deus hominem*
Genes. 2. *de limo terræ. Et D. Paulus in prima Epistola ad Corinth. 15.*
1.ad Cor.15. *Primus homo de terra terrenus. Tum etiam in cap. 1. Genes.*
Genes. 1. *scriptum est, dixisse Deum. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cœli. Et etiam dixit. Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Ergo falsum est dicere, omnia elementa ad esse mixti concurrere, quomodo dicimus, omne mixtum perfectum ex*

illis

illis componi?

Vnde illæ auctoritates, quantum ad prædominium sunt intelligendæ, ex quo diuersæ complexiones originem trahunt. Nam quantitas non est vnius, sed duorum generum: & molis, & virtutis. Quomodo & duplex prædominium est considerandum, & quo ad molem, & quo ad virtutem. Quo ad hominem, & multa animalia terra prædominium habere dicitur: in quibusdam aqua; sed non quoad virtutem, quia tunc elementa actiua s. ignis, & aer prædominiũ habere dicuntur. Et hac ratione id, euenire est dicendum, quoniam voluit Deus, & natura prudens in creatione hominis symetriã conseruationis gratia, quò anima corpori vitam præberet. Et quoniã corpus primi parentis nostri Adæ, & aliorum animalium corpus mixtũ erat futurum, ex quatuor elementis erat componendum. Et quoniam consistentia erat futura, qua facillimè operationes ederentur. Ex elementis, illius corpus constituentibus, & cæterorum erat componendum, & sunt terra, & elementum aquæ. Quapropter prædominium istorum elementorum erat futurũ quo ad quantitatem molis. Et hanc veritatem confirmat sensus tactus, omnium primus inter sensus, cuius naturæ id esse videmus, vt in eo terra prædominium habeat, in quo cæteri omnes fundamentum habere dicuntur. Prædominium igitur quo ad quantitatem molis terreum esse debet magis, quam aqueum propter soliditatem ratione resistentiæ in edendas operationes. Quod quidem volatilibus, & piscibus non euenit, cum volatilibus aqua dominetur aeri admixta, & piscibus per se elementum aquæ. Et re vera si esset ignis prædominium quantũ ad virtutem, & molem, omnia ab igne in sui ipsius naturam resoluerentur. Est enim caliditas ignis omnium maximè actiua, omnia combustibilia in sui ipsius naturam conuertens, qui si quantũ ad molis quantitatẽ prædominaretur, habens adurentem qualitatẽ, mixtum destrueret; fieret nanq; actio à proportione maioris inæqualitatis, non esset resistentia tanta, quæ sit agenti proportionata, quomodo sequeretur illius victoria. est enim caliditas qualitas actiua. Sed cũ tantæ operationes in corpore mixto sint futuræ, quorum principiũ est anima: cumq; corpus mixtũ multas operationes edere debeat, necessariũ profectò erat prædominium elementorum actiuorum quo ad quantitatem virtutis, & sunt ignis, & aer. Non enim ab elementis passiuis actiones præstari

possunt, sicuti neq; primo, & per se à qualitatibus passiuis, quemadmodum dicimus, naturæ opus non ingredi frigiditatem, nisi per accidens, vt explicauit Auerroes in principio summæ in quartum librum Meteorologicorum: sed a calido, quo vtitur anima ad suas edendas, & perficiendas operationes. Signum esse possunt complessiones melancholicæ, & pituitosæ, mixtum tardi motus reddentes, non sic biliosæ, neq; sanguineæ. Vnde sequitur rythmus, & perseuerãtia formæ in corpore mixto animato quare & vita, proueniens ab anima, quæ est forma. Totũ hoc calidi absentia manifestare potest, per cuius absentiam quoad gradus torpescit corpus mixtũ animatũ, operationesq; illius hebetescunt. Vitam namq; in calido & humido consistit. Idq; ex spiritibus, in semine existentibus, ex calore, & ex materia, quæ præstatur à muliere in generatione, manifestari potest Sed ignis secundũ materiæ quantitatẽ non prædominatur: quia, cum in actiuitate cętera præstet, alia elementa cõsumeret, qui est in corpore mixto in esse refracto. Non enim est excogitandũ, in creatione primi parentis ex sua sphæra ignẽ fecisse descendere quemadmodũ fingũt Poetę de Prometheo, qui cũ apud ipsos fecisset hominem ex terra, è cœlo ignem furatus est, quo illum animaret, de quo cecinit Horatius in libro primo Carminum Ode tertia, dicens.

4 Meteor. in princ.

Hor. 1. Car Ode 3.

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem etheria domo
Subductum macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq; prius tarda necessitas
Lęthi corripuit gradum.

Sed quoniam ex sententia Philosophorum apud nos purũ elementum non est assignandũ, factus fuit homo a Deo ex terra a prædominio, in qua cętera elementa reperiebantur. Et quæ facta sunt ex aquis habent prædominium aqueum, quantũ ad substantiam: & quæ ex terra, terreũ. Nam illa in aqua viuunt, quorũ habitatio est aqua, quæ illorum dicitur tranquillitas, quæ cum ex aqua egrediuntur, moriuntur: sicut animalia terrena in terra, terrenisque fructibus viuunt. Et quoniam humor aqueus est in duplici differẽtia, & vt est humor fluctuans, & vt est vapor exalans; ideo aqua est principiũ aquatiliũ, & volatiliũ animalium: aquatilium ratione humoris, & volatilium ratione vaporis, qui

vapor

vapor est aeri commixtus, ideo volatilia volatu sursum attolluntur: aquatilia verò ratione humoris in aqua permanent, ibi vitam degentia. Et auium locus est aer quo ad motum animalem, & quo ad motum naturalem est terra, quia ibi quiescunt. Vnde non est dicendum, mixta corpora, vt homo, pisces, & aues fuisse creaturas ex simplici elemento creatas, sed materia exprimitur à prædominio. Et hoc modo est intelligendum illud Genesis cap 1. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terrã sub firmamento cœli. Creauitq. Deus cœte grandia & omnem animam viuentem, atque motabilẽ, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Quare fuit semper corpus mixtũ primus parens ex quatuor elementis, à prædominio terreũ, quo ad quantitatem, quæ dicitur molis; quomodo in eo elementa passiua prædominabãtur: sed elementa actiua, quo ad quantitatẽ virtutis; siquidem futura erat resistentia propter crassitiem, & soliditatem, & operationes ab elementis actiuis. Ex quibus rythmus causabatur, quo anima in corpore permaneret, a qua operationes euenirent, tanquam à primo principio, & à calore, tanquam ab illius instrumento, & compositum per animam, & calorem suas ederat operationes, vitales à principio vitali prouenientes. Corpora autem ex elementis composita sunt ortui, interituiq; obnoxia. Quomodo igitur immortalis primus parens erat dicendus in statu innocentiæ? Re uera etenim elementa remanent in mixto; sed non integra, & quo ad eorum qualitates; sed non integras. Quare non est recipienda Stoicorum, & Crysippi opinio, qui rati sunt, elementa in corpore mixto integra permanere & quo ad substantias, & quo ad eorum qualitates, quam sententiam Hippocrates amplexus est, de quo mentionem habet Galenus in libro primo Meth. cap.2. dicens, in re tenui cum Aristotele dissidere, cum Hippocrates affirmet in libro de Alimento, totum corpus esse quasi conspirabile, & confluxibile, omninoque omnes animalis partes mutuo se affici; dissident tamen, quod Aristoteles tantum qualitates omnino misceri, & mutuo se transire, existimauit. Sed si quis Stoicorum partes tueri velit, cogitur asserere, esse corporum penetrationem. est enim manifestum, plenum aliud corpus recipere non posse; sed cum natura vacuum odio habeat cane peius, & angue, statim replet, alteriusq, partis est successio. Sed repletione existente, quomodo successio esse potest? Et exi-

Genes. 1.

Stoici, & Crysippus.

1. Meth. 2.

Et existentibus apertis vijs, quibus partes ingredi possunt, fit repletio. Et hanc nutritio attestatur, quæ fieri nequit, si natura vias clausas inueniat, cum alimentum transferri non possit, qua de re disputat Alexander in libro de Mixtione, & Auerroes in libro primo de Ortu, & Interitu com. 38. Clarũ est enim, quando aliquorum fit mixtio, in illa mixtione se diuidere. Corpus maius redditur cum non tantum qualitates; verum etiam corpora misceantur. Sed si hanc opinionem, quæ re vera non est peripatetica, quis tueri vellet, necessario est concedendum, corpus mixtum interitui esse subiectum. Quomodo igitur primus parens ex quatuor elementis compositus, eo modo, quo Stoici existimarunt, immortalis erat iudicandus? Elementa nanq; sunt illa, ex quibus fit aliquid, cum insint, & in quæ alia omnia corpora dissoluuntur, & sunt indiuidua secundum speciem, quæ definitio re vera elementis nostris conuenire videtur, cum Aristoteles in 5. Metaphys. part 4 & de syllabis, dictionem construentibus, & in quas ipsa dictio resoluitur, sicuti syllaba BA in b, & a, & de aqua in quam elementatum resoluitur, & de demonstrationibus exempla ponat. Et re vera elementa subiecti rationem retinent, sicuti forma mixti est verè forma; quo pacto dicimus, recipere formam mixti, & ex eis fieri vnum, sicuti ex materia, & forma fit vnũ quia illa est potentia, ista verò actus, ad quam esse in potentia antequam recipiatur, vt ab ea sit denudata, est dicendum quæ in mixtione recipitur, & per aliarum formarum extractionem, perfectiorem gradũ obtinentium materiæ vicem gerit: & tunc mutatur species; quandoquidem species sunt sicut numeri 8. Metaphys. part. 10. quia non sunt amplius elementa, sed aurum, aut argentum, vt disputabitur, quæ mixta cum resoluantur in illis, ex quibus constant, resoluuntur, & sunt elementa, quæ manent in esse refracto, non sic priuatio, quæ pars rei factæ esse non potest, cum per aduentum formæ destruatur, quomodo à materia distinguitur, quæ simul cum elementis dicitur pars rei factæ, vt videre est in 1. Physicorum part. 82. & ista in alia priora non resoluuntur, quæ sint alterius rationis, quemadmodum dicimus caput in carnem, & ossa, & neruos dissolui; quæ tamen elementa, cum sint corpora naturalia, componuntur ex materia & forma: & etiam quia ex se mouentur. Cum igitur primus parens, sicuti, & animalia omnia ex his, quæ sunt in ipsis, sint composita,

Alex. de Mixtione.

1. de Ortu, et Interitu. 38.

5. Meta. 4.

8. Metaf. 10.

1. Phys. 82.

& sint

& sint ex his quatuor materijs, & sunt quatuor elementa, & ex quatuor humoribus, illis proportione respondentibus, scilicet ex bile, quæ dicitur cholera citrina, calida, & sicca, simili igni: ex sanguine calido, & humido, simili aeri: ex phlegmate frigido, & humido, simili aquæ; ex humore melancholico, simili terræ quo ad frigiditatem, & siccitatem. Et istæ quatuor naturæ, quæ sunt materiæ ingrediuntur corruptionem, & additionem, & diminutionem, & resolutionem a natura sua aut ex caliditate ad frigiditatem, aut ex frigiditate ad caliditatem, aut ex humiditate ad siccitatem, aut ex siccitate ad humiditatem, & tunc est nocumentum in corpore mixto, & est deordinatio, quoniam non mensurantur secundum debitam mensuram, quia sanitas cōsistit in debita symetria, & debita proportione quatuor elementorum, quatuor qualitatum, & quatuor humorum. Primus igitur parens, secundum illam opinionem, erat mortalis in illo statu.

Disputatur, quomodo secundum veram opinionem elementa remaneant in mixto. Quomodo Adæ interitus manifestatur.

OMNES Philosophi vno ore consentiunt, elementa in corpore mixto remanere; sed quomodo, maximè inter se discrepare videntur. Et quoniam hoc est ferè fundamentum istius Quæstionis, aliorum opiniones sunt perpendendæ, quò cognoscatur, primum parentem Adamum in statu innocentiæ fuisse mortalē.

Scotus in secundo Sententiarum Distinct. 15. arbitratus est, 2. Sent. d. 15. *nihil de elementorum substantia permanere in mixto, omninoq; illorum formas destrui, qualitasq; in ipsa mixtione, nouamq; formam generari, nouam qualitatem, & esse illius temperaturam. Et quatenus dicitur, mixtum ex quatuor elementis constare, & ex consequenti miscibilia esse in mixto, hoc pacto illam auctoritatem glossare videtur, eam mixti formam naturalem habere conuenientiam cum elementorū formis, vt eorum formæ virtute in mixti forma reperiantur, ad eam similitudinem, sicuti medium cum suis extremis conuenientiam habet, quod*

quidem ex extremis constare dicitur. Quare secundum illius sententiam elementa in corpore mixto secundum substantiam non manent, neque secundum qualitates; sed quemadmodum vegetatiua, & sensitiua in intellectiua, & sicut imperfecta inferiora in superioribus manere dicuntur, quæ non manent, nisi secundum virtutem. Quomodo dum elementa ad mixtionem veniunt; destruuntur, qui hanc sententiam sequutus est, quia
1. De Ortu, et Int.84. vidit Aristotelem, dicentem in libro primo de Ortu, & Interitu part. 84. in corporibus mixtis elementorum virtutes saluari. Sed ex definitione elementi iam visum est, hanc sententiam à veritate Peripatetica esse alienam. Neque est dicendum, illam definitionem tantum materiæ primæ conuenire: nam ibi in
5.Metaf 4. 5. Metaph. 4. de aqua exemplificat Aristoteles, vt dicebatur. Et nonne mixtio est miscibilium alteratorum vnio? Et si alteratorum, quomodo corruptorum? Fortasse ignorauit Aristoteles quæ nam sit differentia inter alterationem, & interitum? Alteratio sine interitu esse potest; sed non interitus absque alteratione; & si ad interitum alteratio aut sit praua dispositio, aut interitum denotet. Et si est vnio, ex multis resultat, quæ fortasse est eorum, quæ non sunt? Mixtum rè vera est quoddam totum. Ex partibus igitur componitur, ad quam compositionem elementa rationem habent. Et cum elementorum virtutes saluentur: in quo nam saluatur virtus? In proprio subiecto. Et si est interitus, qui est entis ad non ens, quomodo virtutes saluantur? Et quomodo est mixtio? Et quis dubitat, quatuor primas qualitates esse in corpore mixto? Ergo & illarum proprium subiectum. Nam si non est istud, quod venit ad mixtionem, Quomodo est mixtio? Omnis nanque mixtio subiecta requirit, quæ necessariò alterata esse debent; alioquin non magis nunc, quam antea dicuntur esse mixta. Manent nanque eadem. Sicut si quis dixerit inter duo esse mixtionem, & alterum destruatur, non potest esse mixtio. Maximè igitur, si vtrunque corrumpatur. Et hanc veritatem elicere possumus ex libro primo de Ortu, & Interitu part.8?. vbi dicitur.
1. de Ortu, & Inter.84. In entibus alia quidem actiua, & alia ab his passiua sunt; itaut ab efficientibus patiantur. & efficientia a patibilibus: quomodo ea quæ patiuntur efficientia appellantur, quorum quidem eadem est materia, vt propterea sit dicendum, agere, & pati ad inuicem. Alia sunt, quæ tantum faciunt, & non patiuntur, & sunt

*& sunt ea, quæ eadem materia carent, & illa miscibilia dicuntur, quomodo est reactio; quandoquidem actio est ratione victoriæ, quæ est agentis ad passum: non enim est tanta resistentia in passo, vt reactio sequatur. Vnde medicina facit sanitatem; at non ea ratione, vt corpori, quod recipit sanitatem, commisceatur. Diuersa nanq; est materia Nam sanitas in anima medici reperitur, in corpore ægrotante sanitatem facientis; quæ tamen cum corpore non miscetur; quomodo agit, sed non re patitur. Communicatio igitur materiæ requiritur, & sunt elementa, quæ respectu corporis mixti materiæ rationem gerunt, & fit mixtio. Et totum hoc alteratione præstatur, quia necessariò sequitur, hoc sine actione, & passione fieri non posse. Et ibidem part.*88 *inquit ea, à mixtione esse excludenda, quæ & si agunt, & patiuntur adinuicem, nihilominus nisi facilè diuidantur, adinuicem terminari non possunt, quemadmodum sunt corpora dura, & multa paucis, & magna paruis non miscentur. Nam ad hoc, vt fiat mixtio, humiditas requiritur; sed potius causant augmentationem. Neque requiritur, maximum esse alterius excessum, & alterum in dominans mutetur: requiritur siquidem proportio inter agens, & passum: sicuti si gutta vini apponatur in mille amphoris aquæ, non miscetur, quoniam vini species resoluitur, cum in vniuersam aquam mutetur; & si inquantum vinum in aquam agere possit, quod non agit, quia debita proportio non intercipitur. Vnde habentes æquales potentias quodammodo, idest, dummodo non sit magnus excessus, tunc sequitur, alterum mutari in id, quod ex sui natura excellit, vt aliquam partem naturæ amittat, & naturam eius, quod excellit, recipiat. Neque est sicuti de gutta vini dicebatur, respectu illius quantitatis aquæ; sed quoddam commune medium resultat, & partim illorum naturæ, quæ miscentur conseruari videntur, & partim destrui. Qua ratione illud corpus, quod ex illa mixtione resultat, est medium commune illis, quæ ad illam mixtionem veniunt, de vtroq; extremo participans; quod appellari potest medium per participationem; quod quidem manifestè patet in coloribus & saporibus. Quomodo igitur integer interitus? Vnde mixtio est miscibiliũ alteratorũ vnio, & nõ corruptorũ. Nõ igitur elemẽta intereunt, sed alterantur ratione primarũ qualitatũ, in ipsis existentiũ,* Ibid. 88.

quæ

quæ ad mixtionem veniunt cum elementis. Cogimur igitur fateri, mixtionem esse vnionem. Alterantur enim elementa, fitq; eorum excessuum correctio, ex quibus vnio procedit. Nam quæ miscentur corrumpunt excellentias ad inuicem, & tunc medium insurgit. Nam elementa primo transmutantur, ex quibus fit mixtum: vnde medium quoddam resultat Materiæ igitur rationem habere dicuntur; quod quidem resolutio mixti manifestat. Sicuti putredo, & combustio attestantur, quæ mixtorum generationi maximè contrariantur. Inspiciamus effectus, & sunt cineres Et effectus ex Alchimia ex re maximè sicca, ex qua humiditates extrahuntur; quamuis apud nos purum elementum non sit assignandum Doctrina est Aristotelis, à qua non fit recessus per minimũ quid in libro secundo de Ortu,

1.de Ortu.& Inter. 48. *& Interitu part. 48. & quæ putrescunt ficciora fiunt omnia, & tandem sunt terra, & fimus. & mixtum dicitur terreum, & aqueum ab elemento prædominante. & durities, & mollities mixtorũ hoc indicant, ortũ ducentes à primis qualitatibus: nam durities ex terrestreitate, & mollities ex humiditate eueniunt, quoniam & terra, & aqua prædominium habere videntur. Siccum etenim non cedit, ficuti neque terra: & molle facilè cedit, ficuti aqua; vnde hoc non sine aqua, & hoc non sine terra*

4. Meteor. *scriptum est in libro quarto Meteororum. Immò & corpora mixta dicuntur aquæ species, seu potius aquea ratione fluxibilitatis, & humiditatis, vt vinum, vrina, serum, acetum, lixiuium, & quæcumq; nullam, aut paruam habent consistentiam: & quęcumq; non incrassantur à frigido, sunt aquæ magis. Sicuti manet terrestreitatis prædominium in lateribus, antea humidis, & postea in fornacem coctis; qua ratione humidum absumitur. Et quæcunq; a frigido crescunt, sunt terrea, & aquea. Etenim cum ista dominentur, à materia denominantur: materia etenim denominatiuè prædicatur de eo, cuius est materia; quomodo dicimus, lapidem non esse terram, sed terreum, nequè*

7.Meta. 23. *statuam esse aurum, sed auream, vt dicebatur in 7. Metaphys. part. 23. Totum hoc patet ex animalium differentijs, quia quædam dicuntur animalia terrestria, quædam aquatilia, quædam volatilia, quæ diuersantur penès diuersum elementorum prædominium. Quod quidem & colores, & odores, & sapores, mixti passiones indicant, prouenientes à primis qualitatibus,*

quæ

quæ in elementis subiectantur. Materia enim cum sit diuersa, & ipsa forma diuersatur: quomodo sunt assignandæ materiæ propriæ, & formæ propriæ 8. Metaphys. 11. Sicuti diuersæ sunt proprietates, prouenientes à diuersis formis, & diuersæ inclinationes in diuersis indiuiduis sub specie humana existentibus. Sanguinis etiam differentiæ hoc manifestant: nam quidam est carens fibris. quidam verò est præditus fibris. Primus est frigidus, & est aquæ magis, quo animalia similia abundant, & hoc modo non concrescit, qui in illis animalibus reperitur, in quibus robur, & audacia vigent, quæquidem fibræ sunt terreæ, & quod relinquitur est aqua, seu aquosum, vt scriptũ est in 4. Meteororum. Quomodo igitur verum est dicere, elementa secundum totum corrumpi? Et totum hoc manifestum est in 2. de Partibus Animalium cap. 4. & quando dicit Arist. elementa secundum virtutes seruari, Græci per virtutes intelligunt elementorum accidentia.

8. Metaf. 11. 4. Meteor. 2. De partib. Animal. 4.

Et si quis dixerit, elementa non esse simpliciter corrupta, quia illorum virtus saluatur, & mixtum esse medium per conuenientiam, non per participationem. Huic doctrinæ reclamat Aristoteles in primo de Ortu, & Interitu part. 82. vbi dicitur, non posse esse mixtionem sine alteratione, & si vnum ex illis corrumpatur, non potest esse mixtio, quæ est vnio miscibilium alteratorum, & est similium se habentium. Et si ambo corrumpantur, & ea, quæ ad mixtionem concurrunt, mixtio esse non potest. Non enim illa mixta dicimus, quæ omnino non sunt. Quomodo igitur intereunt, quæ ad mixtionem veniunt? Illa namque in mixto remanere debent: siquidem miscere non dicit interitum, neque interitus miscibilium vnio; sed cum mixtio fit ex pluribus, illa plura remanent, ex quibus vnica natura resultat; & in 1. de Generatione Animal. 18. confirmat Aristot. semen non decidere ex omnibus corporis partibus; alioquin ex elementis decideret. sicuti humidum sine aqua in mixtis corporibus esse nequit 2. de Anima part. 113. Totum hoc expressit Alexander in suo libello de mixtione, eam definiendo, dices. Mixtio est vnio quæ fit per intercessionem actionis, & passionis corporum, iuxta se positorum per transmutationem, & præter interitum, vt fit vnio citra interitum. Sed est excogitanda eorum, quæ ad mixtionem veniunt refractio & castigatio, ex quibus vnica forma resultat, quam illæ qualitates insequuntur,

1. de Ortu, & Interitu 82. 2. de Anima par. 113.

eam semper associantes, quæ in mixtione, & ex consequenti in alteratione, sine qua mixtio esse non potest, castigantur, atque refranguntur. Vnde excellentiæ illarum castigantur causaturq́; noua species, à noua forma ortum ducens, a qua vnicum mixtum prouenit. Vnde elementa rationem habent materiæ, formã mixti recipientis, à qua habet esse mixtum. Illa etenim vnio est à materia, & forma. Recipiens nanq; est materia, principium passiuum existens; forma verò perficit, principium actiuum intrinsecum, quæ perfectio est ab agente, quod est principiũ actiuũ extrinsecum, ad illam vnionem concurrente: quomodo elementa principium receptiuum dicuntur. Siquidem imperfectum respectu perfecti materiæ rationem retinet. Ad mixtionem re vera subiectum requiritur, sicuti ad generationem materia; sed hæc est omnium formarum receptiua: elementa verò recipiunt tantum mixtorum formas, ad quas in pòtentia esse dicuntur.

Quare in rei veritate non est glossanda definitio mixtionis eo modo, quo à quibusdam glossatur, mixtionem scilicet esse miscibilium alteratorum vnionem .i. corruptorum; cum tantum elementorum excellentiæ castigentur, & refrangantur; sed nõ intereunt, quæ materiæ rationem gerunt. Et recta ratione, quoniam formæ mediæ materia compositæ esse dicuntur: nam formæ inferiores, habita ratione ad superiores, habent rationem materiæ, sicuti imperfectius respectu perfectioris, quod videre est apud
cap.27. 3.de Ani.36. *Themistium in libro tertio de Anima cap.27 & apud Auerroem in 3 eiusd. com. 36 Et si dixerimus, mixtionem esse miscibilium alteratorum idest corruptorum vnionem, idest nouæ formæ generationem, profectò esset reprehendendus Aristoteles, quia aut vocabula propria ignorauit, aut ignorare voluit. Perpendamus, an vnio sit eorum, quæ non sunt? Neq; est dicendum, in mixto esse qualitatem elementalem abolendam, sed ei similem ibi reperiri, sicuti dicunt, mixtum habere formam similem illi, quæ est in elemento. Excogitemus secundas qualitates s. grauitatem, & leuitatem, à primis qualitatibus originem trahentes, & in simplicibus corporibus, & in mixtis. Nunquid grauitas non ab elemento graui, quæ grauitas sibi proportionatas qualitates sequitur? Nunquid mixta nõ mouentur ab elemento præ-*
1.de Cœlo 7.& 8. *dominante? totum hoc manifestum est in primo de Cœlo part.7. & 8. Cur sunt multiplicanda entia sine necessitate? Et quatenus dicunt, non esse necessarium, quatuor elementa concurrere ad gene-*

ad generationem mixti, cum aliquando mixtũ ex vnico elemento sit factum, quod quidem confirmant ex illo Genes. cap. 1. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamẽto cœli. Iam dictum est quomodo illa auctoritas sit intelligenda: nam in mixtis est prædominium, & quomodo non dicimus quo ad qualitates motiuas hominem esse a prædominio terreum? & complexiones diuersari quo ad quatuor primas qualitates, sicuti pisces a prædominio aquei dicuntur, qui tales denominantur à materia prædominante, quæ denominatiuè prædicatur de materiato. Et præcipuè sapores id nobis manifestant, quippe qui dum comeduntur edulia non omnia sunt eiusdem saporis, neq; omnes partes vnius piscis retinent easdem qualitates. Et istius rei signũ est illa parabola Euãgelij apud Matth. cap. 13. de sagena missa in mare, quam educentes cum impleta esset elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Et vnde bonitas? ex bona symetria quatuor humorũ, sicuti mala ex mala. Alioquin incideremus in eorum Philosophorum sententiam, qui rati sunt, vnicum ex quatuor elementis esse principiũ, sicuti Medici dicebant, hominem esse tantum sanguinem, aut vnum ex quatuor humoribus, contra quos est Hippocrates. & si elementa materiæ rationem habent, inexistunt, inexistentia enim definitionem materiæ ingreditur.

Geneſ. 1.

Matth. 13.

Sed nunquid per hanc sententiam, quod elementa maneant in corpore mixto excogitare quis potest mixti immortalitatem, etiam si maneant secundum virtutem? Absit. Nullum namq; mortale immortalitatẽ efficit. siquidẽ forma mixti ex elementis exhausta esse dicitur, & ex consequenti ex materiæ gremio. Quomodo ergo ipsa immortalis, ad hoc vt immortale reddat mixtum? Omne nanque ex elementis prouenıens est interitui subditum, cum sit materiæ coniunctum, à qua prouenit interitus. Et omnes istæ formæ, quæ sunt ex gremio materiæ exhaustæ, ad extensionem, & diuisionem cõpositi sunt extensæ, & diuisæ. Quo modo igitur forma mixti æterna, ad hoc, vt esse immortale conferre possit? sunt etenim illæ formæ quantæ, & ratione tantùm, & non re separabiles. Vnde generantur, & intereunt ad generationẽ, & interitũ corporis, non sic formæ à materia separatæ, vt doctissimè disputat Auerroes in libro de Substantia Orbis, & in 8. de Physico Auditu com 78. & 79. Nulla igitur forma mixti est causa æternitatis corporis mixti. Cum igitur Adam esset

De ſub. Orb. 8. Phyſ. 78. 79.

corpus

corpus mixtũ, & secundum illorum opinionem elementa in ipso permanserint secundum eorum virtutes. clarum est esse interiturum.

Interitus etiam mixti corporis est assignandus, si quis quorũdam Latinorũ opinionem sequatur: vel etiam sententiam Auicennæ. Latini arbitrati sunt, formas substantiales elementorum interire in mixtione; sed non qualitates, quarũ est mixtio, quas qualitates primas scilicet refractas esse dicunt in corpore mixto. & Auicenna sibi persuasit, illas qualitates remanere fractas, formas verò integras.

Sed re vera mixtio est corporum, & non qualitatũ primo. cũ qualitates, & corpora, & formam substantialem insequantur. ex necessitate esse formatũ requirentes, quoniam sunt formæ accidentales finitæ, quæ quidem finitas, & ex consequenti terminatio est ratione formæ, quæ finis, & terminus nuncupatur, per quã res naturales terminum habent, & ipsa quantitas finitur; quoniam materia à forma terminatur, quæ in se interminata dicitur; quomodo verum est proportionẽ terminantis ad terminatum esse, sicuti est proportio formæ ad materiã, itaut forma terminantis rationẽ habeat, & materia per illã terminati. Quod in artefactis quam optimè intueri possumus. Non igitur est auferenda forma, quæ finitatem habet quantitas. Tum quia primæ illorũ qualitates illorum proprietates esse dicuntur, à forma manantes, quemadmodum proprietates à formis pullulare, atque emanare solent, sicuti ex formarum ablationibus manifestè constat; quippe quæ & illæ remouentur. Nonne per ablationem participationis rationis ad risum propensio destruitur? Id negari non potest. & quemadmodum quantitas materiam sequitur, perpetuaq; illius socia dicitur; ita proprietas formam sequitur. Subiectum re vera destruitur per proprietatum ablationem, sed non primo, sicuti primo destruitur per formæ substantialis destructionem, quomodo & proprietas destrui dicitur; quandoquidem sine forma proprietates esse non possunt, ab illa pendentes; itaut esse, & vnum esse primo est à forma substantiali, a qua primus modus dicendi per se insurgit, & à proprietate secundus mediante forma, quæ est causa, proprietatem verificari de subiecto, vt colligitur ex Arist. in primo Po-
1.Post.9. *steriorũ part. 9. & de hoc disputat Auerroes in libro 8. Metaph.*
8.Metaf.5. *com. 5. contra Alexandrum, primas quatuor qualitates formas*

substan-

substantiales elementorum existimantem. Si igitur primæ qualitates ponantur in esse, & earum causa, & subiectum necessarium est, vt constituatur; quod, si auferatur remouentur accidentia, consequentia formã, & subiectũ quod fundamentũ accidentiũ, & quatuor qualitatũ esse dicitur. Et elementa rationẽ materiæ retinent in mixtione, quorũ quatuor qualitates adeò sũt sociæ, vt nulla vi separari possint, quemadmodũ dicimus de propensione ad risum in homine, & de quantitatibus habita ratione ad materiam. Vnde destruitur elementum per ablationem suæ formæ, sed qualitates, formam illam insequentes, non remanent in esse. Quomodo igitur elementorũ formæ destruuntur, seu potius elementa, & qualitates, illorum proprietates, remanent, si ad destructionem formæ proprietates destruuntur, & elementũ destruitur per destructionem formæ? Et quomodo qualitates sine substantijs ad mixtionem venire est dicendum? Re vera accidentis esse est, inesse, cuius substentaculum substantia esse dicitur. Sed audiamus Aristotelẽ in libro secundo de Ortu, & Interitu part. 49. dicentem, omnia mixta corpora, quæcunq; circa medij locum sunt, ex omnibus esse composita simplicibus. Terra inest omnibus, quia vnumquodque est maximè, & multum in proprio loco. Aqua, quia indigent terminari ipsa composita, quæ (vt dicebatur) inter simplicia est facilè terminabilis. & terra sine humido consistere non potest. Ergo elementa manent in mixto, & non qualitates tantum. Et totum hoc manifestum erit, si inspexerimus, in mixtione fieri augmentum. Parua etenim secus parua posita, miscentur magis, maximaq; facilitate & alterantur, & se tangunt. Quare & citius etiam. Nam multum, & à multo tardius hoc operatur; ideò & facilè terminabilia diuisibilium, & passiuorum miscibilia sunt. Diuiduntur etenim parua hæc faciliter: nam hoc erit facilè terminabile: qua ratione humida sunt inter corpora maximè miscibilia, cum humidum sit facillimæ terminationis eorum, quæ diuiduntur, nisi viscosum fuerit, licèt viscosum conglutinationi deseruiat, quomodo maiores amplioresq; moles redduntur; sed illa facilius agunt, & patiuntur ad inuicem. Et quæ nam accretio, ex qualitatibus in mixtione, quæ cũ sint accidentia, subiecto in actu indigent? Quomodo requiritur substantia quanta tanta. Et totum hoc manifestũ est in libro 1. de Ortu, & Interitu part. 89. Et pondus nobis indicat, quia mixtum est ma-

2. De Ortu, et Int. 49.

1. de Ortu, & Inter. 89.

Et existentibus apertis vijs, quibus partes ingredi possunt, fit repletio. Et hanc nutritio attestatur, quæ fieri nequit, si natura vias clausas inueniat, cum alimentum transferri non possit, qua de re disputat Alexander in libro de Mixtione, & Auerroes in libro primo de Ortu, & Interitu com. 38. Clarũ est enim, quando aliquorum fit mixtio, in illa mixtione se diuidere. Corpus maius redditur cum non tantum qualitates; verum etiam corpora misceantur. Sed si hanc opinionem, quæ re vera non est peripatetica, quis tueri vellet, necessario est concedendum, corpus mixtum interitui esse subiectum. Quomodo igitur primus parens ex quatuor elementis compositus, eo modo, quo Stoici existimarunt, immortalis erat iudicandus? Elementa nanq; sunt illa, ex quibus fit aliquid, cum insint, & in quæ alia omnia corpora dissoluuntur, & sunt indiuidua secundum speciem, quæ definitio re vera elementis nostris conuenire videtur, cum Aristoteles in 5. Metaphys. part 4 & de syllabis, dictionem construentibus, & in quas ipsa dictio resoluitur, sicuti syllaba BA in b, & a, & de aqua in quam elementatum resoluitur, & de demonstrationibus exempla ponat. Et re vera elementa subiecti rationem retinent, sicuti forma mixti est verè forma; quo pacto dicimus, recipere formam mixti, & ex eis fieri vnum, sicuti ex materia, & forma fit vnũ quia illa est potentia, ista verò actus, ad quam esse in potentia antequam recipiatur, vt ab ea sit denudata, est dicendum quæ in mixtione recipitur, & per aliarum formarum extractionem, perfectiorem gradũ obtinentium materiæ vicem gerit: & tunc mutatur species; quandoquidem species sunt sicut numeri 8. Metaphys. part. 10. quia non sunt amplius elementa, sed aurum, aut argentum, vt disputabitur, quæ mixta cum resoluantur in illis, ex quibus constant, resoluuntur, & sunt elementa, quæ manent in esse refracto, non sic priuatio, quæ pars rei factæ esse non potest, cum per aduentum formæ destruatur, quomodo à materia distinguitur, quæ simul cum elementis dicitur pars rei factæ, vt videre est in 1. Physicorum part. 82. & ista in alia priora non resoluuntur, quæ sint alterius rationis, quemadmodum dicimus caput in carnem, & ossa, & neruos dissolui; quæ tamen elementa, cum sint corpora naturalia, componuntur ex materia & forma: & etiam quia ex se mouentur. Cum igitur primus parens, sicuti, & animalia omnia ex his, quæ sunt in ipsis, sint composita,

Alex. de Mixtione.
1. de Ortu, et Interitu. 38.
5. Meta. 4.
8. Metaf. 10.
1. Phys. 82.

& sint

& sint ex his quatuor materijs, & sunt quatuor elementa, & ex quatuor humoribus, illis proportione respondentibus, scilicet ex bile, quæ dicitur cholera citrina, calida, & sicca, simili igni: ex sanguine calido, & humido, simili aeri: ex phlegmate frigido, & humido, simili aquæ; ex humore melancholico, simili terræ quo ad frigiditatem, & siccitatem. Et istæ quatuor naturæ, quæ sunt materiæ ingrediuntur corruptionem, & additionem, & diminutionem, & resolutionem a natura sua, aut ex caliditate ad frigiditatem, aut ex frigiditate ad caliditatem, aut ex humiditate ad siccitatem, aut ex siccitate ad humiditatem, & tunc est nocumentum in corpore mixto, & est deordinatio, quoniam non mensurantur secundum debitam mensuram, quia sanitas cõsistit in debita symetria, & debita proportione quatuor elementorum, quatuor qualitatum, & quatuor humorum. Primus igitur parens, secundum illam opinionem, erat mortalis in illo statu.

Disputatur, quomodo secundum veram opinionem elementa remaneant in mixto. Quomodo Adæ interitus manifestatur.

OMNES Philosophi vno ore consentiunt, elementa in corpore mixto remanere; sed quomodo, maximè inter se discrepare videntur. Et quoniam hoc est ferè fundamentum istius Quæstionis, aliorum opiniones sunt perpendendæ, quò cognoscatur, primum parentem Adamum in statu innocentiæ fuisse mortalẽ.

Scotus in secundo Sententiarum Distinct. 15. arbitratus est, 2. Sent. d. 15. *nihil de elementorum substantia permanere in mixto, omninoq; illorum formas destrui, qualitasq; in ipsa mixtione, nouamq; formam generari, nouam qualitatem, & esse illius temperaturam. Et quatenus dicitur, mixtum ex quatuor elementis constare, & ex consequenti miscibilia esse in mixto, hoc pacto illam auctoritatem glossare videtur, eam mixti formam naturalem habere conuenientiam cum elementorũ formis, vt eorum summæ virtute in mixti forma reperiantur, ad eam similitudinem, sicuti medium cum suis extremis conuenientiam habet, quod*

& sunt ea, quæ eadem materia carent, & illa miscibilia dicuntur, quomodo est reactio; quandoquidem actio est ratione victoriæ, quæ est agentis ad passum: non enim est tanta resistentia in passo, vt reactio sequatur. Vnde medicina facit sanitatem; at non ea ratione, vt corpori, quod recipit sanitatem, commisceatur. Diuersa namq; est materia Nam sanitas in anima medici reperitur, in corpore ægrotante sanitatem facientis; quæ tamen cum corpore non miscetur; quomodo agit, sed non re patitur. Communicatio igitur materiæ requiritur, & sunt elementa, quæ respectu corporis mixti materiæ rationem gerunt, & fit mixtio. Et totum hoc alteratione præstatur, quia necessariò sequitur, hoc sine actione, & passione fieri non posse. Et ibidem part.88 inquit ea, à mixtione esse excludenda, Ibid. 88. *quæ & si agunt, & patiuntur adinuicem, nihilominus nisi facilè diuidantur, adinuicem terminari non possunt, quemadmodum sunt corpora dura, & multa paucis, & magna paruis non miscentur. Nam ad hoc, vt fiat mixtio, humiditas requiritur; sed potius causant augmentationem. Neque requiritur, maximum esse alterius excessum, & alterum in dominans mutetur: requiritur siquidem proportio inter agens, & passum: sicuti si gutta vini apponatur in mille amphoris aquæ, non miscetur, quoniam vini species resoluitur, cum in vniuersam aquam mutetur; & si inquantum vinum in aquam agere possit, quod non agit, quia debita proportio non intercipitur. Vnde habentes æquales potentias quodammodo, idest, dummodo non sit magnus excessus, tunc sequitur, alterum mutari in id, quod ex sui natura excellit, vt aliquam partem naturæ amittat, & naturam eius, quod excellit, recipiat. Neque est sicuti de gutta vini dicebatur, respectu illius quantitatis aquæ; sed quoddam commune medium resultat, & partim illorum naturæ, quæ miscentur conseruari videntur, & partim destrui. Qua ratione illud corpus, quod ex illa mixtione resultat, est medium commune illis, quæ ad illam mixtionem veniunt, de vtroq; extremo participans; quod appellari potest medium per participationem; quod quidem manifestè patet in coloribus & saporibus. Quomodo igitur integer interitus? Vnde mixtio est miscibiliũ alteratorũ vnio, & nõ corruptorũ. Nõ igitur elemẽta intereunt, sed alterantur ratione primarũ qualitatũ, in ipsis existentiũ,*

quæ

quæ ad mixtionem veniunt cum elementis. Cogimur igitur fateri, mixtionem esse vnionem. Alterantur enim elementa, fitq; eorum excessuum correctio, ex quibus vnio procedit. Nam quæ miscentur corrumpunt excellentias ad inuicem, & tunc medium insurgit. Nam elementa primo transmutantur, ex quibus fit mixtum: vnde medium quoddam resultat Materiæ igitur rationem habere dicuntur; quod quidem resolutio mixti manifestat. Sicuti putredo, & combustio attestantur, quæ mixtorum generationi maximè contrariantur. Inspiciamus effectus, & sunt cineres Et effectus ex Alchimia ex re maximè sicca, ex qua humiditates extrahuntur; quamuis apud nos purum elementum non sit assignandum Doctrina est Aristotelis, à qua non fit recessus per minimũ quid in libro secundo de Ortu,
1.de Ortu.& Inter. 48. *& Interitu part. 48. & quæ putrescunt sicciora fiunt omnia, & tandem sunt terra, & fimus. & mixtum dicitur terreum, & aqueum ab elemento prædominante. & durities, & mollities mixtorũ hoc indicant, ortũ ducentes à primis qualitatibus: nam durities ex terrestreitate, & mollities ex humiditate eueniunt, quoniam & terra, & aqua prædominium habere videntur. Siccum etenim non cedit, sicuti neque terra: & molle facilè cedit, sicuti aqua; vnde hoc non sine aqua, & hoc non sine terra*
4. Meteor. *scriptum est in libro quarto Meteororum. Immò & corpora mixta dicuntur aquæ species, seu potius aquea ratione fluxibilitatis, & humiditatis, vt vinum, vrina, serum, acetum, lixiuium, & quæcumq; nullam, aut paruam habent consistentiam: & quæcumq; non incrassantur à frigido, sunt aquæ magis. Sicuti manet terrestreitatis prædominium in lateribus, antea humidis, & postea in fornacem coctis; qua ratione humidum absumitur. Et quæcunq; à frigido crescunt, sunt terrea, & aquea. Etenim cum ista dominentur, à materia denominantur: materia etenim denominatiuè prædicatur de eo, cuius est materia; quomodo dicimus, lapidem non esse terram, sed terreum, nequè*
7.Meta. 23. *statuam esse aurum, sed auream, vt dicebatur in 7. Metaphys. part. 23. Totum hoc patet ex animalium differentijs, quia quædam dicuntur animalia terrestria, quædam aquatilia, quædam volatilia, quæ diuersantur penès diuersum elementorum prædominium. Quod quidem & colores, & odores, & sapores, mixti passiones indicant, prouenientes à primis qualitatibus,*

quæ

quæ in elementis subiectantur. Materia enim cum sit diuersa, & ipsa forma diuersatur: quomodo sunt assignandæ materiæ propriæ, & formæ propriæ 8. Metaphys 11. Sicuti diuersæ sunt proprietates, prouenientes à diuersis formis, & diuersæ inclinationes in diuersis indiuiduis sub specie humana existentibus. Sanguinis etiam differentiæ hoc manifestant: nam quidam est carens fibris. quidam verò est præditus fibris. Primus est frigidus, & est aquæ magis, quo animalia similia abundant, & hoc modo non concrescit, qui in illis animalibus reperitur, in quibus robur, & audacia vigent, quæquidem fibræ sunt terreæ, & quod relinquitur est aqua, seu aquosum, vt scriptū est in 4. Meteororum. Quomodo igitur verum est dicere, elementa secundum totum corrumpi? Et totum hoc manifestum est in 2. de Partibus Animalium cap. 4. & quando dicit Arist. elementa secundum virtutes seruari, Græci per virtutes intelligunt elementorum accidentia. 8. Metaf. 11. 4. Meteor. 2. De partib. Animal. 4.

Et si quis dixerit, elementa non esse simpliciter corrupta, quia illorum virtus saluatur, & mixtum esse medium per conuenientiam, non per participationem. Huic doctrinæ reclamat Aristoteles in primo de Ortu, & Interitu part. 82. vbi dicitur, non posse esse mixtionem sine alteratione, & si vnum ex illis corrumpatur, non potest esse mixtio, quæ est vnio miscibilium alteratorum, & est similium se habentium. Et si ambo corrumpantur, & ea, quæ ad mixtionem concurrunt, mixtio esse non potest. Non enim illa mixta dicimus, quæ omnino non sunt. Quomodo igitur intereunt, quæ ad mixtionem veniunt? Illa namque in mixto remanere debent: siquidem miscere non dicit interitum, neque interitus miscibilium vnio; sed cum mixtio sit ex pluribus, illa plura remanent, ex quibus vnica natura resultat; & in 1. de Generatione Animal. 18. confirmat Aristot. semen non decidere ex omnibus corporis partibus; alioquin ex elementis decideret. sicuti humidum sine aqua in mixtis corporibus esse nequit 2. de Anima part. 113. Totum hoc expressit Alexander in suo libello de mixtione, eam definiendo, dicès. Mixtio est vnio quæ fit per intercessionem actionis, & passionis corporum, iuxta se positorum per transmutationem, & præter interitum, vt sit vnio citra interitum. Sed est excogitanda eorum, quæ ad mixtionem veniunt refractio & castigatio, ex quibus vnica forma resultat, quam illæ qualitates insequuntur, 1. de Ortu, & Interitu 82. 2. de Anima par. 113.

eam

eam semper associantes, quæ in mixtione, & ex consequenti in alteratione, sine qua mixtio esse non potest, castigantur, atque refranguntur. Unde excellentiæ illarum castigantur causaturq; noua species, à noua forma ortum ducens, a qua vnicum mixtum prouenit. Vnde elementa rationem habent materiæ, formã mixti recipientis, à qua habet esse mixtum. Illa etenim vnio est à materia, & forma. Recipiens nanq; est materia, principium passiuum existens; forma verò perficit, principium actiuum intrinsecum, quæ perfectio est ab agente, quod est principiũ actiuũ extrinsecum, ad illam vnionem concurrente: quomodo elementa principium receptiuum dicuntur. Siquidem imperfectum respectu perfecti materiæ rationem retinet. Ad mixtionem reuera subiectum requiritur, sicuti ad generationem materia; sed hæc est omnium formarum receptiua: elementa verò recipiunt tantum mixtorum formas, ad quas in pòtentia esse dicuntur. Quare in rei veritate non est glossanda definitio mixtionis eo modo, quo à quibusdam glossatur, mixtionem scilicet esse miscibilium alteratorum vnionem .i. corruptorum; cum tantum elementorum excellentiæ castigentur, & refrangantur; sed nõ intereunt, quæ materiæ rationem gerunt. Et recta ratione, quoniam formæ mediæ materia composita esse dicuntur: nam formæ inferiores, habita ratione ad superiores, habent rationem materiæ, sicuti imperfectius respectu perfectioris, quod videre est apud

cap.27. 3.de Ani.36. *Themistium in libro tertio de Anima cap.27. & apud Auerroem in 3 eiusd. com. 36. Et si dixerimus, mixtionem esse miscibilium alteratorum idest corruptorum vnionem, idest nouæ formæ generationem, profectò esset reprehendendus Aristoteles, quia aut vocabula propria ignorauit, aut ignorare voluit. Perpendamus, an vnio sit eorum, quæ non sunt? Neq; est dicendum, in mixto esse qualitatem elementalem abolendam, sed ei similem ibi reperiri, sicuti dicunt, mixtum habere formam similem illi, quæ est in elemento. Excogitemus secundas qualitates s. grauitatem, & leuitatem, à primis qualitatibus originem trahentes, & in simplicibus corporibus, & in mixtis. Nunquid grauitas non ab elemento graui, quæ grauitas sibi proportionatas qualitates sequitur? Nunquid mixta nõ mouentur ab elemento prædominante? totum hoc manifestum est in primo de Cœlo part.7.*

1.de Cœlo 7.& 8. *& 8. Cur sunt multiplicanda entia sine necessitate? Et quatenus dicunt, non esse necessarium, quatuor elementa concurrere*

ad gene-

ad generationem mixti,cum aliquando mixtũ ex vnico elemento sit factum,quod quidem confirmant ex illo Genes.cap.1. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamẽto cœli. Iam dictum est quomodo illa auctoritas sit intelligenda: nam in mixtis est prædominium, & quomodo non dicimus quo ad qualitates motiuas hominem esse a prædominio terreum? & complexiones diuersari quo ad quatuor primas qualitates, sicuti pisces a prædominio aquei dicuntur, qui tales denominantur à materia prædominante,quæ denominatiuè prædicatur de materiato. Et præcipuè sapores id nobis manifestant, quippe qui dum comeduntur edulia non omnia sunt eiusdem saporis, neq; omnes partes vnius piscis retinent easdem qualitates. Et istius rei signũ est illa parabola Euãgelij apud Matth.cap.13. de sagena missa in mare,quam educentes cum impleta esset elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Et vnde bonitas? ex bona symetria quatuor humorũ,sicuti mala ex mala. Alioquin incideremus in eorum Philosophorum sententiam, qui rati sunt,vnicum ex quatuor elementis esse principiũ,sicuti Medici dicebant, hominem esse tantum sanguinem, aut vnum ex quatuor humoribus,contra quos est Hippocrates. & si elementa materiæ rationem habent, inexistunt, inexistentia enim definitionem materiæ ingreditur.

Geneſ. 1.

Matth. 13.

Sed nunquid per hanc sententiam, quod elementa maneant in corpore mixto excogitare quis potest mixti immortalitatem, etiam si maneant secundum virtutem? Absit. Nullum namq; mortale immortalitatẽ efficit. siquidẽ forma mixti ex elementis exhausta esse dicitur, & ex consequenti ex materiæ gremio. Quomodo ergo ipsa immortalis,ad hoc vt immortale reddat mixtum? Omne nanque ex elementis prouentens est interitui subditum, cum sit materiæ coniunctum, à qua prouenit interitus. Et omnes istæ formæ,quæ sunt ex gremio materiæ exhaustæ, ad extensionem,& diuisionem cõpositi sunt extensæ,& diuisæ. Quo modo igitur forma mixti æterna, ad hoc, vt esse immortale conferre possit? sunt etenim illæ formæ quantæ,& ratione tantum, & non re separabiles. Vnde generantur, & intereunt ad generationẽ,& interitũ corporis, non sic formæ à materia separatæ, vt doctissimè disputat Auerroes in libro de Substantia Orbis, & in 8.de Physico Auditu com 78.& 79. Nulla igitur forma mixti est causa æternitatis corporis mixti. Cum igitur Adam esset

De ſub Orb.
8. Phyſ 78. 79.

corpus

corpus mixtũ, & secundum illorum opinionem elementa in ipso permanserint secundum eorum virtutes. clarum est esse interiturum.

Interitus etiam mixti corporis est assignandus, si quis quorũdam Latinorũ opinionem sequatur: vel etiam sententiam Auicennæ. Latini arbitrati sunt, formas substantiales elementorum interire in mixtione; sed non qualitates, quarũ est mixtio, quas qualitates primas scilicet refractas esse dicunt in corpore mixto. & Auicenna sibi persuasit, illas qualitates remanere fractas, formas verò integras.

Sed re vera mixtio est corporum, & non qualitatũ primo. cũ qualitates, & corpora, & formam substantialem insequantur. ex necessitate esse formatũ requirentes, quoniam sunt formæ accidentales finitæ, quæ quidem finitas, & ex consequenti terminatio est ratione formæ, quæ finis, & terminus nuncupatur, per quã res naturales terminum habent, & ipsa quantitas finitur; quoniam materia à forma terminatur, quæ in se interminata dicitur; quomodo verum est proportionẽ terminantis ad terminatum esse, sicuti est proportio formæ ad materiã, itaut forma terminantis rationẽ habeat, & materia per illã terminati. Quod in artefactis quam optimè intueri possumus. Non igitur est auferenda forma, qua finitatem habet quantitas. Tum quia primæ illorũ qualitates illorum proprietates esse dicuntur, à forma manantes, quemadmodum proprietates a formis pullulare, atque emanare solent, sicuti ex formarum ablationibus manifestè constat; quippe quæ & illæ remouentur. Nonne per ablationem participationis rationis ad risum propensio destruitur? Id negari non potest.. & quemadmodum quantitas materiam sequitur, perpetuaq; illius socia dicitur; ita proprietas formam sequitur. Subiectum re vera destruitur per proprietatum ablationem, sed non primo, sicuti primo destruitur per formæ substantialis destructionem, quomodo & proprietas destrui dicitur; quandoquidem sine forma proprietates esse non possunt, ab illa pendentes; itaut esse, & vnum esse primo est à forma substantiali, à qua primus modus dicendi per se insurgit, & à proprietate secundus mediante forma, quæ est causa, proprietatem verificari de subiecto, vt colligitur ex Arist. in primo Po-
1.Post.9. *steriorũ part. 9. & de hoc disputat Auerroes in libro 8. Metaph.*
8.Metaf.5. *com. 5. contra Alexandrum, primas quatuor qualitates formas*

substan-

substantiales elementorum existimantem. Si igitur primæ qualitates ponantur in esse, & earum causa, & subiectum necessarium est, vt constituatur; quod, si auferatur, remouentur accidentia, consequentia formã, & subiectũ quod fundamentũ accidentiũ, & quatuor qualitatũ esse dicitur. Et elementa rationẽ materiæ retinent in mixtione, quorũ quatuor qualitates adeò sũt sociæ, vt nulla vi separari possint, quemadmodũ dicimus de propensione ad risum in homine, & de quantitatibus habita ratione ad materiam. Vnde destruitur elementum per ablationem suæ formæ, sed qualitates, formam illam insequentes, non remanent in esse. Quomodo igitur elementorũ formæ destruuntur, seu potius elementa, & qualitates, illorum proprietates, remanent, si ad destructionem formæ proprietates destruuntur, & elementũ destruitur per destructionem formæ? Et quomodo qualitates sine substantijs ad mixtionem venire est dicendum? Re vera accidentis esse est, inesse, cuius substentaculum substantia esse dicitur. Sed audiamus Aristotelẽ in libro secundo de Ortu, & Interitu part. 49. dicentem, omnia mixta corpora, quæcunq; circa medij locum sunt, ex omnibus esse composita simplicibus. Terra inest omnibus, quia vnumquodque est maximè, & multum in proprio loco. Aqua, quia indigent terminari ipsa composita, quæ (vt dicebatur) inter simplicia est facilè terminabilis. & terra sine humido consistere non potest. Ergo elementa manent in mixto, & non qualitates tantum. Et totum hoc manifestum erit, si inspexerimus, in mixtione fieri augmentum. Parua etenim secus parua posita, miscentur magis, maximaq; facilitate & alterantur, & se tangunt. Quare & citius etiam. Nam multum, & à multo tardius hoc operatur; ideò & facilè terminabilia diuisibilium, & passiuorum miscibilia sunt. Diuiduntur etenim parua hæc faciliter: nam hoc erit facilè terminabile: qua ratione humida sunt inter corpora maximè miscibilia, cum humidum sit facillimæ terminationis eorum, quæ diuiduntur, nisi viscosum fuerit, licèt viscosum conglutinationi deseruiat, quomodo maiores amplioresq; moles redduntur; sed illa facilius agunt, & patiuntur ad inuicem. Et quæ nam accretio, ex qualitatibus in mixtione, quæ cũ sint accidentia, subiecto in actu indigent? Quomodo requiritur substantia quanta tanta. Et totum hoc manifestũ est in libro 1. de Ortu, & Interitu part. 89. Et pondus nobis indicat, quia mixtum est ma-

2. De Ortu, et Int. 49.

1. de Ortu, & Inter. 89.

est maioris ponderis, maiorisq; molis; maiorq; est continentia locati, & est corpus, maiorem locum occupans. & hoc qualitates præstare non valent. Est igitur istorum sententia à Peripateticorum doctrina aliena.

Sed re vera doctrina Aristotelis fuit in causa, Latinos à recta 2. de Par. Animal. c. *sententia deuiasse. Dicitur enim in secundo de Partibus Animalium cap. 1. Triplicem esse compositionem, & primã esse, quæ ex primordijs conficitur ijs, quæ nonnulli appellant elementa; & subdit, & fortasse dici potest, ex virtute confici elementorum, & inquit per virtutes primas quatuor qualitates esse intelli-* 1. de Ortu, et Inter. 84. *gendas, quas cæteræ differentiæ sequuntur. & in primo de Ortu, & Interitu part. 84. scriptum est, miscibilia actu non manere in corpore mixto; sed illorum virtutes saluari.*

Sed in corpore mixto duo sunt consideranda compositio, & alteratio. Nam elementa habent rationem materiæ. Ergo insunt. & alteratio est ratione quatuor primarum qualitatum. Et totum hoc patet, si consideretur oximel, in quo remanent realitates mellis, & aceti, ex quibus caloris beneficio oximel componitur, quod ratione suæ formæ tale appellatur, quod quidem præstari non potest absq; mellis, & aceti realitatibus, ex quibus ab agente forma oximellis elicitur. Et alteratione præstatur ratione qualitatum, quæ beneficio agentis franguntur, quomodo verè dicimus, quatuor illas qualitates elementorũ socias esse qualitates, eorumq; realitatum, quæ ibi sunt; sed non formæ, quandoquidem istud mixtum dicitur tale .s. aurum, aut leo à sua forma; & à suis socijs qualitatibus calidum, vel frigidum denominatur, quod non eo modo, quo ignis in caliditate est excessus, neq; eo modo, quo dicimus, aquam esse frigidam; quia elementa, ad mixtionem venientia, concurrunt quo ad illorum qualitates, sed refractæ, & castigatæ esse dicuntur; & hoc vt temperatura conseruetur. Quapropter ratione alterationis melius dicimus, elementa remanere in mixto secundũ virtutes eorum; alioquin non fieret mixtio. Nam inter illas fit reactio, sequentes elementorum realitates, in qua illorum excellentiæ refranguntur, & castigantur, quomodo sequitur iactura, quam veritatem ex- 2. de Ortu, et Interitu 48. *pressit Aristoteles in 2. de Ortu, & Interitu part. 48. dicens, elementa transmutantur, ex quibus fiunt carnes, & ossa: & quæ calida, calido quidem facto frigido, frigido autem calido; ita ut neutrũ sit secundum excessum omnino; sed ad medium veniunt.*

similiter

Similiter dicere licet de ficco, & humido, quomodo fit caro, & os. Et totum hoc, quia agens in agendo repatitur. Quomodo omnes qualitates primæ ad temperiem, & symetriam reducuntur, cum in mixtione quatuor qualitates primæ sint agentes, & patientes ad inuicem; quæ tamen in mixti generatione duæ sunt agentes, & duæ patientes ad quam compositionem ex illis, mixtio via dicitur. Illæ namque quo ad earum excellentias sunt contrariæ, quæ in eodem subiecto esse nequeunt; quippe, quæ in eodem genere maximè distant. Vnde franguntur, & passiones dicuntur. De quibus scriptum reliquit Philosophus in 3. Metaphys. part. 17. Quæ maximè substantiam significant sunt terra, aqua, aer, & ignis, ex quibus corpora composita constant. Horum autem calores, & frigiditates, & similes passiones non sunt substantiæ, & istæ remanent in corporibus mixtis in esse refracto, & castigato, sicuti & secundæ qualitates, quæ in mixtis diuersantur secundum intensionem, & remissionem primarum qualitatum, à quibus secundæ originem ducunt. Et huius doctrinæ signum esse potest, quia quo ad eosdem gradus non reperiuntur in omnibus mixtis, quod varijs affectibus comprobatur & timoris, & iræ, & audaciæ, & aliarum affectionum. Vnde in mixtis non sunt tantum qualitates castigatæ, quod confirmat motus illius à prædominio, et anima, quę adeò elementa vnit, vt ex eis vnicum resultet, & est causa, ne elementa distrahantur, sicuti augmentationis, nutritionis, & omnium vitalium operationum. Anima namq; continet corpus, quominus putrescat, & ex consequenti ne dissoluatur mixtum in ea, ex quibus componitur. Quare elementa veniunt, & ad illius compositionem, & ad alteratione͂, quæ illius dicuntur materia, & vtraq; ratione in mixto remanere dicuntur: sed ratione mixtionis, & alterationis magis dicimus illoru͂ virtutes remanere. Non enim alteratio fit sine actione, & passione, & istæ non sine contrarietate. Vnde requiruntur quatuor primę qualitates, ex quibus prouenit mixtio. Siquidem simile simili conseruatur, & non miscetur, quandoquidem inter similia media contrarietas non intercipitur, neq; ex consequenti actio, & passio: & cum non est alteratio, mixtio esse non potest, vt patet ex illius definitione. Quare Latinorum opinio non est recipienda. Sed satis est, qualitates secundum hoc, quod sunt in mixto vltra debitam symetriam augeri, aut minui, & esse excessum multoties secundum humorum

3. Met. 17.

multitudinem, vel inquantum malam, & venenosam qualitatem acquirunt; quomodo humanum corpus alterationibus est subiectum, & propterea ægritudines generantur. Signum sunt medicæ operationes, erga patientem morbum, vt tandem interitus sequatur. Tum quia ratione continuæ actionis virtus fatigatur, debilitatemque contrahit, materia continuò fluit, vt tandem anima, destituta proportionatis instrumentis ad suas obeundas operationes vitales, suo munere fungi non valeat. Totum hoc manifestat calor naturalis, siccitas corporis, vt tandem necessariò cogamur, vitam cum morte commutare. Quomodo igitur primus omnium parens Adam, in quo secundum illos Philosophos facultates, virtutesq; elememtorum reperiebantur, re vera materialis, quoniam erat corpus natura constans, immortalitate gaudebat?

Sed rei veritas de mixtione est perpendenda, quò cognoscamus, quomodo elementa remanent in corpore mixto, vt tandem secundum Philosoph. sententiã notum fiat, corpus primi parentis mixtum non fuisse immortale, sed interitui subiectũ. Mixtio re vera ad formam via esse dicitur, ex materiæ intimis penetralibus eductam Generandum siquidem est corpus mixtum. Generatio est via ad naturam, quæ forma appellatur 2. de Physico Auditu
2. Physf. 14. *part. 14. & quoniam generationem alteratio ante ire dicitur, quæ fit ratione quatuor primarum qualitatum, ipsas ad alterationes concurrere est necessarium. Et cum generationes sint singula-*
Prol Met. 7. eiuf. 26. *rium ex prologo Metaphy. & 7. eiusdem part. 26. vtiq; componentia requiruntur, ad hoc vt substantia composita sit in actu, vnde materia est adeò necessaria, vt sine illa nihil ex his præstari possit. Necessariò igitur elementa requiruntur, quemadmodum & ex definitione materiæ, & elementi notũ redditur. Prima namq; naturalis cõpositio est ex materia, et forma, ex quibus elementa componuntur, et materia in elemẽtis remanere dicitur, quæ sine qualitatibus esse non possunt, quorum sunt perpetuæ sociæ sicuti declaratur, cognosciq; potest ex illorum motibus, ex se et ex illorum alterationibus. Quod enim ex se mouetur, ex duabus naturis componitur, ex recipiente motum, & est materia, & ex agente motũ, et est forma, quomodo & alterationibus subijciuntur, quæ fiunt mediantibus qualitatibus. Generantur siquidẽ, & intereunt elementa secundum partes. Secunda compositio est corporum mixtorum. Non enim elementa absolutè corpora simplicia dicuntur, sed ad corpus mixtum habita ratione; cum illa simplicitate careant, quę*

in corpore cœlesti existit. Ergo quemadmodum materia ad esse in elemētis concurrebat, tanquã illa ex qua; ita in mixtis corporibus eodem modo elementa concurrere videntur. Remanent igitur in mixto, vt ambo sine materia esse nõ possint. Et recta ratione, quia materia subiectum formæ esse dicitur, per quã forma substētatur, sicuti per illam materia est in actu, quæ illius perfectio appellatur. Et licèt formæ destruantur, quando actu à materia separantur, semper materia sub alia forma remanet, à qua quidem eo modo, quo ab alia forma proueniebat, esse & vnicũ esse confertur. Et sicut per ablationem antecedētis formæ antea formatũ nomen, & illius definitio amittitur; ita per nouã formã nouum nomen, & ex consequenti noua definitio confertur. Destruuntur igitur formæ, ex materiæ gremio exhaustæ. Amittitur ergo nomen, & definitio. Ergo si compositio mixti, si alteratio, generationem antecedens, quoniam mixtio est ad generationem habilitas, cum necessariò requiratur, sit illa elementorum vnio, quæ absque alteratione esse non potest. Realitates igitur elementorum, compositioni deseruientium, & eorum qualitates remanere, eorum socias, manifestum est; sed non quo ad eorum excellentias. Nam si omnino formæ remanent, cur qualitates in esse refracto, quæ adeò insunt elementis, quæ ab illis nulla vi possunt auelli, remanent? Quippe quæ arctissimo vinculo cum illis colligantur. Si enim integra forma, non refracta qualitas. Et si fiat remissio quorundam graduum istarum qualitatum ratione mixtionis quia formæ secundum opinionem Auicennæ in esse integro remanent, & qualitates in esse refracto, possibile est, ignem esse sine calore, & aquam sine frigore: quandoquidem & cur non per bellè dicere possumus de igne, & aqua, si auferantur aliqui gradus caloris & aliqui gradus frigoris, non omnes auferuntur. Insequuntur etenim istæ qualitates elementa. Quare si formæ elementorum integræ manent, sequitur, in mixto adesse ignem in actu, qui ex sententia Auerrois in tertio de Cœlo com.67 non est ignis actu, nisi in calore, & siccitate in summo. Vnde ad illarum qualitatum refractionem, & ipsa elementa franguntur, vnicumque mixtum resultat, & illa vnitas est à forma mixti. Igitur elementa franguntur, & quo ad qualitates. s. & quoad formas. Dum enim ad mixtionem veniunt qualitates agunt, patiunturque ad inuicem, iactura sequitur, quomodo fit castigatio excessus Et quia elementa habent rationem materiæ ab agente forma mixti ex

3. de Cœlo c.67.

facultate materiæ extrahitur, & fit vnum, ficuti ex materia, & forma fieri vnum affirmamus. Et propterea complexio resultat ratione mixtionis, & prædominÿ qualitatum, cum gradus extendantur, & remittantur. Remanent igitur elementa secundum substantias, quæ mixtorum sunt materia quo ad realitates. Neque euenit in mixtione ficuti in mille amphoris aquę, quibus si vna gutta vini apponatur, non sequitur mixtio, cum vinum debeat esse vinum, quod in vniuersam aquam mutatur, 1.de Ortu, & Int. 88. & 89 *1. de Ortu, & Interitu part 88. & ibidem particula octuagesimanona scriptum est. Quando in potentÿs æquantur, tunc mutatur quidem vtrumq; in dominans ex sui ipsius natura, idest tunc sequitur mixtio. Quomodo illa ad mixtionem esse apta dicuntur, quæ habent æquales quodammodo facultates, vt sit parua dissonantia, & disparitas. Nam si abundantia, & excessus maximus, quia fieret mutatio in superexcellentiam, fieret transitus in naturam, quæ habet prædominium, & superexcellentiam, illius natura destrueretur. Vnde fit medium commune, idest in mixtione medium corpus resultat. Et in mixtis vera æqualitas non statuitur, neque in vno, neque in pluribus; ne cogamur asserere, vnam esse omnium æqualem complexionem, ex illa emanantem. Et ideo dicit Aristoteles, quodammodo habere æquales facultates. Sed illa ad mixtionem idonea redduntur, quæcunque facientium contrarietatem habent, quæ sunt ad inuicem passibilia, & præcipuè si parua paruis apponantur, quo facilius, citiusque permisceantur, & sunt quæ facilius diuiduntur, cum se magis tangant: nam actiones, & perpessiones fiunt per contactum. Etenim congregatio, quæ fit per contactum, est mixtio. 1. de Ortu, & Interitu* Ibidem 43. *part 43. Itaut dicentes mixtionem, necesse est dicere actionem, seu potius reactionem, & contactum. Relinquitur igitur, illa esse corpora, quæ mutuò se tangunt; quod verum est de agente, & patiente proximo, non remoto, & iste est naturalis contactus. Sed non crassa; propterea quod ex crassitie maior resistentia oritur. Corpora sicca id nobis manifestant, quæ difficillimè diuiduntur. Totum hoc viscitidas indicat, quæ re vera facit maiorem molem, & adeò conglutinationi deseruit, vt facillimè vnio sequatur, quæ requiritur in mixtione. Signum veritatis istius doctrinæ esse potest, quia existente aliquo omnino passiuo ratione resistentię ad mixtionem non*

non concurrit, vt patet in flamno, & ære: nam in superficie tantum æs ab ipso colorem recipit. Et hæc non est perfecta mixtio; sed potius vmbra quædam, & imago mixtionis est appellanda. Requiritur etenim in vera mixtione, vt corpus augeatur. Vnde necessarium est, elementa remanere in mixto, molem augentia & non qualitates tantum, locum non occupantes, quę conditio corpori attribuitur. Et propterea figura carent, vt in mixtione omnes figuras recipere valeant 3. de Cœlo part. 67. & de maiori mole, quæ est in mixtione, sensus iudicat, & determinat Aristoteles in libro de Sensu, & Sensato cap. 4. & vberius Alexander in libro de Mixtione, quomodo mixtio non est tantùm affectionum, vt patet in calce libri primi de Ortu, & Interitu. Neque formarum substantialium, quæ, cum sint naturales, sine materia esse non possunt. Item neq; materia misceri potest, quia nunquam sine forma actu existit. Quare mixtio non est nisi in substantijs, & est eorum, quæ natura sua subsistere valent, locumq; occupant, & sunt corpora. Ex quibus colligitur, mixtionem esse miscibilium alteratorum vnionem, quæ vnio dicit totum, suas partes magnitudine excedens: & illa vnio est elementorum ad illam venientium, cum agant, & patiantur ad inuicem ratione quatuor primarum qualitatum, quæ integra nõ manent, sed ratione alterationis refracta; diuiduntur namque in paruas particulas, quò elementũ elemento agglutinari possit, quomodo forma mixti resultat. Inquit enim Auerroes, veram mixtionem esse, quando ex alteratione fit forma media, quæ est forma specifica, vt elementa nouà causent substantiam, nouamque speciem. Neque amplius quatuor formæ sunt excogitandæ, quatuor elementis dantes esse re ipsa, & actu distinctæ. Istæ etenim in elementis sunt in summo; in mixto autem remissæ. Illa in potentia talis, & ista in actu, in quibus fit transitus de potentia ad actum: & hoc est intelligendum de potentia cum actu permixta: Quomodo dicimus, elementa illa actualitate carere, quam antequam ad mixtionem veniant, retinebant. Humidum namque est illud, quod agglutinandi vim habet, quod necesse est, esse aquam, vel habere aquam, quod experientia manifestat, & docet Aristoteles in secundo de Anima part. 113. Et humiditas sine subiecto esse non potest. Item mixtorum dependentia perpendatur. Prouenit ne ex quatuor qualitatibus, soliditate carentibus, idest quæ non sint coniunctæ cum corpore solido? Totum

3. de Cœlo 67.

De Sen. & Sens. 4.

Alex in lib. de Mixtione

De Ortu, & Int. in fine.

2. de Aĩa 113.

hoc mixti consistentia manifestat; etenim magnũ, & paruũ materiã sequuntur. Ex pondere, & leuitate mixtorũ id confirmari potest, cum grauitates frigus sequantur, & leuitates calorem. Tum quia ex mixtis fiunt elementa, vt mixtũ sit potentia elementũ. Sed elementa dicuntur materia compositionis; mixta verò respectu elementorũ termini à quo rationem habent, in quæ dissoluuntur. Sed in mixtione illorũ sinceritates amittuntur, vt ignis non sit omnino corruptus; sed sincerus ignis, inquantum est summè calidus; itaut remaneant, quando ad medium sunt redacta. Neq; dubium est, an seruentur ea, quæ miscentur, quod optimè explicat Ioannes Grãmaticus in 1. de Ortu, & Interitu com. 129. dicens, elementa nõ esse potentia in mixto, sicuti neque ea, quæ miscentur sunt omnino potestate respectu primi actus, quomodo dicimus, aquam esse potentia aerem; neque etiam potentia respectu actus secundi. s. respectu habitus tantum, quemadmodum dicimus de Geometra, dormiente; sed eo modo, quo ebrius Geometra, & aggrediens geometrizare, qui secundum habitum Geometriæ operatur, at non syncerè, quomodo ille habitus non est syncerus, sed deprauatus. Sic igitur vtraq; potentia seruatur, actu verò neutrum; quale erat à principio: nam castigata est eorum syncera actio, & non est priusquam misceantur. Vnde elementa manent in corpore mixto in actu imperfecto, & impuro, inquantũm ille actus potentiæ coniungitur, vt sua vltima perfectio acquiratur, quæ est forma elementi per mixti dissolutionem, quæ quidem elementa non dicuntur esse eadem numero, sed specie. Cuius doctrinæ fundamentum esse potest, quia à priuatione ad habitum regressus non est assignandus in idem numero secundum naturalem potentiam finitam; sed in idem specie. Vnde, cum constituatur in esse mixtum scilicet aurum, aut leo, formalitates elementorum esse desinunt: quandoquidem illud est verè aurum per suam formam, realitatesq; elementorum remanent, & forma cum contineat, quæ antea formæ rationem habebat, retinet rationem materiæ. Sed ad mixti interitum fit restitutio non numerica, sed specifica. At ad mixtionem calidum, & frigidum non destruuntur; verùm summè calidum, & summè frigidum, quomodo ignis non est purus ignis, neq; aqua dicitur pura aqua. Non enim idem est dicere calidum, & ignem, & cum reciprocatione: quemadmodum idem est dicere summè calidum, & ignem, & ad conuertentiam. Nam ad mixtionem commensurationes, & symetriæ

Ioan. Gram. 1. de Ortu, et Inter. 129.

requi-

requiruntur; & propterea sunt diuersa miscibilia, quia primarum qualitatum gradus diuersantur, existentes sub diuersa forma mixti, quod quidem manifestum est in carnibus, ossibus, & medullis. Et sensus hoc declarat, & præcipuè sensus tactus ratione primarum, & secundarum qualitatum, & ex consequenti sapores, quandoquidem gustus quidam tactus esse dicitur, colores, & odores, qui sunt corporis mixti passiones. Non enim in omnibus eadem participatio reperitur. Vnde horum omnium in mixtione debita proportio est intercipienda, quomodo mixtum resultat, medium quoddam: & licèt non sint informantes, tamen medietatem in compositis perficiunt, vt inquit Ioannes Grammaticus. Quare neq; actiuæ, neq; passiuæ qualitates eodem modo sunt in corporibus mixtis, quemadmodum sunt in quatuor elementis, quæ per resolutionem in easdem qualitates elementales transeunt, non numero, sicuti iam dictum est, sed specie. At non ita ad mixtionem; cum in mixto non reperiatur ignis actu, sed fit refractio, vnicumque mixtum resultat; cum extrahatur vnica forma mixti, à qua quidem prouenit esse, & vnicum esse illius corporis. Hæc est sententia Peripatetica de mixtione, quam sequitur Auerroes in 3 de Cœlo com 67. 3. de Cœlo 67. *Nam ibidem scriptum reliquit Aristoteles, simplicia corpora esse compositorum materiam, propterea figura carent, quemadmodum dicitur de materia, omnes formas naturales recipiente. Vbi Auerroes dicit, inquirens. Quare non ponitis, hæc elementa habere figuras;* Ibidem. *& iam dixistis, materiam primam omnium formarum non esse receptibilem, nisi quantum caret omnino forma? Et soluit, dicens, non esse necessarium in receptibili, nisi vt careat forma, quam recipit, sed non quod omnino careat forma, quam glossam videre est apud eundem Auerroem in 3. de Anima com 4.* 3. de Aïa 4. *Et quoniam materia est omnium formarum receptiua, omni forma omnino priuata esse dicitur. At non sic elementa, quæ omnes formas non recipiunt; denudantur nihilominus ab illis formis, quas recipiunt. Quod enim est potestate ens indefinitum, atq; indeterminatum dicitur: terminus etenim non est nisi eius, quod est in actu 4. Metaphys. part. 15.* 4. Met. 15. *Et proportio terminantis ad terminatum est sicut proportio formæ ad materiam; itaut terminans habeat rationem formæ, & terminatum materiæ: quomodo dicimus formam finitatis esse causam, & materiam infinitatis. Sed non sic dicimus de materijs secundis, receptibilibus quarundam formarum, a quibus cum sint denudata, in potentia*

 esse

esse dicuntur. Numerus siquidem potentiarum est secundum numerum specierum generabilium, inquit Auerroes in libro 12.
12. Met. 11. *Metaphys. com 11. Gradus etenim sunt perpendendi in materia,*
De sub.or.5. *sicuti & in potentia ex libro de substantia orbis cap. 5. Et in pri-*
1. Phys 5. *mo de Physico Auditu com 1. scriptum est, quae sunt praeter materiam primam, & vltimam formam cuiuslibet rerum naturalium, sunt materiae compositae, & formae compositae: nam materia prima omnibus formis est subiecta; sed non prima est composita, & materia, & forma; quoniam vnumquodque entium, habens principium motus proprium, necesse est, habere subiectum proxi-*
2. Phys. 10. *mum commune 2. Physicorum com. 10. Sed elementa non sunt materia prima, sed sunt composita ex materia, & forma. Est igitur elementum, habens naturam, sicuti mixta, quae veniunt ad mixtionem. Vnde illa concurrunt mediantibus elementis, in mixto remanentibus, ex quibus vnio resultat, quae est ex partibus, & partes sunt materiales. Ergo quantae, & quantitas, sine materia esse non potest. Igitur ad mixtionem materia quanta requiritur, quae infinita esse non potest: quoniam omne mixtum est finitum ratione formae, cuius quidem munus est terminare. Manifestum ergo est, quatuor elementa ad mixtionem concurrere, quae sunt terminata, tanquam materia proxima, aut fiat mixtio ex alijs mixtis, vt manifestum est de sanguine ex diuersis cibis, de semine, & de partibus homogeneis, & etherogeneis beneficio quatuor qualitatum, agentium, & patientium adinuicem. Vnde elicitur forma mixti, ex facultate materiae remotae, & ex facultate materiae propinquae. Et quoniam materia sine forma esse non potest, cum fiat mixtum, sine forma mixti non est mixtum, neque illa forma sine materia, & sunt quatuor elementa, quod est quantum ratione materiae, & quantum tantum ratione formae mixti, cuius est terminare cuius formae quatuor primae qualitates perpetuae sociae esse dicuntur, non formarum elementorum, quae non amplius sunt, sed illius formae, mixtum in actu reddentis, quae antea formas elementorum sequebantur, sicuti visibilitas sine participationis ratione esse non potest, sed in esse refracto. Vnde diuersae passiones mixti resultant. Nisi fortè quis dixerit, in mixto in actu reperiri ignem, quod non solum est falsum, verum etiam absurdum. Refranguntur enim, quemadmodum refrangitur elementum, ibi permanens quo ad suam realitatem; sed non quo ad suam formalitatem,*

tem, per quas, & qualitates secundæ sunt refractæ, cum ambæ magis, & minus recipiant. Durum namque per siccum tale dicitur, et molle per humidum; quomodo illarum primarum qualitatum passiones dicuntur, per propositionem topicam sicuti se habet simpliciter ad simpliciter; ita magis ad magis, & maximè ad maximè. Et humidum sicco est causa terminationis; quomodo vtrumque vtrique glutim fiet, eo modo quo farinam cum aqua conglutinamus, ex quibus fit vnum, & ex consequenti vnum determinatum corpus. Et propriissimè siccum est terræ, humidum verò aquæ, quæ quo ad sensum est omnium humidissima. Totum hoc sulphur attestatur, citissimè in ignem pertransiens ratione symboleitatis, iuxta; illud secundi de Ortu, & Interitu part. 25. In habentibus symbolum, facilior est transitus. 2. de Or. & Int. 25. *Plumbi, & ferri grauitates confirmant, chrystallus, qui est aqua congelata, in quo reperiuntur defectus calidi omnino 2. Posteriorum part. 12 Et si chrystallus sit corpus mixtum; tamen aqua esse videtur, vt nihil omnino sit, nisi aqua condensata. Quod etiam manifestum est in omnibus ignitis quæ in suprema aeris regione accenduntur. Et in animalibus, quæ ex terra, aut aqua, & aere generantur: Nam calor Solis, diffusus in aere, & aqua, generat animalia, quæ ex putredine generantur. Et primus omnium hominum parens de limo terræ formatus est, quod verum esse dicimus quo ad agens vniuersale. Nam si esset possibile, hominem generari à non semine hominis, media æquiuocatio inter istos homines interueniret. Nam per materiei diuersitatem, diuersa etiam forma redditur. Vna etenim est materia communis, plures verò propriè; nisi velimus dicere, quodlibet generari ex quolibet, & in quodlibet, & tunc vniuersaliter materiæ erunt ociosæ, & superfluæ; qua de re optimè disputat Auerroes in 8. de Physico Auditu com decimoquinto, & 46. Et de agente vniuersali patet ex illo Matth. cap. 3. dicentis. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, quod etiam fecisse post diluuium Deucalionem, & Pirrham fabulantur Poetæ. Sed ad mixti constitutionem elementa in esse refracto remanent. Dicit enim Auerroes in tertio de Cœlo com. 67. Cum ex his vna forma generetur, & corrumpantur formæ secundum earum medietatem, tunc prima materia reciperet primo, & essentialiter omnes formas, & non reciperet formas compositorum mediantibus istis corporibus. Et si quis*

2. Post. 12.

8. Phys. 15. 46

Matth. 3.

dixerit.

dixerit. Ergo formæ substantiales elementorum recipiunt magis, & minus, quæ est dispositio accidentium, & non formarum substantialium. Respondet Auerroes, formas substantiales elementorum esse diminutas à formis substantialibus perfectis, & quasi earum esse medium esse inter formas, & accidentia. Et ideò non fuit impossibile, vt formę eorũ substantiales admiscerentur, & prouenıret ex collectione earum alia forma, sicut cum albedo, & nigredo miscentur, fiuntq; ex eis multi colores medij. Et hæc est illius sententia de permanentia elementorum in mixto. Vnde esse specificum elementorum amittitur, quandoquidem ex illis alia forma resultat, mixto esse conferens; cum per alterationes fiat fractio, & castigatio, ex quibus complexio resultat. Et quoniam quatuor primæ qualitates eorum perpetuæ sociæ esse dicuntur, & ipsæ franguntur, & bebetantur. Id sensus tactus indicat, quandoquidem ex tactu hominis benè proportionati in complexione delectatio percipitur, ex tactu verò ignis disconuenientia, & dolor sicuti mollities, & durities carnium. Et illæ formæ sunt in potentia in mixto; sed non vsque adeò, vt nihil sit actualitatis, propterea quod illa potentia est actui permixta. Et elementis restituitur per mixti resolutionem, non eadem numero; verùm specie, sicuti & ijdem gradus ratione societatis inter formas, & quatuor primas qualitates elementorum; de qua potentia cum actu coniuncta verba facit Aristoteles in 8. de Physico Auditu part. 32. & Auerroes ibidem com 4. & non rarò alibi. Nulla siquidem forma est composita ex corporibus, quæ potius corporis perfectio est appellanda. Et quoniam aliud ab elementis generatur, in illo iam genito, non amplius formalitates elementorum reperiuntur, neq; illorum qualitates eo modo, quo constituebantur elementa, antequam ad mixtionem venirent, quę ad eam ita deueniebant, vt species variaretur, & seruarentur eorum realitates sub alia forma; quia constituitur in esse ab agente forma mixti sub eorũ realitatibus quas sequuntur quatuor primę qualitates refractę, & castigatę, quę pro illarum diuersitate, inquantum magis, & minus refranguntur, & castigantur, qualitates secundę, ab illis emanantes, magis, & minus, & ipsę suscipiunt, vt diuersę corporum temperaturę confirmant quas insequuntur mores animi, vt omnes Philosophi, & Medici testantur Vnde tot mixtorum species emanant, & tot diuersitates in qualitatibus primis, & secundis; & propterea tot diuersę complexiones. Et illę amplius formę specificæ

8. de Phys. Au. 3.
Ibidem 4.

ficę non sunt appellandę, sed ex omnibus illis vna forma resultat, cum iam illæ sint castigatę, atq; refractę, sicuti & qualitates primę, quomodo amittitur nomen, & ratio elementi. Et totum hoc alteratione prę statur, extrahiturq; illa forma specifica, qua mixtum perficitur. Nam aliud à miscibilibus generatur, & generatio est via ad eam naturam, quę dicitur forma, quę esse non potest absque primarum qualitatum refractione, quomodo elementa desinunt esse elementa, mixtumq; resultat, aut animatum, aut inanimatum. Quare & noua species. Neque Auerroes dixit illas formas esse medias, sed quasi medias, cum aliqua ex parte formis substantialibus assimilentur, & aliqua ex parte formis accidentium, intenduntur que, & remittuntur ea intensione, & remissione, quibus species variantur, quomodo illæ formę sunt imperfectę. Et illę formę sunt indiuisibiles, quatenus elementa constituunt, sed non quatenus ad mixtionem veniunt. Neque dicatur, substantiam non suscipere magis, & minus. Nam forma ignis in igne non suscipit magis, & minus ratione suę indiuisibilitatis; cum substantia sit indiuisibilis; sed si consideretur, speciem variari, quę non variatur, inquantum elementum constituit, intensionem, & remissionem suscipit; quia ex elementis componitur mixtum, & ex consequenti forma, dans esse specificum, realitatesq; elementorum illa forma ligantur: proprium siquidem formę est vnire; quandoquidem elementa distraherentur, nisi esset aliquod continens, & ligans. Et illa, cum sint extra propria loca, ad illa naturalem inclinationem habere dicuntur, & in suis locis per interitum mixti redeunt, vt nihil vanum, nihilque sit ociosum in fundamento naturæ, & creaturæ. Et quemadmodum in nutritione fit transmutatio vnius in alienam speciem, scilicet à forma panis ad formam chyli, sanguinis, & carnis, & ex consequenti vnius speciei ad aliam speciem; ita in mixtione oritur esse specificum, diuersum ab elementis per formam mixti, quia formæ elementorum remittuntur, gradus deperdentes, quomodo species mutatur, neq; amplius sunt elementa, sed corpus mixtum, & vocatur medium, diuersum à miscibilibus. Nam ex ipsis omnes mixtorum formæ elici possunt, & resultare omnes mixtorum species; sed non sic per intensionem, & remissionem quatuor primarum qualitatum, quarum intensio, remissioq; potest esse absq; specierum variatione: siquidem idem est aer, etsi maiorem, vel minorem recipiat caliditatem; sed dum remittuntur formæ,

non

non remanet forma elementi, cum forma mixti resultet, quæ illi esse confertur; requiruntur nihilominus debitæ qualitates, ad hoc vt forma conseruetur, & ex consequenti elementorum realitates. Et formæ elementorum, quæ sunt substantiæ, intenduntur, & remittuntur cum speciei variatione; sed non illa, quæ reddit mixtum tale in eadem specie: siquidem mixtum specie differt ab elementis ratione formæ. Sunt etenim elementorum formæ, si cum ceteris formis mixtorum comparentur, formæ imperfectæ. Et totum hoc verum est de elemento, quatenus ad mixtionem venit, quia tunc variatur species, non inquantum elementum; quandoquidem hoc pacto formæ elementorum in esse indiuisibili consistunt; in quantum substantia non vt est quanta tanta, est indiuisibilis. Diuisio etenim est ratione quantitatis Ex quibus sequitur, non esse amplius quatuor formas, distinctas, prout distinctæ dicebantur, antequam esset mixtum sed est facta vnica forma, dans esse, & vnicum esse illi corpori mixto, quod quidem per reciprocam elementorum alterationem præstatur.

Et si dicatur. Si est intensio, & remissio illarum formarum, successiuè acquirerentur. Ergo per motum. Ergo ad substantiam esset motus contra doctrinam Aristotelis in quinto Physicorum part. 10. Dicendum, ex elementis fieri mixtum. Requiritur igitur forma mixti, quæ esse nequit absque præcedente alteratione. Est ergo varianda species, quomodo illæ formæ franguntur. Vnde requiritur verus motus, qui est alteratio, & statim post vltimam dispositionem forma mixti est in actu. Quare motus alterationis fit in tempore; at forma mixti non in tempore, sed post vltimam dispositionem. Et hæc doctrina manifesta est ex Auerroe in 6 de Physico Auditu com. 59. vbi dicit, generationem primæ partis componi ex alteratione, & generatione; quoniam cum aliquid generatur ex aliquo, v. g. caro ex sanguine, primo amitterentur qualitates, & accidentia propria sanguinis, donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis, & hoc in fine motus. s. in non tempore. Et hoc idem expressit Auerroes in 1. Physicorum com. 62. In spermate (inquit) apud generationem hominis, non cessant partes spermatis recedere, & partes fieri hominis, donec forma humana perficietur; ita ut generatio sequatur alterationem. Quare, in ipsa generatione extrahitur forma, quæ dat esse corpori mixto, sed deperditur illa formalitas vniuscuiusque elementi, quam elementa retinebant à

5. Phys. 10.

6. Phys. 59.

1. Phys. 62.

ſua forma ſpecifica, cum eſſent reipſa, & actu elementa.

Et vt iſtius rei veritatem amplectamur, eſt animaduertendum, mixtum duobus modis conſiderari poſſe, & in fieri, & in facto eſſe: primo modo conſideratum, quatuor elementa illius materia eſſe dicuntur, quomodo eorum formæ vnà cum ipſo elemento ordinem habent ad illius formam ſubſtantialem, ex illis reſultantem, quæ formæ mixti dici non poſſunt ſed elementi; quandoquidem non dum corpus mixtum factum eſt. At cum iam mixtum factum fuerit; non ſunt amplius elementorum formæ proptereaquod iam mutata, & variata eſt ſpecies per formæ variationem alteratione, qua conſtituitur in eſſe forma mixti, per fractionem & caſtigationem illarum formarum, quæ iam ad vnam formam ſunt redactæ, vt ex pluribus elementis vnum mixtum conſtituatur, unicam habens formam, in indiuiſibili conſiſtentem, inquantum eſt ſubſtantia, ad cuius ſeparationem, quæ eſt illius interitus mixtum deſtruitur. Vnde hoc pacto elementa manent in corpore mixto. Cumq; primæ quatuor qualitates ſint elementorum ſociæ, ſuſcipientes magis, & minus, & formæ mixti pediſſequæ ſint qualitates ſecundæ, diuerſitates complexionum oriuntur.

Cum igitur Adam eſſet corpus mixtum. Cur erat immunis ab his, quæ proueniebant ab elementis, & à quatuor primis qualitatibus? Cur non erat diſſoluendum illud corpus mixtum. & præcipuè cum elementa ſint corpora generabilia, & corruptibilia? Nunquid ab illis immortalitas? imò potius interitus. Id animaduertens D. Ambroſius dicebat illum mortuum, filium vnicum D. Amb.
matris ſuæ, quem à mortuis ſuſcitauit Chriſtus dominus, in loculo à quatuor elementis, ad ſepulchrum ferri. Neque Adam, & Eua erant eiuſdem tempera[m]enti. Ille namque ex terra, illa verò ex oſſe formata eſt. Mores hoc patefaciunt, de quibus verba facit Ariſtoteles in libro 9. de Hiſt. Animalium cap. 1. Excedit etenim 9. de Hiſt.
mulier virum in miſericordia: illa virum ſuperat in inuidia: An. 1.
eſt magis querula, maledicentior, atque mordacior, maximè anxia, ad deſperationem procliuior, impudentior, faciliimè decipitur, magis viget in memoria, virum in vigilantia ſuperat. Sed maſculus fortior, magis conſtans, cum illius calor mulieris calorem in vigore excedat. Sepia hanc veritatem confirmat. Siquidem ſi fœmina ſit a tridente icta, mas illam adiuuat, ſed fœmina, mare percuſſo, fugam arripit. Et ad omnes actiones eſſe idoneam

mulierem,

mulierem. ſicuti, & marem, docet diuinus Plato in libro quinto de Republica; quamuis fœminæ ſint imbecilliores, peioresq; itaut virorum ſexus robuſtior validiorque habeatur, & ad omne opus, & ad omnem diſciplinam ſit melior, quam veritatem amplectitur etiam Galenus in 9. de Placitis.cap.3. Vnde varia ſunt temperamenta, quibus vita elongatur, & breuis redditur. Et quid tandem ſequitur in elementis? Putredo, vno excepto igne, & magis in corpore mixto animato,quod tandem in putredinem reducendum eſt, & in quatuor elementa eſt diſſoluendum. Nam verum eſt dicere, putrefactionem eſſe corporis mixti interitum, quia deſtruitur calor naturalis à calore extraneo, & tunc fit diſſolutio mixti in quatuor elementa, qui interitus naturalis ab Ariſtotele, & ab alijs peripateticis nuncupatur;cum violentus ſit ille qui fit per combuſtionem. Et primus interitus eſt ſecundum naturam vniuerſalem, quæ determinauit, omne, quod genitum eſt, ad interitum eſſe reducendum, & eſt, quando humidum radicale abſumitur a naturali calore; quomodo calor extinguitur, ſequiturque interitus, qui eſt dicendus naturalis ſecundum naturalem naturæ curſum Cur igitur primus parēs Adam, ex quatuor elementis compoſitus ſenectuti, & ariditati non erat obnoxius? Nam corruptio ſecundum naturam, vt ſenectus, & ariditas viæ ſunt ad tabem in vltimo ſenio, & ex his omnibus primi parentis interitus confirmatur.

Declaratur, Adamum eſſe interitui obnoxium ex nutritione.

POſtquam Dominus Deus creauit omnia, faciens hominem ad imaginem, et ſimilitudinem ſuam, Geneſ. 1. *dixit. Ecce dedi vobis omnem herbam,afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna,quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui,vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animalibus terræ, omniq. volucri cœli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra,in quibus eſt anima viuens,vt habeant ad veſcēdum. Formauit etenim Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ,qui factus eſt in animam viuentem, qui à principio plantauerat Paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem*

hominem, quem formauerat, vt operaretur, & custodiret illum; & quoniam factus est in animam viuentem, erat conseruandus, quæ quidem conseruatio, & vita absque nutritione cum præstari non possint (nutritione namq; eorum, quæ sub Luna vitam degũt, est definitio) de humo terræ produxit Deus omne lignũ, pulchrum visu, & ad vescendum suaue; præcepitq; ei dicens. Ex omni ligno Paradisi comede. Et rectè quidem, quia agens, quod ex intellectu operatur, volens, præcipiensq; finem, vult etiam, atq; præcipit media, ad illius consecutionem necessaria. Volens igitur Deus vitam, quę sine nutritione in homine esse non potest, cum esse hominis vellet, & viuere viuentibus est esse 2. de Anima part. 37 & ipsam nutritionem etiam voluit, quæ omnes alias prioritate naturæ præcedit; quippe quæ sine sensitiua esse potest; at hæc non sine illa. Comedere igitur primus parens tenebatur, ita & Deo præcipiente, & hoc necessariò natura exquirente. Statutum est enim à natura, omnia animalia nutriri. Est enim substantia conseruanda, quæ eousque conseruatur, quousque alitur. 2. de Anima 47. Quomodo ratione differunt nutrimentum, & augmentatio. Nam nutritur, quousque saluum est, quod nutritur: non autem quod minuitur, & augetur quousq; saluum est, augetur, & minuitur; quod quidem & experientia manifestat, & confirmat Aristoteles in libro primo de Ortu, & Interitu part. 41. Nutritio autem est substantiæ deperditæ restauratio, qua viuimus, in calido, & humido consistens, à quibus qualitatibus exordium sumit, ex qua quidem nutritione, & forma, & species conseruantur, quæ necessariò, dum vitam degimus est conseruanda. Quodquidem ex naturali calore manifestari licèt, animæ, qua viuimus instrumentum. Cuius substantia est aerea, & aquea, quemadmodum ex semine conijcere possumus, retinente modicum quid terrestris substantiæ in quo maximè illæ iam dictæ qualitates vigent; quod quidem expressit Arist in libro secundo de Generatione Animalium cap. 3. & Galenus in primo Aphoris. com. 14. & in libro aduersus Lycum. Cum autem in nutritione partes, quæ deperditæ sunt restaurentur, iudicandum est, præcessisse partialem interitum. Ergo partialem etiam exiccationem, & refrigerationem. Totalis interitus hoc manifestum reddit. Mortua etenim corpora frigida sunt, aut talia remanere percipimus, & marasmum patientes, & refrigerantur, & exiccantur: Extinguitur siquidem naturalis calor; quo pacto qualitates contrariæ caliditati,

Genes. 2.
2. de Aĩa. 37.
2. eius. 47.
1. de Ortu, & Int. 41.
2. de Gen. An. 3.
Gal. 1. Aph. 14.
aduersus Lycum.

caliditati, & humiditati remanere persentimus, à quibus vita originem trahere videbatur. Ergo exiccatio denotat interitum, ex qua prouenit marasmus, & post sequitur mors. Ergo exiccatio denotat interitum, qui partialis est, dum restauratur in nutritione id, quod deperditum est. Quod appetitus, & ex consequenti fames manifestat, quæ ratione indigentiæ causatur, vt reficiatur deperditum, & exiccatio sequatur partialis, sicuti & refrigeratio. Quæ indicant, aliquando esse futuram totalem exiccationem, refrigerationemque. Exiccatio etenim est via ad interitum: & frigiditas est naturæ inimica, quæ illius opus non ingreditur, nisi per accidens. Si igitur nutritus fuisset Adam, in illo statu fuisset indigentia nutrimenti, & ex consequenti appetitus. Ergo restauratio. Ergo particularis interitus, denotans totalem interitum. Et ex consequenti ex particulari siccitate, & frigiditate omnium partium, & exiccatio, & frigiditas concluditur. Ergo & illius corporis interitus. Vnde & caliditas, & humiditas ad generationem concurrunt: illa inquantum causa efficiens instrumentaria, & ista inquantum materia. Et propterea maxima caliditas, & humiditas in nuper nato viget, & eò magis in ætatibus, quo magis ad ortum accedunt. Vnde in vltima senectute ad vltimam exiccationem corpus reducitur. Totum hoc segnities in sene indicat, & agilitas in puero. Nam & propterea aliqui pueri viuidiores appellantur, cum maiori copia caloris innati abundent. Cuius rei signum esse potest nutrimenti desiderium: Nam ex sententia Hippocratis 1. Aphorif. 14. qui crescunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur indigent alimento; alioquin corpus absumitur. Senibus verò parum calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur: sed inter pueros illos dicendum est maxima difficultate ieiunium ferre, qui inter ipsos sunt viuidiores, quod non dicitur de senibus in prima senectute constitutis, facillimè ieiunium ferentibus, quod de senibus veritatem non habet, in vltima senectute vitam degentibus. Non enim perfectæ concoctiones in primo senio celebrantur, quomodo humor pituitosus generatur, dulcedine præditus, appetentiam prohibens; cum ex ipso corrugatio non fiat, ad excitandam famem pernecessaria: quod quidem euenire videtur in vltimo senio: cum pituita aciditatem contrahat, quomodo corrugatio oritur, famesq; excitatur, in quo frigiditas, & siccitas prædominium habent, qua in ætate difficillimè ieiunium fertur, &

1. Aph. 14.

citissimè

citissimè ad terram, de qua sumptus est, debet reuerti. Quomodo istæ qualitates tantùm remanent, cæteris qualitatibus contrariæ, & sunt caliditas, & humiditas secundum moderantiam, quæ in generatione adeò sunt necessariæ, vt sine ipsis generatio, & aliæ operationes vitales esse non possint. Vnde humidum absumitur, caloris pabulum, senes patiuntur marasmum, & tandem eis accidit sicuti lucernis accidere videmus, olei suffectione, idest humiditate carentibus, sicuti illi nutrimento carent; quomodo necessariò sequitur interitus: quia partiales illæ generationes, & illi partiales interitus ex cibo sanguis, ex sanguine caro, ex carne os generantur; quomodo natura semper exiccando procedit; quippe quæ illas partes nutriendo, non ita puras reficit, debilitatem contrahens: quandoquidem actio fit a naturali virtute, laborem, ratione materiæ persentiendo; qua ratione vltima ferè siccitas introducitur, sub qua vita conseruari non potest, vt calor, animæ instrumentum, extinguatur. Et fundamentum, istius veritatis esse potest, quoniam materia continuo fluit. Et re vera nutrimentum in principio dissimile esse dicitur; in fine verò factum est simile; quia existens in potentia caro, fit actu caro, & quod est in potentia os, fit actu os. Sed ea puritate refractæ partes non vigent. Cuius rei signum esse potest, continua partium exiccatio. Et nutrimento re vera augetur calor naturalis, quo in passum agere possit, vt naturales operationes, quibus indiuiduum conseruatur, celebrentur. Sed natura semper exiccando procedit, illamque puritatem amittit semper, quæ in semine reperiebatur. siquidem illa caliditas, in semine existens, & in spumosa parte seminis, adeò ad generationem necessaria esse dicitur, vt sine ipsa nihil generari valeat, illique spiritus in semine, & in spumosa parte seminis existentes, in quibus natura inuenitur, proportione respondentes elemento stellarum, ea puritate non ita nitent, vigentque, quæ caliditas, sicuti spiritus illi puri fœtui communicantur, quo carent senes, quia non satis eorum natura concoquere potest 1. de Gen. Anim. cap. 18. Et totum hoc ratione reactionis, per quam debilitas contrahitur; cum agant, & in agendo repatiantur, vt semper exiccentur, eaque naturalis humiditas deperditur, & ea puritas, qua antea vigebant. Cuius rei signum esse potest, quoniam aliena humiditate est conseruanda: sicuti calor ex re extrinseca: & illa humiditas extrinseca eandem per-

fectionem præstare non potest, hæc humiditati intrinsecæ: neque calor aduentitius calori naturali. Ad hoc enim, vt calor naturalis conseruetur, necessariò concoctio nutrimenti requiritur, sequestratio, distributio, & assimilatio. Nam si non separetur, neque assimiletur, id euenict quod dixit Hippocrates, nomine esse nutrimentum, sed non re: cum trifariam nutrimentum dicatur. Est namque quod nutrit; & quod veluti nutrimentum est: & quod futurum est nutrimentum. Quod nutrit, corpori adiungitur, nec amplius futurum est, id propriè nutrimentum vocatur. Vnde dicendum est, nutrimentum confici, & concoqui. Et propterea est necessariò alteratio, & mutatio, quæ est de contrario in contrarium. Sequitur igitur, alimentum esse contrarium: & recta ratione, quandoquidem simili à suo simili non patitur, sed a contrario, & nutrimentum a nutribili patitur, sed non hoc ab alimento, quemadmodum Artifex a materia non patitur, sed ab illo materia; verùm mutatur tantum in actum ex ocio. Ergo nutrimentum est contrarium 2. de Anima part 45. Quæ doctrina vera est secundum substantiam. In substantia namque nutrimenti est priuatio rei nutriendæ, quomodo est vt contrarium, sequiturque passio ratione transmutationis in substantiam nutritam, & eo tempore simile redditur. Sed illa doctrina quoad qualitates non est audienda, quia opposita agunt, & patiuntur adinuicem. Et alimentum & vt crudum, & vt coctum consideratur: primo modo contrarium contrario alitur: secundo modo simile simili; cuius rei ratio reddi potest; quia tunc sequitur generatio partialis. Et crudum nutrimentum appellatur nutrimentum in potentia, contrarium quidem: digestum verò simile; quandoquidem est pars nutribilis, quæ esse non potest, nisi illi similis reddatur, & nutritio fieri non potest, nisi concoctio celebretur, quæ celebrari non valet, nisi per caloris vim, quæ mutatio fit de substantia in substantiam. Ergo rei partialis generatio sequitur, & interitus particularis formæ. Euenire namque est dicendum partiali generationi, quemadmodum de totali scriptum est in primo de Ortu, & Interitu part. 23. quo in loco definiens Aristoteles generationem, scriptum reliquit. Generatio est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente vt subiecto. Interit re vera totum: quia forma dat esse, & vnicum esse substantiæ compositæ, quæ est in substantia illa, quomodo rationem partis habere dicitur; quippe quæ substantia composita

[Margin: 2 de Ani. 45. — beside "teria non patitur"]

[Margin: 1. de Ortu. & Int. 23. — beside "Euenire namque"]

compoſita ex materia, & forma componitur, cum & partis, & principij ambo rationem habeant. Sed forma cum contineat corpus, quia illius munus eſt continere, quia putreſcit corpus, quando ſeparatur a corpore, a qua recipit nomen, & definitionem, totius rationem habere dicitur: ab ipſa namque omnes operationes præſtantur, ſicuti dicimus, Socratem eſſe totum continens. Et hoc conſiderauit Ariſtoteles in libro ſecundo de Phyſ. Auditu part.31, 2. Phyſ.31. *Nam non eſt dicendum, materiam ipſam mutari; ſed totum mutatur per formæ mutationem; ſiquidem in generatione deperditur forma, quæ quoniam eſſe, & vnum eſſe conferebat, non amplius nomen, neque definitionem confert. Vnde aboletur illa ſubſtantia compoſita, quæ cum eſſet priuata illa forma, quam recipit, nomen & definitionem confert alteri ſubſtantiæ ſenſibili: vnde aliud totum generatur, quia reſultat alia ſpecies corporis naturalis. Sic in generatione partiali, quando ex chylo fit ſanguis, & ex ſanguine caro, eſt generatio ſanguinis, & interitus chyli, ſicuti eſt generatio carnis, & interitus ſanguinis. Quod quidem non dicitur de his, quæ mouentur ſecundum motum alterationis, quæ generationem præcedit, in qua quod remanet eſt illud totum, ſubiectum accidentium, quorum tantùm eſt mutatio. Ex quibus manifeſtum redditur, quæ & quantæ ſint alterationes in nutritione, ad interitum præuiæ diſpoſitiones. Et iſtæ nutritiones pro ætatum diuerſitate, temporum, & complexionum maximè diuerſantur, iuxta illud Hippocratis in libro* 1. Phyſ. 13. *primo Aphoriſ 13. ſenes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omnium maximè pueri, & præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores.* Ibidem 14. *Nam qui creſcunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur indigent alimento; alioquin corpus abſumitur. Senibus verò parum calidi innati ineſt, paucis igitur fomitibus egent, quia multis extinguuntur. Hanc ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.* Ibidem 15. *Et de temporibus anni ibidem ſcriptum eſt Aphoriſmo decimoquinto. Ventres hieme, & verè natura calidiſſimi ſunt & ſomni longiſſimi Quare per ea tempora copioſiora alimenta ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus copioſior eſt; vnde & pluribus egent alimentis.* Ibidem 18. *Indicio ſunt ætates, & athletæ, & ibidem decimooctauo ſcriptum eſt. Aeſtate, & Autumno cibos difficillimè ferunt, hieme facillimè, ſecundum locum ver habet. Et totum hoc ex diuerſitate*

caloris innati pendet, non semper eodem modo permanentis. Vnde diuersæ complexiones oriuntur, quæ eodem modo non sunt cibandæ. Ex quibus colligitur, alterationes diuersas ad diuersas partiales generationes ducere, & diuersas generationes ad diuersas formas, in quibus nullum remanet sensibile, vt subiecto eodem, quemadmodum remanet in alterationibus: nam vnicum, & idem subiectum est formæ iam abolitæ, & formæ iam in materia receptę, & illud appellatur commune subiectum, nempe materia prima, quæ sub sensu non cadit.

Sed Adam primus omnium hominum parens in Paradiso terrestri erat nutriendus, qui perfectissima ætate fruebatur. Plurimo igitur calore naturali vigebat. Sed nunquid illius actio vana? An potius forma, vtens suo instrumento suas operationes non edebat? Nullum ex his, quoniam Deus, & natura nihil agunt frustra. Quomodo igitur ea omnia non erat passurus, quæ corpori, quod nutritur, conueniunt? Satis est dicere, illius animam futuram esse in actu secundo, ne otio torpesceret. Et in operationibus calore naturali, sicuti in secundo statu vtebatur, ita & in primo statu; nisi fortè formarum ociositates excogitentur, quod in doctrina Peripatetica non solum est falsum, verum etiam absurdum. Vnde passum requiritur, & est humidum, in quod agit calidum, illud absumendo. Omne etenim animal, sicuti & stirpes calorem habere necesse est, qui non est ignis, neq; ab igne originem trahit, cum ab illo iam explicatæ generationes partiales proueniant, cæteraque naturales operationes. Calor autem ignis, tantæ actiuitatis existens, omnia combustibilia in sui ipsius naturam conuertit, nullumque animal generare
2. de Gen. An. 3. *dicitur 2. de Generatione Animalium cap 3. Non enim ex quocunque calore quælibet actio naturalis præstari potest. Ergo in primo parente humidi radicalis iactura erat supponenda. Ergo ad siccitatem tendere, necessarium erat ratione partialis interitus, quo totalis arguitur; cum continua nutritio esse non possit, & ex consequenti continua vita; cum tandem extrema siccitas superueniat, in qua anima, principium vitæ, subiectari non potest. Marasmus etenim hominem vsque ad mortem comitatur. Cum igitur Adam in illo statu esset nutriendus. Cur statuitur immortalis?*

Confirmatur Adami interitus, confirmando ea, quæ supra scripta sunt, vt clarior doctrina reddatur de siccitate proposita.

DIstant re vera maximè inter se ætates pro qualitatum diuersitate, atq́; humorum, in illis prædominium habentium quomodo eundem numero dicimus esse Socratem in qualibet ætate quandoquidem eadem illius forma à principio ad finem vsque perseuerat, à qua & esse, & vnum esse prouenit, quæ, cum sit substantia, neque magis, neque minus suscipit; sed non semper eandem complexionem permanere dicimus, quæ diuersa redditur pro diuersitate, & qualitatum, & humorum, in diuersis ætatibus dominantium. Est enim maior vigentia caloris innati in puero, quàm in iuuene. Scriptum est enim à Galeno in libro secundo de Temperamentis, 2. de Temp. *in pueris esse calorem mitem, halituosum, & suauem, quæ conditiones verè naturali calori attribuuntur. In florentibus exiguus, & siccus; quomodo per istam qualitatem, quæ siccitas appellatur, a naturali statu discedit: nec similiter suauis est caloris recursus, sed cum acrimonia; quæ caloris naturæ ex diuersitate subiecti diuersæ esse dicuntur. Quo enim magis aliquis ad ortum accedit, eò magis de principijs naturæ participat, quæ potissimum in calido, & humido consistit, in quo & vita fundamentum habet. Nam prima hominis constitutio est ex sanguine, & semine, in quibus vigent istæ duæ qualitates, caliditas, & humiditas aerea, & ad pueri egressum ex vtero maxima percipitur humiditas, non solum in visceribus, & carne; verum etiam in ossibus, quæ siccitate cæteras partes superant; ita vt omnes illius partes molli ceræ assimilentur. Signum esse potest, quia illorum capita, si debita forma careant, à nutricibus ita pertractantur, perinde ac si mollis cera pertractaretur. Et ista qualitas per longum tempus persentitur, si anterior pars capitis comprimatur. Nam osseum genus caseo, nunc coagulato, assimilatur. Et hanc veritatem animaduertens Iob in cap. 10. inquit.* Iob 10. *Non ne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Sed natura semper exiccando procedit. Sicuti maior soliditas, &*

consistentia nobis manifestant. Non enim semper augetur homo, quæ augmentatio propriè est secundum omnes magnitudines, sed inquantum ossa augmentum recipiunt, quæ tandem consistunt, quia omnium natura constantium cum sint formata, cuius quidem formæ munus est terminare terminus est, & ratio
2. de Aïa. 41. *magnitudinis, & augmenti 2. de Anima part 41. Nam & propterea formantur membranæ, tunicę, & viscera sicuti perficiuntur ossa, & vngues, & cartilagines. Quod & media ætas, & florens omnium animalium patefacit, quæ de senio, & priori ætate participant. Non enim sicuti in senio ad summam deducta est siccitatem, neq; ea viuiditate fruitur, & ex consequenti innata caliditate, quibus fruuntur infantium ætates. Vnde tandem senes à maxima frigiditate, & siccitate corripiuntur. Virtus deficit, superuenit mansuetudo, & re vera corripiuntur homines, & tandem sicuti a contrarijs qualitatibus vita prouenit, sic ab illis, cum modum excesserint, interritus Vt mirandum sit, quomodo quidam Medici celebres humiditatem in senectute prædominari arbitrati fuerint. Neq; re vera negandum est, in illa humiditates excerni; sed ea omnia sunt excrementa, quæ à calore naturali concoqui non possunt. Testes sunt naturales temperies, testes & naturales operationes, & impotentia ad generationem: horum omnium sensus tactus iudex esse potest, per ambitum totius corporis siccitatem percipiens. Eorum segnities frigiditatem accusat, qui semper in peragendis operationibus tardi motus esse videntur; & si calescant, facilitate maxima ad frigidum illorum caliditas mutatur. Quod quidem & illorum color indicat, & ad nigredinem, aut ad liuiditatem tendens, & Aristoteles in problem. sect. 38. problem 9. huius rei causam affirmans omnes cum putrescant, nigriores euadunt: senectus enim nihil aliud est, quam quædam putredo. Tum quia sanguis ad siccitatem tendens nigrior reddi solet, sanguis enim est qui nostra corpora colore naturali intingere valet. Vnde sanguis in principio est calidus, & humidus; sed tandem frigescit, exiccaturque, per remotionem caliditatis, & humiditatis ab ipso, & humiditas à frigiditate congelatur. Quod & in maximis timoribus euenire solet, quod quidem tremores nobis ostendunt. Vnde in senibus morbi frigidi generantur duplici de causa, & ratione humoris excrementitij, frigidi, & humidi; & ratione frigiditatis, & siccitatis, quæ sunt qualitates, & humores, illam ætatem concomitantes.*

tantes. Nam, cum calor innatus deperdatur, consistens in moderata caliditate, & humiditate, à quo sunt omnia bona, omnia mala eueniunt, & senectus, quæ recta ratione morbus appellari potest, in qua operationes læduntur; quomodo omnes partes contabescunt, debitæ ad interitum præparationes; qui tandem per illius extinctionem superuenit. Totum hoc & experientia nobis manifestatur, & nos docet Galenus in libro secundo de Temperamentis cap. 2. qui de sene verba faciens, aiebat. Est humidus senex, 2. de temp. 2
non propriè suis particulis, sed excrementis: rursum siccus non excrementis, sed particulis ipsis; ita nimirum alio genere siccus, alio humidus, vt meritò Aristoteles senum marcenti stipiti assimilet. Stirpes autem, dum nouellæ sunt, molles humidæque cernuntur; at senescentes, assiduè magis siccescere videntur; sed postremò aridæ prorsus redduntur, idque ipsis mors est: quomodo omnes alias ætates in siccitate excedit. Et de frigiditate, manifestum est. Et si fortè quis hanc veritatem negauerit, ex sacræ scripturæ auctoritate confirmatur tertio scilicet Regum cap. 1. vbi dicitur, quod Rex Dauid senuerat, habebatque ætatis 3. Reg. 1.
plurimos dies, qui, cum vestibus operiretur, non calefiebat, cui adinuenerunt adolescentulam virginem, quæ illum fouebat, dormiebatq; in sinu suo, vt illum calefaceret. Quomodo igitur primus parens immortalis erat dicendus, & non infiniti ferè errores, & in Philosophia, & in facultate Medica suscitent?

Alterationes, in corpore humano existentes, indicant, Adamum fuisse mortalem.

Alteratur re vera corpus humanum non solum à causis externis, quod mutationes temporum, & particulares, & vniuersales nobis manifestant; cum aliquando eadem die modo calorem, modo frigus sentiamus; verùm etiam a causis internis alterationem patimur quomodo duplicem molestiam persentimus. Præcedit alteratio generationem, & totalem, & partialem, sicuti & augmentationem, & diminutionem, vt scriptũ est in libro octauo de Physic. Auditu part. 55. 8. Phys. 55.
Generandæ igitur sunt partes deperditæ substantiæ, ex quatuor elementis compositæ, & mixtum ad debitam quãtitatem est reducendum.

cendum. Ergo ista fieri debent, alterationibus praecedentibus. Nam si nutritio, quomodo non alteratio? Siquidem nutritio est particularis. Ergo & generatio, & interitus: quandoquidem nutrimentum in substantiam nutriti conuertitur, quò conseruetur. Videmus, quantae alterationes fiant, antequam perfectus motus compleatur. Si enim omne, quod augetur, nutriri necessarium est, alimentum omnibus ex humido, et sicco suppeditatur. Concoctio igitur requiritur. Ergo mutatur, quae mutatio fieri non potest, nisi per caloris efficaciam. Vnde maximus sequitur naturae apparatus, quae calore vtitur, vt nihil sine alterationibus fieri possit. Excitat natura ratione conseruationis indiuidui famem, & sitim, & statim alteratio sequitur. Indigentia id attestatur. Quare & desiderium. Et quod nam desiderium? Vtique deficientis, & quo ad substantiam, & quo ad qualitates. Deficientia autem vtriusque ratione dissipationis. Vnde & restauratio, & quo ad substantiam, & quo ad qualitates per cibum, & potum, sed praeuijs antecedentibus alterationibus, & etiam dum appetitus expletur. Famem, & sitim excitat. Exinanitio; quomodo excitatur appetitus ratione indigentiae, quomodo natura repleri desiderat. Est enim fames appetitus calidi, & sicci, quemadmodum sitis est appetitus frigidi,
2. de Aīā 28. & humidi 2. de Anima part. 28. per quatuor siquidem qualitates omnia viuentia nutriuntur, quod quidem alimentum habet quatuor qualitates, quia id, quod nutritur ex quibus constat, nutritur, quorum est sensus tactus; & gustus est quidam tactus; quomodo dicimus, gustum esse sensum nutrimenti, qui, cum sit quidam tactus, est quatuor illarum primarum qualitatum. Et illi appetitus per contrarias qualitates explentur. Vnde qualitates contrariae requiruntur. Confirmatur ex Hip-
2. Aph. 16 pocrate 2. libro Aphoris. 16 quando dicitur. Vbi fames, non est laborandum. Labor namque, & praecipuè ille, qui est cum motu corporis, & excalefacit, & exiccat. Vnde per laborem in illis, qui famem patiuntur, qualitates augentur, per quam augmentationem facilimè febris introduci potest, in excessu illarum qualitatum consistens. Vnde sequitur venarum suctio, attractio, concoctio, distributio, & assimilatio. Quare & nutritio. Et hoc modo naturali calori, & humido radicali occurritur, eique natura auxiliatur, ne destruatur, quò omnes operationes praestantur; alioquin animatum mixtum vita priuaretur.

retur. Sed labores cibum antecedere debent. Ex fame namque corpora ficciora redduntur. Vnde ex sententia Hippocratis, fames ÿs præcipienda est, qui humiditate carnium abundant. Dicebatur enim septimo Aphorismorum famem corpora exiccare. 7. Aph. Quare sequuntur quatuor naturales operationes, attractio, retentio, concoctio, alienorumque expulsio. Quare & nutritio, & generatio, & augmentatio, quæ omnia caloris beneficio præstantur. Et quomodo non alterationes? Et si hæc est differentia inter augmentationem, & nutritionem, quod nutritio fit à principio vsque ad finem, sed non augmentatio, quomodo non alteratio? Et si alterationes. Quomodo immortale corpus primi parentis? Perpendamus veritatem. Iste est naturæ apparatus. Excitatur fames, & sitis. Ergo desiderium cibi, & potus. Ergo contrariorum desiderium. Et quomodo contrarietas, & immortalitas? Parantur cibi, & potus, vt naturæ desiderium expleatur: cibus cum sit solidus est incidendus, conterendusque, vt facilius concoquatur: nam per illam minutatim diuisionem efficitur, quod calor naturalis facilius concoctionem celebret: quomodo ventres facilius concoctionem celebrant ope caloris innati, quò deperditum reficiatur. Vnde si refectio, & quid aliud supponitur, nisi interitus? Quomodo & mixtum animatum augetur. Nutritio namque est substantiæ mutatio, à qua augmentatio prouenit, inquanto existens secundum omnes dimensiones. Nam in nutritione partes similares secundum partes destruuntur, partesque dissimilares generantur, vt non distinguantur à substantiali mutatione; cum ambæ sint ad formam; sed ad quantum augmentatio. Nulla etenim mutatio habet pro fine substantiam, nisi generatio, quæ est via ad naturam, quæ est forma substantialis. Vnde præexistit forma, qua composita substantia est in actu in nutritione, atque ad formam est mutatio per nutritionem; quoniam fit mutatio vnius in aliud. Cibus namque in chylum conuertitur, chylus sanguificatur, fitque caro ex illo, & os. Demandatur sanguis per totum corpus, sequitur iuxtapositio, assimilatio, nutritio, sequestratio, alienorum expulsio, quas attractio, & retentio, & concoctio antecedunt. Animaduertamus, quæ, & quot alterationes. Et huius doctrinæ fundamentum esse potest, quod, cum materia fuerit diuersa, & forma etiam diuersa redditur, ad quam, tanquam ad finem, & terminum generatio

ratio

ratio tendit: quandoquidem tunc res in suo esse habent esse perfectum. Vel potius aggregatio, seu aggeneratio ipsa nutritio nuncupatur. Et ipsa habet pro fine formam substantialem, & augmentatio quantum, ratione nutritionis, & est rei, quæ antea formam adepta est; quoniam viuentium est verum augmentum. Vnde nutritum est animatum, & ab anima prouenit vita, primò ad omnes operationes vitales concurrens. Et nutritio est respectu materiæ, in qua quantitas habet fundamentum; & hoc primo est intelligendum: Secundariò respectu formæ, quæ in illa materia esse nequit nisi per nutritionem. Sed in nutritione partiales generationes partium perpenduntur. Nam in substantia composita reperitur forma totalis, quam primo præstat natura. Natura namq; ab imperfecto, quod est terminus à quo, & est priuatio, incipit, tendens ad terminum ad quem, & est finis, forma, atq; perfectio, quod quidem caloris beneficio præstatur. Ergo nihil sine alteratione fieri potest, habente pro termino accidens, quod est terminus intrinsecus, & extrinseco, substantiam. Quoniam ex alimento, quod in principio est valdè dissimile nutrito, fit chylus, & alia vsque ad id quod est vltimum. Priuatio igitur est formæ, & generatio aliarum formarum. Vnde interitus. Nam paulatim sunt dispositiones ratione materiæ, per quas altera forma succedit; quandoquidem fit perfecta assimilatio, separaturq; nutritioni aptum, quod est puræ, tenuisq; substantiæ ab impuro, quod assimilari non potest. Et horum omnium opifex est calor naturalis concurente anima, quæ est principium
2. de Anima 24. 41. *quo 2. de Anima part. 24. & 41. Et in vestibulo libri quarti Meteororum scriptum est, munus caloris esse terminare, & copulare,*
1. Met. in 1. *& transmutare, & ea quæ sunt eiusdem generis, & ea, quæ non sunt eiusdem generis. Totum hoc manifestari potest ex libro eodem*
Ibidem c. 3. *cap 3. vbi dicitur, concoctionem esse perfectionem a natura, & a proprio calido ex oppositis passiuis; hæc autem sunt propria vnicuiq; materia, & passiuè opposita sunt humidum, & siccum. Habet enim humidum propriè rationem materiæ, vt à calore naturali terminetur: quemadmodum dicimus in concoctionem esse interminatam humiditatem appellandam, quæ sine sicco celebrari non potest. Et totum hoc a caliditate propria, quorum finis est natura, & est illa, quam appellamus formam, & substantiam: nam cum coctum fuerit, & perfectum, & factum est. Quare, & formatum. Siquidem materia, quæ iam erat sub forma nutrimenti,*

trimenti, est sub forma chyli, & aliorum postea, quæ beneficio caloris innati sub forma aliarum partium reperitur. Existens n. in termino à quo, tandem est in termino ad quem, quod testatur priuatio formæ, quæ est terminus a quo ante generationē. Omnia hæc Adam esset passurus in statu innocentiæ. Erat etenim animal viuum, in quo operationes vitales exercebantur. Nunquid igitur a re, quæ destruitur, æternitas emanare potest? Alterationes etenim fieri cogebantur, ad destructionem tendentes, & ratione quatuor qualitatum, & ratione nutrimenti, & tandem corpus erat exiccandum. Nam statuto tempore homo sicut & cætera animalia ad generationem idoneus redditur. Et quoniam tandem corpora exiccantur, illud opus exercere non valet, sicuti & alia animalia in vltimo senio. Spiritus etenim deperduntur, seminariusq; humiditas ad siccitatem reducitur; cum tamen antea calidum, & humidum primogeniam substantiam complessent. Venus namq; ex spuma orta est, sicuti fingunt Poetæ. Et totum hoc, quia agens in agendo repatitur. Et cur non reactio, si corpus primi parentis ex quatuor elementis erat compositum? Nunquid ibi motus, & mutationes æterni? In motu locali pellens pellitur, & calefaciens refrigeratur ratione contrarietatis; cum in materia conueniant. Nā quæ in materia non conueniunt agunt, sed non repatiuntur, itaut æternum agat, sed non repatitur. Et inter motus solus circularis est æternus apud Philosophos, & solum corpus cœleste & secundum totum, & secundum partes. Vnde ex ingenti exuperantia abolitio alterius qualitatis sequitur, resistere non valentis. Et hanc veritatem expressit Aristoteles in libro de Iuuentute, & Senectute cap. 3. dum dixit, duas assignandas esse ignis corruptiones, marcorem scilicet, & extinctionem: & marcor appellatur illa extinctio, quæ est ex se: Nam altera est à contrarijs. Ista violentiam patitur, quæ est à contrarijs qualitatibus; sed marcor siccitatem concernit in homine ex senectute. Calor etiam extinguitur ex humorum abundantia. Suffocatur etenim. Et extingui calorem per nutrimenti defectum, ex plantis comprobari potest, quæ in tempore æstatis non irrigantur; quoniam humidum est calidi pabulum, per quas qualitates vita elongatur, dummodo illæ qualitates sint moderatæ: nam igneus calor destruit, omniaq; in sui naturam conuertit, & humiditas extruditur. Re vera etenim omne nimium est naturæ inimicum aiebat Hippocrates 2. Aphorismorum, qui docens medicos

De Iuuen. & Sen. 3.

2. Aphor. 51.

dicos facere medicinas dicebat. Plurimum, atq; repente euacuare calefacere refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum est, quoniam omne nimium est naturæ inimicum; sed quod paulatim fit, tutum est. Maximamque repletionem animaduertens Hippocrates scriptum reliquit in libro secundo eiusdem 44. Qui natura admodum crassi sunt, citius intereunt, quam graciles. Quo in loco scriptum reliquit Galenus. Optimum est, benè carnosum esse natum, idest ita commodatum, vt nec crassities adsit, neq; gracilitas: illi enim non possunt ad longam senectutem peruenire. Et totum hoc recta ratione, quia corpora pinguedine abundantia, ad putredinem obnoxia esse videntur: gracilia ad febrem hecticam. Etenim in habentibus symbolum facilior est transitus 2. de Ortu, & Interitu part. 25. qua de re optimè disputat Auicenna. Quare vita nostra in caliditate, & humiditate consistit, dummodo in qualitatibus, & in multitudine mediocritas, in qua consistit virtus, & symetria, seruetur. Quomodo omnium optima temperatura sanguinea reputatur, dummodo non sit excessus sanguinis, quod Athletis euenire solebat, nè sit imminens periculum vasorum disruptionis, aut nè à multitudine calor suffocetur. Sed continuò alteratur corpus nostrum, & ab internis, & ab externis qualitatibus: vnde alterantur & primæ, & secundæ qualitates, quæ secundæ alterationem non patiuntur, nisi primæ alterationem patiantur; cum à primis originem ducant; itaut sint in illis mediantibus primis 7. Physicorum com 11. & 14. quæ fiunt ratione materiæ, quæ est in potentia. Ergo sequitur interitus ratione superabundantiæ frigiditatis, & siccitatis. Et si mixtum sicuti semper fuit corpus primi parentis est alterabile secundum alterationes destructiuas, cur non corruptibile? Non sic cœleste corpus. Totum hoc explicari potest per subiectum alterationis corruptiuæ, quod est ens in actu simpliciter, & subiectum proprium nuncupatur, & mediatum. Nam primum, & immediatum est materia prima, quæ est omnium formarum naturalium subiectum, & formas materiales, quæ dicuntur substantiales quatuor primæ qualitates sequuntur, & has secundæ qualitates. Vnde tandem corpus per remotionem formæ frigidum, & siccum remanere videmus, & sensu tactus istæ duæ qualitates percipiuntur. Ergo interitus; cum vita in calido, & humido consistat. Ergo Adam ex quatuor elementis compositus, præditus quatuor primis qualitatibus, in-

[Margin notes: 2. eiusd. 44. — Galen. ibid. — 2. de Ortu, & Int. 25. — 7. Phy. 11. 14]

interitui erat obnoxius, cum necessariò cogi fateamur, alterationibus destructiuis fuisse subiectum, & fami, & siti, & omnibus alterationibus, quæ Digressio per naturales facultates præstantur.

Digressio contra illorum sententiam, qui dicebant, humidum radicale non absumi, nisi per interitum, ex qua colligitur, in illo statu innocentiæ Adamum fuisse interitui obnoxium.

Illorum sententia recipienda non est, qui arbitrati sunt, humidum radicale, rationem habens materiæ, non absumi, nisi per interitum; itaut ad interitum vsque permaneat, absque eo, quod aliquid patiatur. Et humidum non esse vnius, sed duorum generum, affirmant, quorum alterum radicale dicitur, per cuius absumptionem interitum sequi existimant: alterum verò cibale, ex assumptione alimenti prouenien̄s, quod continuò deperditur, in quod agens agit, quod & augeri, & minui potest. Et affirmant humiditatem illam radicalem per membra dispergi, cui post concoctionem cibalis humiditas est adueniens, & cum illa quæ est per membra dispersa, & quando mutabitur in naturam humiditatis, augebitur figura membri per augmentum in omnibus partibus ipsius humiditatis, & diminuetur per illius diminutionem, & per naturæ virtutem conseruabitur figura illius membri & in augmentatione, & diminutione, quæ opinio attribuitur ab Auerroe ipsi Alexandro in lib. 1. de Ortu, & Interitu com 38. Sed non est dicendum, illud humidum, durante vita, non absumi, cum in illud agens agat, quemadmodum agens in agendo repatitur. Actio etenim fit à proportione maioris inæqualitatis in passum, quando inter agens, & passum, quale est humidum radicale, pugna intercipitur. Humiditas etenim inter qualitates passiuas recensetur ab Aristotele in principio libri quarti Meteororum, vt non sit aliqua pars materialis in mixto animato, non existens in continuo fluxu, quam veritatem esse peripateticam, manifestum est in primo de Ortu, & Interitu, à qua discessit Ioannes Grammaticus. Quæcunque enim pars augmentatur, & aduueniente aliquo secundum formam quidem possibile

1. de Ortu, & Int. 38.

4. Meteoro. in princ.

possibile est, & non secundum materiam, vt sit augmentum per partes formales, & non materiales. Est enim materia in continuo
1. de Ortu & Int. 35. *fluxu, non autem forma, quæ est permanens ex libro primo de Ortu, & Interitu part. 35.*

Pro cuius rei intelligentia animaduertendum est, corpus mixtum animatum ad determinatam quãtitatem augeri, cum formatum esse dicatur, & forma terminus appellatur. Et quoniam est totum, ex partibus componitur, quæ sunt formales, & materiales. Modò per nutrimentum, quo vita substentatur, debet augeri corpus. Quid est illud, quod primò augetur? Partes materiales duobus modis considerari possunt, & vt similares, & vt dissimilares. Et quoniam ex similaribus dissimilares fiunt, primò similares augentur. Et per hoc cognoscimus, quid sit illud, quod primò augetur. Non enim dicimus nutrimentum fieri bracchium, seu pectus, vel faciem, sed benè fieri carnem, & ossa, & quoddam aliud. Siquidem vnaquæque materialium rerum dupliciter dicitur; aliquando secundum formam, & aliquando secundum materiam. Carnem quandoque dicimus formam carnis, quandoq; materiam, & aliquando compositum ex materia, & forma, ex libro primo de
1. de Cœ. 92. 3. de Aĩa 9. *Cœlo part. 92. & 3 de Anima 9. Vnde quando dicimus, fluxibilem carnem ex quatuor elementis esse compositam, illius materiam dicimus sed si dixerimus, habere intemperiem, aut esse floridam, duram, vel mollem, formam dicimus: At si diuisibilem, aut multam, aut paruam secundum compositum, quæ est actu quanta, & est à forma, quæ non est sine materia, sicuti neq; quantum. Modò si inquiratur, in quibus fit augmentatio? Non in materia, quæ non permanet. Indicio sunt partes similares, & dissimilares; nam illæ defluunt; istæ verò affluunt. Et illud, quo augetur, necessarium est permanere, & est forma. Quando namq; dicimus, carnem esse auctam, illa est aucta, quę est secundum formam, et non ea, quæ est secundum materiam; siquidem semper eadem forma manet. Et in hoc loco sermo est de augmentatione, quæ est viuentis mixti per aliquod extrinsecum. Nam cætera augentur, aut secundum raritatem sicuti videmus, augeri feruentem aquam:*
1. de Cœ 22. *aut secundum accumulationem 1. de Cœlo com. 22. Et illam fieri per partes formales, & non materiales, declaratur in primo de*
1. de Ortu, & Int. 35. 37. *Ortu, & interitu part. 5. & 37. Cuius sunt tres conditiones. Prima est, quod sit a materia, extrinsecus adueniente. Secunda est, idem numero manere, postquam augmentationem recipit. Tertia*

est, fieri secundum omnes partes. Et quemadmodum in omnibus mutationibus requiritur materia 1. de Physico Auditu part. 63. ita huic mutationi necessaria videtur, quæ re vera potius subiectum appellatur. Est enim diuersitas inter transmutationem substantialem, & alias mutationes, seu motus aliarum cathegoriarum accidentium, quod in illis subiectum est in actu, non in transmutatione in cathegoria substãtiæ, quod videre est in 5. Physicorum com. 7. & 8. in libro de substantia Orbis, & in 2. de Anima com. 4. omnium tamen est materia inseparabilis, & vna numero, ratione autem non vna, semper cum potestate coniuncta ratione mutationis. Est enim potentia substantia, inquantum generationi subijcitur, potentia quanta vt est augmentationi, & diminutioni subiecta; & potentia qualis, alterationi substans, vt sit vna numero per omnium formarum priuationem, sed multa potentia, & habilitate; sed actus est ille, qui separat, atq; distinguit 7. Metaphys. part 49. Et re vera vnaquæq; mutatio pro fine habere dicitur vnum prædicamentum, in quibus omnibus mutationibus, & motibus contrarietas reperitur, præter illum motum, quo corpus cœleste mouetur. Sed augmentatio sine alteratione fieri non potest, quæ est contrariorum mutatio, & dissimilitudo, et similitudo in nutritione, et augmẽto est pernecessaria; ita ut quod augetur a simili augeatur. quod antea erat dissimile, & est nutrimentum; sed adiungitur omne factum simile simili 8. de Physico Auditu part. 55. & 1. de Cœlo part. 21. Vnde quamuis primus parens in perfecta ætate fuerit creatus, augeri nihilominus poterat quoad aliquas magnitudines ratione nutritionis, & præcipuè existentibus cibis perfectissimis. Terra namque per diluuium, illam maximam vbertatem, qua prædita erat, amisit; & propterea sunt deteriorata cibaria. Quare non ita perfecte nutrimentum sumimus, sicuti erat nutriendus Adam in Paradiso voluptatis, & sicuti ante diluuium homines nutriebantur; quod quidem longitudo vitæ testatur. Istum autem motum alteratio præcessit; quamuis primus parens secundum verum motum non augeretur, qui est motus augmentationis secundum omnem magnitudinem; poterat tamen impinguari, sicuti impinguantur homines, cum deuenerint ad vltimam magnitudinem, quæ est secundum longitudinem; ita quod poterat disponi, sicuti cætera corpora mixta animata disponuntur ad recipiendas cæteras magnitudines, scilicet latitudinem, & profunditatem, quæ dispositio

1. Phys. 63. 5. Phys. 7. 8. De sub. Or. 2. de Aia 4. 7. Met. 49. 8. Phys. 55. 1. de Cœ. 21.

tio est per nutrimentum, quo nutritur, quod quidem nutrimentum in principio erat dissimile, in fine verò factum est simile, & est per quatuor qualitates, quæ sunt contrariæ. Dicitur enim

Deuter. 32. *in libro Deuteron. cap. 32. de populo electo, qui constitutus est à Deo super excelsam terram, comedente fructus agrorum, sugente mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, comedendo hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ bibendo meracissimum: Incrassatus est dilectus, impinguatus, dilatatus. Vnde sequitur pugna, & humidum radicale continuò absumitur, quòd, cum patiatur, exiccatur igitur. Et recta ratione, si consideretur, a quo resistentia. Sed quoniam per nutritionem reficitur; tandem sequitur marasmus; quia iactura re vera illius, sed non ita pura, sinceraque, quoniam inclinatio est ad frigiditatem, & siccitatem, qualitates sociæ mortis. Nam interitus nihil aliud est, nisi naturalis, seu radicalis humidi consumptio, in quo viget contraria qualitas; sicuti generatio est prima animæ participatio in naturali calore, & vita est illius permanentia, quod experientia, & Aristoteles testantur in libro*

De vita, & Morte. *de Vita, & Morte. Idque ex definitione senectutis confirmari potest, quæ est corporis exiccatio, & propterea humidi assumptio, caloris pabulum. Signum quoniam humanum corpus continuò efficitur terrestre, cor exiccatur, vitæ, & operationum vitalium*

4. Meteor. 2 *principium. Totum hoc manifestatur ex Aristotele in lib. 4. Meteororum cap. 2. dicente, omnem secundum naturam corruptionem in putredinem viam esse, vt senectus, & ariditas; sicuti videmus in animalibus quo ad senectutem, & præcipuè in vltimo senio, & in plantis, quo ad ariditatem, in quibus ariditas appellatur plantæ interitus, & in animalibus senectus, quod qui-*

De Vita, & Morte c. 14. *dem expressit Aristoteles in libro de Vita, & Morte cap. 14 vbi dicitur. Omnibus animalibus communem esse generationem, & mortem. Et mors hæc quidem violenta: illa autem secundum naturam. Et illa est violenta, quando est à principio extrinseco: secundum naturam autem, quando in ipso, & partis consistentia ex principio talis, sed non aduentitia aliqua passio. In plantis igitur ariditas, in animalibus autem vocatur senectus. Et post senectutem, quæ est exiccatio, sequitur interitus, quomodo sequitur putredo, & postmodum & quid aliud videmus præter terram, & cinerem? Et rectè quidem. Nam interitus post*

illam

illam exiccationem; sed adhuc est mixtum cum forma mixti, sed postea terra, & cinis. Vnde ante omnia est exiccatio; & quoniam humiditas aliqua relinquitur, putredo sequitur, & post putredinem terra, & cinis. Vnde putredini dixi pater meus es tu soror mea, & mater mea vermibus. Vnde est illud. Quid superbis terra & cinis? Non enim est perfecta resolutio, nisi ad terram, & cineres; quoniam adhuc manet mixtum, ex quo vermes generantur qui putredinem supponunt. Non enim est interitus caloris, vt omnino aboleatur, sed destruitur calor secundum eam destructionem, qua anima in illo corpore permanere non potest, neq; suas operationes edere valet; sed calor, qui iam est in illo corpore secundum illum gradum reperitur, qui formæ mixti est proportionatus, & vltimus iste calor, sequens formam mixti ad putredinis generationem destruitur, cum iam esset secundum eam proportionem, per quam possunt animalia generari, quæ ex putredine generantur. Forma etenim mixti putredinem illam antecedit: quomodo qualitates illam formam insequuntur, vt tandem nihil aliud colligamus nisi terram, & cineres. Quare continua exiccatio cum frigiditate complicata Diminutio corporis hoc attestatur. Signum esse potest, quia in senectute non ita facilè operationes absoluuntur, sicuti in alijs temporibus. Debilitas in sene cōtrahitur, quo ad peragendas operationes sensitiuas: quod quidem manifestum est ex Aristotele in 1. de Anima part. 65 dicēte, quod si senex haberet oculum, vt iuuenis, videret, vt iuuenis, & totum hoc prouenit ex siccitate, iam in organo contracta. Interitus igitur à qualitatibus contrarijs, quæ adinuicem debilitantur, & destruuntur. Et existentibus actiuis, & passiuis qualitatibus, cum istæ semper agant, & illæ patiantur, impossibile est, non esse transmutationem; itaut ex contrario sit transmutatio. Signum horum omnium esse potest, quia illi longioris vitæ esse dicuntur, in quibus caliditas, & humiditas vigent, dummodo in mediocritate consistant, quia caliditas & humiditas quo ad moderantiam vitæ principia esse dicuntur. 1. Aphor. 14. 1. de Aīa 65.

Consumptio igitur humidi, & extinctio caloris, interitus est. Continuò igitur consumitur humidum radicale. Quomodo igitur dicendum est, primum parentem Adamum fuisse immortalem?

Explicantur ea, quæ super scripta sunt ex distinctione caloris, quibus confirmatur, Adamum in illo statu fuisse mortalem, & declaratur materiæ fluxus.

TRes modi caloris in homine sunt excogitandi:
cœlestis, naturalis, & elementaris. Partitio
2. de Gener. *est Aristotelis in libro secundo de Generatione*
Ani. 3. *Animalium cap. tertio. De calore cœlesti ibi-*
dem verba facit, illum in semine, & in spu-
mosa parte seminis collocans, dicens. In semi-
ne omnium inest quod facit, vt fœcunda sint
semina, videlicet quod calor vocatur, idq; non ignis, non talis fa-
cultas aliqua est; sed spiritus, qui in semine, spumosoq; corpore con-
tinetur, & natura, quæ in semine est, proportione respondet ele-
mento stellarum, qui re vera non est ignis; quandoquidem ignis
nullum animal generat. Et iste calor, sicuti calor cœli dat vitam
vegetabilem, sensibilem, & animalem, ex libro de substantia orbis
De sub.or.2. *cap. 2. Calor namq; solis, diffusus in aere, & aqua, generat ani-*
malia, quæ ex putredine oriuntur. Totum hoc præstauit sollicitu-
do diuina, dando seminibus virtutem, qua de re verba facit Auer
2.de Aīa 34. *roes in 2. de Anima com. 34. dicens. Sollicitudo diuina cum non*
potuerit facere generabile, & corruptibile permanere secundum
indiuiduum, miserta est in dando ei virtutem, qua possit perma-
Genes.1. *nere in specie. Vnde est illud Genesis cap. 1. Germinet terra her-*
bam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum fa-
ciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit su-
per terram. Vnde produxit terra herbam virentem, & facientem
semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens
vnumquodq; sementem secundum speciem suam. Et recta ratione
factum est: siquidem nihil erat quod Deus iterum crearet, si spe-
cies per semina conseruari possent, quibus contulit virtutem diui-
nam, vt res permanere possent in specie. Et est calor, existens in
semine, non calor igneus, sed spiritus, illud penetrans, faciens, vt
fœcunda sint semina, proportione respondens elemento stellarum,
qui instrumentum animæ esse dicitur, deseruiens omnibus opera-
tionibus animati corporis, quæ fiunt ab anima, quæ est principium

quo

quo illarum operationum. Et isti modi caloris à posteriori respectu operationum distinguuntur, sicuti & ex diuersitate subiecti. Nam ex doctrina Arist. in 5. Metaphys. Duo accidentia solo numero differentia, in eodem subiecto esse non possunt, itaut isti caloris modi, cum hoc pacto dicantur, non distinguantur realiter. Alius namque est istorum calorum modus, diuersaque operationes ab illis proueniunt. Sed non sic dicitur de elementari, a quo fiunt operationes elementares, quemadmodum à naturali naturales, & a cœlesti, quæ ei proportione respondent. Elementalis est igneus, in homine existens dum à febre corripitur. Appellatur namq; ab Hippocrate magna febris ignis, sicuti dicitur igneum vlcus, quasi febricitans, in libro de Fracturis: siquidem febris à feruore dicitur, per quam corpus feruet. Græcè etenim dicitur pyros à pir, quoniam est ignis, cum per illam corpus igniatur: nam in febriente illæ qualitates retinentur, quas dicimus habere ignem. Definitur namque febris esse passionem calidam, & siccam; cum sit conuersio natiuæ caliditatis ad igneam, quod videre est apud Galenum primo Aphoris. com. decimosexto. Nam persentimus calorem immoderate augeri, vt hominem offendat, & actiones lædat: quo pacto à naturali calore maximè diuersatur: quandoquidem ex tactu hunc esse mitem, suauem; vnde & illi sensui gratum, in mediocritate consistentem, vaporosisque spiritibus repletum esse sentimus: At in febribus illius acredinem, mordacitatem, & adurentiam percipimus, quomodo sensus tactus, disconuenientiam percipiendo, læditur, quippe qui ad igneam naturam conuertitur, quod quidem sensus tactus iudicare videtur, si torax tangatur, & vbi arteriæ magnę sitę sunt. Ex quibus patet, calorem febrilem in humidũ radicale agere, in quo calor naturalis habet fundamentum, iam per febrem ad igneã naturã conuersus, tãtę actiuitatis existens, vt agat eodẽ modo, quo agit ignis, inquantum calidus, cuius qualitas maximè est actiua, omnia combustibilia in sui naturam conuertens, nihil generans, cum ad quamlibet generationem humiditas requiratur, in quam agit calor igneus, & ex consequenti calor febrilis, quomodo vim destruendi habet; sed non sic calor cœlestis, & naturalis, qui à principio generationi deseruiunt, operationes secundum naturam perficiunt, qui nihilominus processu temporis per exiccationem labefactantur. Vnde calor igneus naturales impedit operationes, qui propterea præter naturam appellatur, vt concoctioni ex sua substantia noceat,

5. Metaph.

De Fract.

1. Aphor. 16.

De Nat.Fac. 8. *quod manifestat Galenus in libro secundo de Naturalibus Facultatibus cap.* 8. *Nam concoctiones a naturali calore celebrantur, vt manifestum est in* 2. *de Anima part* 50. *& in* 4. *Meteororum* 14. *quomodo omne animatum hunc habet calorem, animæ instrumentum. Perpendamus, quæ siccitates in febribus introducantur, cum Hippocrates* 3. *in* 1. *Epid. part.* 19. *vocet magnam febrem ignem. Fumi re vera, erodentesq; generantur halitus, sitis magna, cutis siccitas, color pallidus, segnities, læduntur operationes omnes, & demum materia cineritia, ignis effectus. Et vnde quæso, nisi quia calor ille febrilis, multoties furens agit in humidum radicale, illud consumens? Testes sunt febres ardentes, febres hecticæ, & marasmus ex senectute. Nam in aliquibus siccitas in fieri esse dicitur, in quibusdam verò in facto esse, siquidem dum aliquid mouetur, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem. Qua ratione in quibusdam facta est actualis siccitas. Nam quædam sunt corporis partes, quæ aliquando sunt in calefacto esse, aliquando in calefieri: nam quando spiritus accenduntur, & febris ephemera generatur. caliditas in facto esse in spiritibus reperitur; in humoribus verò, & in partibus solidis in calefieri, quæ semper cum siccitate coniuncta videtur; quod ex effectibus manifestum redditur. Percipitur namque cutis siccitas, materia cineritia; victus humidus conuenit febri, vt febris est, sudores & madores detruduntur, per quos multoties febres iudicantur, & præsertim in febre ephemera. Tum quia intelligimus calorem febrilem calori naturali esse contrarium. Scriptum est enim ab Alexandro Trallianο in libro* 12 *cap.* 1 *essentiam febris nihil aliud esse, quam cordis, tum arteriarum calorem, naturali contrarium. Et quoniam calor naturalis in humiditate consistit. Febrilis igitur in siccitate, illi contrariatur. Gradus etenim caloris in febre augentur, quod ex eo confirmatur, si iam dictæ partes tangantur, et sunt illæ partes, vbi arteriæ magnæ sitæ sunt, & torax. Et hoc expressit Aetius in lib. quinto cap.* 7 *dicens, febrem esse calorem præter naturam cordis, & arteriarum, vitalem firmitatem lædentem, ex profundo emergentem, acrem, & mordacem ad tactum allabentem, præsertim circa thoracem, & vbi arteriæ magnæ sitæ sunt. Et huius veritatis hoc signum esse potest, quia à calore febrili operationes læduntur, & multoties abolentur: a naturali verò perficiuntur: vnde ab illo morbus, & tandem interitus; ab isto sanitas, & vita. Percipitur*

Marginal notes: 2. de Aīa 50. — 4. Meteo. 14. — 3 in 1. Epid. 19. — Alex Trall lib. 12. c. 1. — Aetius lib. 5. cap. 7.

tur autem maior, & minor siccitas ratione subiecti, in quo ille calor extraneus accenditur. Nam in marasmo, vel in fine vltimi termini febris becticæ tota ferè humiditas consumpta est. Vnde dicimus, in febre esse potius transmutationem natiuæ caliditatis ad igneam, quàm calorem transmutatum esse. Siquidem tunc naturalis calor omnino deperditur, quando vitam cum morte commutamus. Non enim in febre calor naturalis omnino abo-letur. Signum, quia in febrientibus calidi innati operationes apparent, concoctio scilicet, & aliæ naturales operationes, cui si gradus caloris extranei addantur, fit igneus. Vnde soluitur illud, quod scriptum est in quinto de Physico Auditu, vbi dicitur, in mutatione contraria non remanere. Nam dicimus febrem esse transmutationem caloris naturalis in igneam, & non transmutatum esse: siquidem actio, quæ fit in humorem putrescentem, partim dicitur concoctio, & partim putredo. Quomodo dicimus, calorem naturalem concoctionem, & alias naturales operationes operari, qui gradus recipiens, malos induit effectus, quia non semper benè regulatur. Quomodo non solum ratione materiæ in qua calor præternaturam accenditur augentur qualitates; verùm etiam a forma qualitates regulari non possunt. Horum omnium signum à contrario desumitur. Nam si materia ignita in aqua feruenti imponatur, aut plumbum liquefactum, illa extinguitur, & illud in pistrinam spissam naturam conuertitur, vt in aqua illa secundum totum frigiditas non amittatur. Sic in febrienti secundum totum calor naturalis non deperditur. Et id animaduertens Hippocrates inquit 1. Aphoris. 22. concocta esse medicanda, quæ concoctio caloris naturalis beneficio celebratur. Et in excretionibus dicunt Medici, concoctam esse materiam, benè prognosticantes ex concoctione. Tum quia viuit æger, & vita esse non potest sine calido innato, operationes vitales operante. Vita etenim nostra in calido, & humido consistit, quo febris nutritur, & augetur, aliæq; naturales operationes præstantur. Vnde si naturalis calor consideretur, siue ad igneam naturam conuersus, siue in esse naturali, semper est cum iactura humidi radicalis, quomodo calor diuersos gradus adipiscitur inquãtum subiectum est diuersum. Cuius rei signum ætates esse possunt, sicuti & febres, quæ ratione subiecti distinguuntur. Est enim in pueris illa caliditas, quæ percipitur iucunda sensui tactus, correspondens aereæ caliditati, & tempori veris, temperato.

5. Phys.

1. Aphor. 22.

Sed in iuuenibus maior caliditas acris, & mordax, sensui tactus disconueniens viget, in quibus bilis calida, & sicca prædominium habet proportione respondens igni & æstati. Et ex febribus quædam sunt tantum mites : aliæ manui mordaces : aliæ mordaces quidem, sed post insurgentes : aliæ acutæ aliæ aspectui terribiles : aliæ in totum debiles, aridæ : aliæ salsuginosæ : aliæ statim perurentes : aliæ tactui humectæ : aliæ rubeæ : aliæ valdè pallidæ : aliæ

1.6.Epid.29 *liuidæ ex sententia Hippocratis 1. 6. Epidemiorum part.29. Sicuti si accendatur ignis in diuersis materijs, vt in stuppa, & in materia densa. Vnde calor innatus deperditur, & ex consequenti quando caliditas febrilis introducitur, semper humor radicalis deperditur. De iactura igitur humidi radicalis febres veritatem manifestant, in qua cum caliditate semper est adiuncta siccitas, quæ aliquando desideratur in febris definitionibus a Galeno excogitatis, & litteris mandatis, vt manifestum est in 8. Me-*

8. Met. c. 1. 1. de Diff. feb. 3. *thodi cap 1. & in primo de differentijs febrium cap. 3. vbi dicitur, calidum, frigidum, humidum, & siccum esse corporum elementa; primasque ex horum intemperaturis constitui ægritudines, ex quarum numero febris vna est, quando in corde quædam præter naturam caliditas generatur. Sed præternaturam caliditas, quæ est extranea semper cum siccitate coniuncta esse videtur; sed aliquando siccitas non est ita vehemens, vt lædat operationes. Vnde si quis dixerit. Febris lædit sua caliditate. Ergo nullam habet siccitatem, neganda est consequentia. Non enim adest caliditas illa vehemens præter naturam absque siccitate.*

9. Meth. 14. *Et totum hoc comprobari potest, ex Galeno in libro nono de Methodo medendi cap. 14. vbi dicit, in omni febre conuenire humectantia, & refrigerantia. Et quoniam contrariorum contraria remedia sunt, & febris in calido consistat, qui est præter naturam : remedia frigida, & humida sunt adhibenda, sicuti & victus ratio ad qualitates illi contrarias vergere debet, & sunt*

1. Apho.16. *frigiditas, & humiditas, iuxta illud 1. Aphoris. 16. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, præcipuè pueris, & ijs, qui tali victu vti consueuerunt. Tum etiam conuenit humidus victus, vt facillimè in substantiam nutriti conuerti possit; &*

Cor. Cel. *ideo dicit Cornelius Celsus. Victus liquidus, quia venæ facillimè materiam illam liquidam attrahunt, & propterea facillimè di-*

In lib. de Alim. *stribuitur, vt faciliori modo cibus distribuatur, celeresq; fiunt nutritiones, iuxta illud Hippocratis in libro de Alimento. Qui*

cita

cita indigent restauratione, ad recuperandas vires, humidum optimum remedium est, & qui adhuc citius per odoramenta, ex illo secundi Aphoris. 21. Famem torexis soluit, idest larga vini potio, vt facilius sit impleri potu, quàm cibis, & citius restauretur corpus nostrum potu, quam alimento. Introducitur siccitas, quia introducitur sitis, quæ est appetitus frigidi, & humidi, quibus expellitur, & in illis qui febrem patiuntur, & in illis, qui sanitate fruuntur. 2.Aphor.21.

Ergo humidi radicalis absumptio: Cur igitur non materiæ fluxus? ita vt illa semper fluat; cum tamen forma superstes remaneat. Id autem esse nequit, nisi subiectum siccitatem contrahat. Humidum namq; illud est aereum, tenue, quod calore aereo coniungitur, cui quidem si gradus caloris addantur, ad igneam naturam reducitur, quæ introduci non potest, nisi qualitas contraria, quæ antea subiectum humidum reddebat adeò remittatur, vt idem subiectum a prædominante siccitate siccum denominetur; quomodo caliditas, quæ antea cum humiditate aerea erat coniuncta, cum siccitate coniungitur. Qua ratione, aut quis mutando complexionem, in biliosam transit complexionem; vel si illarum qualitatum gradus augeantur, calor in calorem febrilem transit, absumitur humiditas, quomodo corpus siccitatem contrahit. Idq; ex hoc manifestum redditur, quoniam calor ille, qui iam dicitur extraneus, accensus est in corde, demandatur per vniuersum corpus per venas, & arterias; nam cor; totumq; corpus dici possunt subiectum febris, illud radicale, istud verò, quoniam fouet calidum innatum, in naturam igneam conuersum. Et quomodo totum corpus non exiccatur? Re vera febris morbus vniuersalis nuncupatur, immò sola febris, licèt primo cor, & viscera occupet, dummodo impedimentum non interueniat, quod in febre liparia, & in principijs accessionum in febribus intermittentibus patere videtur. Et hoc animaduertens Galenus in 1. 6. Epidemiorum 19. scriptum reliquit, febrem esse caliditatem præter naturam maxime in totum corpus diffusam; sin minus, aut in plurimas, aut in nobilissimas partes, & intelligimus viscera. Sed calor ille ad igneam naturam conuersus, nisi impedimentum interponatur per venas, & arterias, tanquam per aquæductus, ad totum corpus demandatur, vt Auicennæ visum est, quomodo dicimus totum corpus febrire; quas vias Galenus in libro primo de Crisibus cap. 7. asserebat esse venas, & arterias, dicens febrem esse 1.6.Epid.19. De Cris. 7.

passionem generis venosi, intelligens venarum nomine venas, & arterias. Humidum igitur radicale, materiæ rationem habens per calorem febrilem exiccatur, in quod agit etiam calor naturalis, continuò illud exiccando. Quid igitur? Erat ne fortasse Adam primus parens eiusdem materiæ, eiusdemq; naturæ cum corporibus cœlestibus? Re vera corpus mixtum dicebatur, anima præditum. Erat ne absque corde, immunisque a quatuor primis qualitatibus? Absit, quia eiusdem naturæ vniuocè cum cæteris hominibus dicebatur, conueniens cum illis in nomine, & definitione. Cur igitur illius naturalis calor accendi non poterat, & ad naturam igneam trahi, & cor, totumq; corpus ignire? Febris igitur introduci poterat, illiusque corpus exiccari. Si enim corpus mixtum, elementa ad illam mixtionem concurrebant, quorum quatuor qualitates perpetuæ sociæ esse dicuntur, ex quibus ægritudines generantur, ex quarum numero febris vna est, quando in corde quædam præter naturam caliditas generatur cur a febre, immunis? Ex quibus omnibus colligitur, illam patientes, omnium malorum reginam, vel pati posse, ab interitu non esse sequestratos. Si enim rectum est iudex sui, & obliqui quid nam est illud secundum naturam existens? Vtiq; moderatum, & in animalibus, & in plantis, & in seminibus, & in omni organo. Immoderatum igitur est illud, quod est præter naturam. Et quoniam dicimus, sanitatem esse secundum naturam. Ergo moderatas requirit qualitates, ad hoc, vt sequatur rythmus; alioquin dissonantia. Ergo passiones alterantes ea alteratione, quæ ducit ad interitū, interuenientes ab ægritudinibus per quatuor qualitatum alterationem causant interitum. In immoderantia morbum; nisi modus in rebus ponatur, nisi sint certi, determinatiq; fines, per quos vltra, citraque nequit consistere rectum. Vnde calor humiditati aereæ coniunctus, bonos producit effectus, quod quidem ratione mediocritatis euenit. At non si cum siccitate coniungatur. Nam processu temporis adustiones generantur, concoctiones assassione celebrantur, quo pacto complexiones melancholicæ redduntur, omnino eustandæ, spiritum tristem, ossa exiccantem, reddentes. Sed exequamur quod scriptum est in libro Ecclesiastes cap. 3. & cognoscamus, sicut cognouit Sapiens, quod non est melius nisi lætari, & facere benè in vita sua, suaq; sorte esse contentum. Verum namq; est illud, quod aliquando cecinit Horatius.

Eccles. c. 3

Horatius.

Crescentem sequitur cura pecuniam. &

Multa

Multa petentibus desunt multa
Benè est cui Deus obtulit
Parca quod satis est manu. sed
Quanto quisq; sibi plura negauerit,
A dijs plura feret.
Denique sit finis quærendi:

Neque nos molestent prauæ sollicitudines, animam aggrauantes. Per humorem namq; melancholicum homines ad insaniam rediguntur quæ periculosæ a Medicis censentur, iuxta illud Hippocratis: desipientiæ, quæ cum risu fiunt, sunt securiores; quæ verò cum studio, sunt periculosiores. Illæ etenim ex sanguinis abundantia generantur: istæ verò ab assata bile, omnino molestissima, contrarias retinente qualitates, ab illis, à quibus vita nostra originem ducit. Est enim atra bilis inter humores, quemadmodum terra inter elementa; ista fex omnium elementorum, illa verò omnium humorum. Quomodo igitur humidum radicale non absumitur? Corpus enim ad senectutem tendit, & ad exiccationem ex consequenti: testatur canities, præcedens laboriosam senectutem. Neque dicatur, humidum tantùm cibale absumi. Nam mirum profectò esset, quomodo constituantur in esse agens, & passum, passumq; agendo agens, non patiatur, cum & agens in agendo repatiatur. Sunt etenim caliditas, & frigiditas qualitates actiuæ: humiditas, & siccitas passiuæ, quæ contrariantur secundum tactum. Neq; est existimandum, illas qualitates merè passiuas esse iudicandas, cum humidum à sicco patiatur, & hoc ab humido repatiatur; quandoquidem sunt qualitates contrariæ, inter quas pugna oritur, quæ absque actione, & passione esse non potest. Sed aliæ qualitates primæ maioris actiuitatis esse dicuntur, quæ & ipsæ agunt, & patiuntur adinuicem. Audiamus, quid de siccitate dicatur, & humido ab Arist. Siccum est, quod est facilè terminabile proprio termino: Humidum verò, quod proprijs terminis terminatur, sed alieno. Et terminari est pati. Ergo patiuntur. Calidi verò est aperire, & rarefacere: frigidi verò frigefacere, & condensare. Sunt ergo qualitates actiuæ. Quomodo dicimus, quatuor elementa ratione illarum qualitatum ad mixtionem concurrere; siquidem illis qualitatibus natura vtitur, per quas alteratio oritur, ad mixtionem pernecessariæ, perinde ac si essent illius instrumenta. Et totum hoc ratione vnitatis, iuxta mixtionis definitionem; quomodo forma mixti ponitur in esse,

quæ

quæ in alijs formis continentur, sicuti trigonum in tetragono: nam superius facta collatione ad inferius formæ habet rationem, respectu continentiæ. Vnde inalterationis motu, a quatuor primis qualitatibus eueniente, reactio prouenit, intensionem, & remissionem suscipientibus. Et materia mixti medijs illis primis qualitatibus, illius formam recipit, quod quidem segregatione, & congregatione partium similarium, & dissimilarium præstatur: qua ratione sunt in corpore mixto, sicuti & elementa, in esse refracto. Et quomodo sine alteratione? Vnde sequitur reactio, quæ est huius naturæ, quod agens in agendo repatiatur; dúmodo agens sit proximum, non remotum, agens, & patiens in materia communicent: agens sit per se, & non per accidens, & non sit actio spiritualis Et quæ nam actiones à calore febrili? Vtique absumentes, & tandem destruentes Reactiones igitur inter calidum, & frigidum, humidum, & siccum. Et tandem consumptio humidi, & interitus perpetuò fluente materia. At dum calor naturalis in suo esse naturali permanet, humidumq; in sua debita symetria conseruatur, perfectissimæ operationes præstantur; sed debilitatem contrahit, deperditur humiditas, contrariaq; qualitas inducitur; quomodo imbecilles apparent operationes, vt tandem anima in subiectum illud suas operationes edere non possit. Est enim aptitudo materiæ conditio, instrumento non existente improportionato. Vertitur symetria in dissonantiam, & tandem dicere possumus quoad corpus. Versa est in luctum cithara nostra. Et cur non cithara corporis primi parentis?

Et in hoc maxima altercatio orta est inter Hippocratem, cuius partes sequitur Aristoteles, & Platonem, qui in hoc sicuti in multis alijs suum præceptorem dereliquit. Illi etenim naturalem calorem in substantia aerea, & aquea consistere rati sunt qui a Platone ignis appellatur. Veram autem esse illorum sententiam, ex hoc confirmari potest; quia semen paucam omnino terream substantiam participat, plurimum verò calidi, & humidi in ipso continetur, ita ut illius substantia sit aerea, & aquea ex sententia Galeni 1. Aphoris. com. 14. Et 8. de Placitis cap. 7. reprehenditur sententia Platonis, quando dicitur, melius fuisset dicere, insitum calorem esse in corporibus nostris, quam illum ignis nomine appellare. Ignis re vera, solus consideratus, nullum animal generat 2. de Generat. Animal. cap. 3. Et re vera Galenus optimè insurgit cōtra Platonem, supponens, febrem esse passionem calidam,

1. Aph. c. 14.
8. de Plac. 7.
2. de Gener. An. 3.

& siccam,

& siccam, cum sit conuersio natiuæ caliditatis ad igneam. Si calor ille ignis dicatur, in febricitantibus, citius operationes absoluerentur. Sed non sic euenit. Dicit enim Hippocrates 1. Aphoris 15. Ventres hieme, & vere natura, idest calore naturali calidissimi sunt, & somni longissimi; & declarans, quid intelligat per hoc quod dixit natura, subdit. Etenim tunc calor innatus copiosior est. Quare calor innatus est ille, qui operationes perficit, quę tamen in febrientibus læduntur: cum fiat inflammatio, quæ nocet operationibus, inquit Auicenna, per quem calorem perfectæ concoctiones non celebrantur; sed non concoctiones, quæ fiunt per assationem: sed a calore naturali bene regulato concoctiones, quę elixatione fiunt, ex libro 4 Meteororum cap. 4. At semper est illius iactura, quia sequitur pugna, & in agendo repatitur; sed non omnimoda victoria. Vnde non est absolutè agens dicendus; sed reagens, cum agens victoriam consequatur. Sicut duobus ducibus euenire solet, simul certantibus, & nullus interimat; at si alterum alter occidat vincens rationem habet agentis; quia inimicum vincendo, actionem operatus est, quemadmodum occisio testatur, in quem inimicus occisus amplius reagere non potest, inter quos multoties sequitur pugna Cadmica. Cadmus enim duos filios habuit, Theucrum, & Pollinicem, qui se mutuis vulneribus enecarunt. Et ad reactionem eandem requiri materiam, declaratur in libro primo de Ortu, & Interitu part. 53. & 54. vt sint eiusdem speciei, qualitates contrarias retinentes quia nihil idem à seipso patitur, sed à contrario. At quæcunque non habent eandem materiam, faciunt impossibilia, existentia; vt medicatiua, idest ars medendi, faciens sanitatem, nihil ab eo patitur, qui recipit sanitatem. Cibus autem faciens, & ipse patitur: aut enim calefacit, aut refrigeratur, aut aliquid aliud patitur, simul efficiens. Facultas autem medendi est veluti principium; cibus autem vltimum, ac tangens. Ex quibus elicitur, primum efficiens non pati ab eo, quod efficit, sicuti dicimus, proximum efficiens pati; cum tamen primum immobile esse possit, vt Medicus, & vinum, quæ causa mouens est illius principium, cum semper per vnde motus principium causa efficiens describatur. Ergo quemadmodum primum mouens est immobile, ita primum efficiens non repatitur. Et vnde reactio? ratione contrarietatis. Et quæ nam est reactio inter qualitates corporales, & spirituales? Quare in materia debet esse conuenientia, vt fiat reactio. Imponatur in

1. Aphor. 15

Auic.

4. Meteo. c. 4

1. de Ortu, & Int. 53. 54

sinu

sinu manus frigida, reactio sequitur, quoniam in materia communicant, quæ reactio est secundum eandem contrarietatem, vt expressit Aristoteles in 4. de Generatione Animalium cap. 3. Nec immeritò; quia nihil idem respectu eiusdem est agens, & patiens, mouens, & motum, in actu, & in potentia; sed cum respectu diuersorum idem sit agens, & patiens, mouens, & motum, in actu, & in potentia, causatur reactio Est enim facienda mutatio quoad qualitates. Ergo potentia frigidum est actu calidum: & actu frigidum est in potentia calidum. Nam quod est actu calidum, per mutationem à conrario fit actu frigidum, & quod est actu frigidum, a contrario fit actu calidum. Ergo agens patitur, & patiens reagere videmus. Sicuti dicimus, quod omne mouens Physicum in mouendo mouetur; vt ea, quæ in materia conueniunt, adinuicem agunt, & patiuntur. 3. Phys. part. 8. & 1. de Ortu, & Interitu. Totum hoc resistentia indicat: nam videmus, quod pellens pellitur, & à re calida frigidam calefieri, & rem frigidam rem calidam refrigerare. Vnde dicimus, actionem esse ab agente inquantum est in actu, quod patitur inquantum est in potentia; vt nihil probibeat, vnum, & idem esse in actu, & in potentia quoad qualitates contrarias, quod quidem prouenit ratione materiæ, cuius est pati, & moueri, & ratione formæ, cuius est agere, atq; mouere 2. de Ortu, & Interitu part. 53. Qua ratione diuersæ, immò contrariæ qualitates in ferro v. g. ignito, & in aqua imprimuntur, seu potius de potentia ad actum extrahuntur. Et reactio perpetua esse non potest: Nam cum contrarium in contrarium agat, tandem vnum alteri cedit, & sequitur interitus. Quid igitur de primo parente dicendum est in statu innocentiæ? Nunquid immortalis? Modi caloris agentis considerentur, primæ qualitates agentes, & patientes adinuicem, & ex consequenti magna ratione contrarietatis, & an perpetua esse possit, humidum radicale, quod continuò absumitur, & exiccatur. Et quas angustias Ioannis Grammatici opinio patiatur, de materia, ab illo excogitata, quæ non semper fluit inquit ille; sed ad finem vsque permanet, quæ tandem necessarium est, vt destruatur, & præcipuè quando agens superat passum quo ad gradus, quod dicimus de calore tum febrili, tum naturali, an scilicet sit reactio. Nam actio fit à proportione maioris inæqualitatis, quomodo sequitur victoria: quoniam passum agenti cedit, cui resistere non potest ratione maioris virtutis; quomodo illa sequitur victoria,

4. de Gener. An. 3.

3. Phys. 8. & 1. de Ortu, & Interitu.

2. eius. 53.

quæ est agentis ad suum patiens. Et hæc propriè appellatur actio & non reactio, quæ re vera reactio ante victoriam erat appellanda, cum inter contraria esset singulare certamen. Quomodo ergo Adam, ex quatuor elementis compositus, secum ducentibus quatuor qualitates contrarias, interitui non erat subiectus, qui tandem interitum erat passurus? Nam vltimò omnino erat exiccandus per continuum materiæ fluxum ratione reactionis, & repassionis, quæ cum æternæ esse non possent ratione violentiæ, tandem ad actionem, & ad victoriam concertatio erat terminanda. Nam ante victoriam vtrumq; reagere, & repati dicebatur; sed post victoriam, hoc propriè appellatur agens, illud verò patiens. Et ad hoc, vt aliquid dicatur agens, requiritur maior virtus & patiens ad hoc vt dicatur, minor resistentia. Nam si in agente debilior virtus reperiatur, & in altero maior resistentia, agens potius patitur, quam agat. Ista omnia manifesta sunt in corpore mixto ratione quatuor primarum qualitatum. Ergo continuus materiæ fluxus, & humidi radicalis consumptio. Quomodo necessariò materia requiritur, & causa agens, ex qua ab agente istæ formæ eliciuntur, vt potentia calidum fiat actu calidum, quomodo præsto est alteratio ad interitum via & est doctrina Aristotelis in 4. Physicorum part.84. & 1. de Ortu, & Interitu part.29. dicentis, vnam esse materiam contrariorum calidi, & frigidi, & aliorum contrarietatum, & ex eo, quod potentia est, id quod est actu fit, & non separabilis quidem est materia: ipso autem esse diuersa est, & si forte fuerit caloris, & caliditatis, & frigiditatis. 4. Physi. 84. 1. de Ortu, & Inter. 29.

Vnde ex his soluitur quorundam Latinorum ratiocinatio, consistens in actionis, & passionis vicissitudine. Nam si est concedenda reactio, aut agens, & patiens sunt æqualis potentiæ, vel inæqualitas est consideranda. Si æqualitas. Vnde actiones, vt vnum in alterum agere possit? Nam ab æqualibus non prouenit actio; sed est a proportione maioris inæqualitatis. Sed si dixerimus, esse inæquales, habens maiorem facultatem, in alterum aget. Sed quomodo imbecillioris facultatis existens, in aliud agere potest, cum actio fiat à proportione maioris inæqualitatis? Alioquin hoc non esset dicendum; sed esset excogitandū prædominium agentis, seu illius virtutis, passi resistentiam superantis. Nam re vera propriè non dicitur actio, sed reactio; siquidem vim vi repellere licet. Sed tunc est actio, quando sequitur victoria. Et istius

doctrinæ

doctrinæ fundamentum esse potest, quia operans respicit finem, per quem operatur. Vnde quamuis actu operetur, quoniam resistentia est ex parte passi, cum finem non consequatur, per quem agens agit; inde est, veram actionem appellari non posse; sed reactionem. Fit etenim resistentia per contrariam qualitatem, quæ superanda est, & in suam naturam est conuertenda, vt vera actio consideretur. A fine namque, quem adhuc agens non consecutum est, vnumquodq; denominare iustum est, ex libro secundo de
2. de Aĩa 49. *Anima part 49. Quo pacto dicimus, actionem, quæ est cum victoria a proportione maioris inæqualitatis ortum ducere; sed consistit in hoc reactio ex ipsa resistentia.*

Et si quis dixerit, idem respectu eiusdem esse agens, & patiens, mouens, & motum, in actu, & in potentia, vt manifestum est de igne & aqua. Dicendum, elementa esse corpora naturalia, quæ ex materia, & forma sunt composita. Quare & ex potentia & actu; & propterea dicimus, ignem agere inquantum calidus est, & caliditatem esse instrumentum, suæ formæ substantialis; sed patitur inquantum est in potentia frigidus; et actio est per suam formam, inquantum est principium quo, et per suam materiã patitur; quoniã sicut forma est principiũ actiuum; ita materia est principium passiuum. Est.n in igne receptiuum principium, concernens potestatem ad vtrumq; contrarium. Materia namque, cum recipiat, non potest esse principium actiuum. Vnde tandem in reactione, & repassione, victoria sequitur, interitusq. per maciem, & exiccationem totius corporis. Et hanc veritatem expressit Arist.
De Morte, & Vita c. 14. *in lib de Vita, & Morte c. 14. dicens, quãdo pulmo his obdurescit propter temporis longitudinem, & exanguibus brãchiæ illis quidem brãchijs desiccatis sanguineis verò exiccato pulmone, & factis terrestribus non possunt has partes mouere, neq. eleuare, & cõtrahere; quomodo si paruæ passiones aduenerint in senectute moriuntur senes, nam existente pauco calido, quoniam per temporis longitudinem multa facta est euaporatio, si quid accidit præter naturam citò extinguitur. Sicuti momentanea, & parua in ipso flamma existente propter paruum motum extinguitur. Vnde & sine dolore est, quæ est in senectute mors. Quomodo sequitur exiccatio, corpusq; diminuitur. Cur igitur immortalis primus parens, qui cum esset corpus mixtum talia esset passurus? Nã cum continua esset perpessio, humidum radicale erat in continuo fluxu, continuò corpus exiccatur, & si reficiatur, humidum non ita*

purum

purum reficitur, cum illius puritatis iactura fiat, & quatuor qualitates agunt, & patiuntur ad inuicem, quæ actio, & perpessio non perpetuantur, cum violentiam patiantur.

Et iam confirmata veritas explicari potest exemplo eorum, qui nimia voluptate ad immodicam veneris exercitationem trahuntur, ex qua concitatione, corporis exiccatio oritur, & multoties totius corporis macies. Et vnde hoc, nisi ex humidi assumptione? quomodo sequitur marasmus, & interitus. Et veritatem de continua exiccatione corporis ita ad viuum expressit Gal. in lib. 1. de Sanitate Tuenda cap. 2. vt nihil amplius desiderari possit, dicens. Quod concoctum est in vtero à calore naturali primum cogitur, paulumq; concrescit, mox siccius redditur: vnde lineamenta quędam, & rudimenta membra retinent. Vlterius verò exiccatio sequitur; & rectè quidem, quoniam humidum est fluxile. Et si in lucem genitum edatur, magis augetur, & tunc magis exiccatur: & recta ratione; quia consistentia ex ipsa siccitate prouenit, quod res fluentes, & consistentes testantur. Nam cum in lucem edatur, in magnitudinem proficit, quod quidem absque siccitate fieri nequit, itaut quousque ad incrementum peruenerit, sine siccitate peruenire non potest. Nam humiditas. Ergo fluxus. Siccitas. Ergo permanentia. Terra etenim in æternum stat. Et augmentum semper exiccando procedit; vt incrementum omne sistatur inquit Galenus ossibus nimirum ipsis per siccitatem vltra sequacibus, & tunc cuncta membra robusta fiunt, & etiam vires suas summas obtinent. In eo verò quod sequitur tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusq; officium minus probè ministratur; sed etiam corpus ipsum macilentius, graciliusq; quàm antea redditur. Ergo siccatum, non macilentius modo; verum etiam rugosum efficitur. Artus quoque ipsi inualidi, atque ad motus suos incerti, incostantesque probantur. Et hæc affectio in animalibus senium nominatur, quod ex siccitatis excessu prouenit. Et recta ratione, quia extremæ ætates Ergo extremæ qualitates; itaut quo magis distamus ab ortu, eò magis a naturæ principijs elongatio fit, & sunt caliditas, & humiditas. Et sicuti istæ qualitates, causa vitæ dicuntur; ita contrariæ corpus exiccant, rugosum reddunt, terrestre, & tandem in terram siccam, & frigidam, de qua corpus sumptum est, resoluunt. Et si tria sunt corpora primogeniam substantiam nostram complentia, spiritus sanguis, et seminalis

De Sanitate Tuen. 2.

nalis humiditas. Ergo vita in calido, & humido consistit. Interitus ergo in contrarijs qualitatibus fundatur. Ex quibus totum redditur; ab ortu vsque ad occasum corpus nostrum continuò exiccari vt verum sit dicere, calorem illum, quo generata sunt corpora nostra, cum absumatur, illam humiditatem radicalem, in quam agit, exiccari, hominemq; vsque ad marasmum perduci, quem sequitur interitus. Et hæc omnia manifesta sunt ex De Long. & Bre. Vitæ c.3 *Aristotele in libro de Longitudine, & Breuitate Vitæ cap. 3. dicente opus esse accipere, animal esse natura calidum & humidum, & ipsum tale viuere. Neq. paucum oportet esse humidum, cum* 1. Prognost. *facilè ad siccum reducatur id, quod paucum est. Rugæ indicio esse possunt: nam extenuatur corpus, & per extenuationem laxatur cutis, quemadmodum in refectionibus distenditur. Totum hoc nobis facies hippocratica manifestat, in cauitate oculorum consistens, in nasus acutie, si tempora sint astricta, aures frigidæ, atq; contractæ, cutis circa frontem dura, intenta, arida, color totius corporis viridis, aut niger, quæ omnia a frigiditate, & siccitate proueniunt. Tum etiam in morbi longitudine corpora extenuantur, sicuti in maximis laboribus, & in his, qui patiuntur syncopem, inediam, & immoderatam euacuationem, & tandem in moribundis, & mortuis. Et vnde ista, nisi ex humiditatis consumptione? Cauitates namque repletione curantur, & ex consequenti humido replentur. Et demum omnia illa à causa consumente proueniunt. Etenim consumuntur partes animalium carnosæ, debilitatem contrahit innatus calor. & paulatim in corpore terrestreitas introducitur. Vnde & siccitates oriuntur, quomodo corpus & rugosum, & viride, & nigrum redditur.* Horatius 2. Car. ode 14. *Vnde neq; rugę, neque mors euitari possunt. Audiamus Horatium in 2. Carminum ode 14. scribentem ad Postumum, rugas, & mortem perpendentem.*

Hæu fugaces Postume Postume
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis, & instanti senectæ
Affert, indomitæq; morti.

Et quis nam color? Vtique pallidus, à frigiditate, & siccitate Idem 1. Carmin. ode 4. *proueniens, iuxta illud eiusdem Poetæ in 1. Carm. ode 4.*

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres.

Quod etiam Virgilius expressit in lib. 11. Aened. dicens.

Quod

Qualem virgineo demissum pollice florem
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi
Cui namq; fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit,
Non iam mater colit tellus, viresq; ministrat.

Remanent igitur duæ qualitates excedentes post interitum, vitæ contrariæ, & operationibus vitalibus, frigiditas, & siccitas. Quid igitur? Non ne calidum continuò agit in humidum? Vnde & materia est in continuo fluxu. Et ex his omnibus colligimus, Adamum esse interiturum, qui tandem erat exiccandus, qua siccitate anima cum non posset suas edere operationes in corpore, a corpore erat separanda, & mors est separatio animæ à corpore.

Proponuntur rationes Ioan. Grammatici de permanentia humidi radicalis, quæ soluuntur, & confirmatur Adæ interitus.

Confirmat Ioannes Grammaticus, & qui stant à parte illius, esse assignandam aliquam materiæ partem, non existentem in continuo fluxu, eāq; continuò vsque ad interitum permanere. Nam si tota materia flueret, & non aliqua conseruaretur. Ergo indiuiduum esset æternum, materia semper pubescente. Ergo nunquam ad senectutem deuenire contingeret. Id etenim per superuenientem materiam præstaretur, quæ quidem vigorem nutrito præstaret. Hoc idem à signo confirmauit, quoniam in carnibus & ossibus, quæ ex vulneribus inflictis in puerili ętate, & in iuuentute cicatrices factę sunt, vsque ad interitum, & vltra perseuerant.

Sed quamuis Auerroes illam sententiam in 1. de Ortu, & Interitu com.38. Alexandro imponat; sciendum tamen est, præstantissimum istum Philosophum à doctrina Aristotelea non discedere sicuti videri potest in libro primo Quæstionum Naturalium cap.5 & in libro de Mixtione, quibus in locis, nunquam dicit, humidum radicale non fluere, quod a calore naturali semper patitur, cum per vniuersum corpus diffundatur, quemadmodum, & innatus calor. Nam si agens est in actu, actuq; operatur, cur non iactura passi? Sumatur granum sinapis, & terra cooperiatur, iudicandum ne est illius seminis humiditatem in planta permanere

1. de Ortu, & Int. 38.
1. Quæst. Nat. 5.
in libro de Mix.

manere eandem, donec anima vegetatiua planta priuetur. Principium re vera operandi primum est anima 2. de Anima par. 24. quæ calore naturali vtitur, vt perficiantur operationes illæ; quomodo agit in passum, & est humidum, de quo calore, scriptum est in libro secundo de Partibus Animalium cap 7. quod ad exequenda animæ officia calor, omnium maximè administrandi vim obtinet. Et quomodo ista ferè minima humiditas, in tàm paruo semine existens, conseruatur et eò præsertim, quia planta illa omnibus oleribus maior euadit? Necessarium namq; est, semen putrescere. Et transmutatio substantialis efficit, vt nomen & definitio amittantur, & ad totam plantam extendi non potest; nam inquit Arist. in 1. de Ortu, & Interitu part. 35. augmentationem fieri secundum formam, & nō secundum materiam, quæ semper fluit, sed forma semper eadem manet. Et totū hoc optimè declarat Alex. in lib. 1. Quæst. Nat. c. 5. dicens, duo esse in eo quod augetur, quale scilicet, & quantum: et quod augetur est substantia ex vtroq; composita, & cum ipsum quantum vt materia subijciatur, & forma qualis locum teneat, quantum non manet idem: quale autem, quod est forma rei, quæ augetur manet. Et causa quare quantum non maneat est materiæ fluxus. Vnde id quod augetur secūdum materiam non augetur; sed secūdum formam, quę eadem manet Nam eius quod per se subsistit est augmentatio secundum id quod in eo manet. Et composita substantia est illa quę per se subsistit, quę manet secundum formam, cum tamen materia fluat. Vnde non possimus dicere, materiam esse augmentatam: nam etsi quandoq. permanserit; postea tamen fluit & permutatur, cū non sit in eo, quod auctū est, quippe quæ semper fluit, & permutatur, & nihil ipsius idem numero manet: at forma eadem manet, quousq; res seruetur.

2. de Aĩa 24. | 2. de Partib. An. cap. 7. | 1. de Ortu, & Int. 35. | 1. quęst. Nat. cap. 5.

Quare ad primum argumentum respondetur, negando, indiuiduum ęternitate gaudere, & nunquam ad interitum esse peruenturum: siquidem humidum radicale reficitur, ante deperditū per caloris naturalis, aut febrilis operationem; at non ita purum ratione reactionis reficitur, cum hoc sine iactura pręstari non possit, quomodo non ita fortius agere experimur. Ergo necessariò tēdunt homines ad senectutem, & eò magis à suarum generationum principijs elongantur, materia cōtinuò fluente, & eadem forma superstite remanente, quę doctrina varias habet expositiones Sed nulli dubium est, ea, quę mouentur motu augmentationis, et diminutionis secundum quantitatem variari, & ex consequenti secundum

materiam,

materiam, quam sequitur quantitas. Scriptum est. n. in libro 1. de Ortu, & Interitu part. 25. differentiam esse constituendam inter generationem, alterationem, & augmentationem: Generatio est ex potentia substantia in actu substantiam: circa passiones alteratio: & circa magnitudinem augmentatio, & diminutio, quę omnes mutationes sunt de potentia ad actum. Et in hoc ab alijs distinguitur, quod in alijs non fit loci mutatio, sicuti quæ augentur, et minuuntur, locum mutare dicuntur; sed non eodem modo. Nam quę mouentur secundum lationem totum mutant locum; quomodo dicimus, nullam partem ipsius, quod mouetur, esse in loco, in quo prius reperiebatur; sed in illis, quę augentur, & minuuntur, quoniam augmentatio fit per extensionem, in qua totum cum permaneat, partes mutare locum dicimus. Et hoc non accidit, quemadmodum in motu globorum cœlestium: nam illorum partes in illorum motu ad eorum motum mouentur, & non fit augmentatio & diminutio, quomodo semper est idem spatium; at eorum, quę augentur, motus est cum ambitu ampliori quoad partes, extensionem recipientes, maiorem locum occupantes, sicuti angustiorem locum occupant, quando decrescunt. Quare varietas est secundum quantitatem, & secundum materiam, quam sequitur quantitas; minimè verò secundum formam, & ex consequenti secundum speciem. Et propterea dicit Auerroes. Si aliquis dixerit, augmentum esse secundum formam, non est dicendum, formam, inquantum forma est, augmentari, cum augmentatio fit secundum magnitudinem, sed illud quod augetur in omnibus partibus non augetur, inquantum est quantũ; at in eo quod est quantum, habens formam. Et rectè quidem loquitur Auerroes, quoniam augmentatio propriè animatorum est. Nam multiplicentur corpora, tunc est dicenda iuxta positio. Vel si augeatur in inanimatis quantitas, sequitur per rarefactionem augmentum, quemadmodum accidit aeri, & aquæ. Ex quibus colligere licet, materiám adeò esse necessariam ad augmentationem, vt sine ipsa augmentatio esse nequeat, quæ est vna, & eadem numero, ratione verò non vna. Et ista vna, non vt punctum, aut linea; sed quæ nunquam affectionis & formæ expers esse potest. Vnde materia quanta ad augmentationem requiritur, quæ est formata; quomodo est quanta tanta, quia munus formæ est terminare. Et augmentationis tres sunt conditiones. Prima est, quod eius quod crescit, necesse est, & quamlibet partem crescere: idem dicendum est de eo, quod di-

1. de Ortu, & Int. 25.

minuitur. Secunda est, per accessum alterius fieri augmentationem. Tertia, vt illud, quod augetur, habeat eandem formam, idemq́; numero sit ante augmentationem, & postquam auctum est; quomodo eadem forma post augmentationem seruatur. Et in
1. de Ortu, & Interitu. *hoc differt augmentatio a generatione, vt docet Arist. in lib. 1. de Ortu, & Interitu. Asserendum est igitur, augmentationem esse cum materia tanta ratione formæ, semper remanet, sicuti et in alteratione: sed cum dicimus, ex aqua fieri aerem, non potest esse aeris generatio, nisi per aquæ interitum, sicut ex definitione generationis, manifestum est. Quare humidum radicale semper fluit; sed forma, & compositum permanent.*

Ad illud de cicatricibus respondetur, duas partes in hominibus esse considerandas, tenues, & crassas, in crassis est prædominium crassorum humorum, & præsertim terrestreitatis. Modo cicatrices aut fiunt in materia dura, & ex consequenti arida, aut in materia tenui, molli, & lubrica. In hac non remanent cicatrices: nam talis est materiei conditio, quæ in materia terrestri remanere dicuntur; siquidem illæ partes à calore naturali resolui nequeunt: etenim partes sunt densæ, & duræ. Et idcirco ex necessitate ad senectutem properãt homines. Vnde ille Philosophus iure optimo erat irridendus, de quo cum risu verba facit Galenus
lib. de Marcore cap. 2. *in lib. de Marcore cap. 2. qui librum composuit, agens suæ ætatis annum quadragesimũ, ostendens, quomodo quis possit senij expers perpetuò permanere; qui cum iam ad octuagesimum annum peruenisset, ad tantam gracilitatem, siccitatemq́; corporis deuenerat, vt si quis illius faciem aspexisset, faciem hippocraticam vidisset: & illam doctrinam docens, ad risum omnes auditores concitabat; & eò magis illius desipientia erat nota; quoniam infantium corpora se esse immortalia redditurum, pollicebatur; dummodo ad hoc essent idonei infantes, illiusq́; curæ sibi ab initio committerentur; qui tamen à philosophiæ principijs omnino erat alienus, elementorum naturam ignorans, illorumq́; alterationem. Tum quia, & quæ nam maior insania, quam cognitionem sensitiuàm derelin-*
8. Phys. 22. *quere, vt ad rationem confugiamus 8. Physicorum part 22.? Fluidum igitur semper humidum radicale, & ex consequenti materia, superstite forma, idest toto, formæ rationem habente, vnà cum ipsa anima. Quomodo igitur primus parens ab interitu erat immunis?*

Cum interitus sit naturalis, iudicandum est, primum parentem Adamum interitui esse obnoxium in statu innocentiæ.

INteritus mixtorum corporum naturalis est iudicandus, cum a principio naturali proueniat, qui & violentus esse potest a principio extrinseco, vt manifestum est in libro de Vita, & Morte. Hæc enim est differentia inter naturale, & id, quod violentiam patitur, quod naturale à principio intrinseco ortum ducit; sed quæ violentiam patiuntur, a principio extrinseco, ex vestibulo libri septimi de Physico Auditu, & est illud, quod est contra naturam 5. de Generat. Animal. cap. vltimo, & in libro primo de Cœlo. Quomodo igitur primus parens interitum fugere poterat? Per illum enim intelligitur formæ abiectio, quo priuatur compositum per formæ separationem, & extrahitur forma alia ex materiæ facultate a vero agente per verum motum, & veram mutationem; cum generatio vnius sit alterius interitus, & cum reciprocatione. Etenim generatio via ad naturam, quæ est forma, à materia tanquam optimum quoddam, & diuinum, est desiderata; interitus verò est illius formæ priuatio. Interitus igitur naturalis est appellandus, non respectu formæ, quoniam forma, à qua omne bonum substantiæ compositæ originem habet, inter cętera esse, & vnum esse confert; sed ea separata, cuius separatio est illius interitus, substantia composita destruitur; cuius rei causa in materiam ratione suæ contingentiæ referenda est 7. Metaph. particula 22. & 53. & 2. de Ortu, & Interitu part. 51. Est namq; præparatæ virtutis, atq; dispositionis ad nouas formas recipiendas. Et totum hoc à priuatione euenit. Vnde propterea naturalis interitus est appellandus, ex Philosophorum sententia, quia priuatio, quæ est interitus causa 1. Physicorum part. 80. quodammodo natura appellatur confertur ad formam, qua energia, vel potius per ipsam materia est disposita, seu præparatæ facultatis, vt nouam formam recipere possit, & ad illam appetendam, est in potentia 1. Physicorum part. 81. Vnde quando dicitur in secundo de cœlo part. 37. omnes impotentias, in animalibus existentes, præter

De Vita, & Morte.
7. Physic. in princ.
5. de Gener. Anim. vlt.
1. de Cœlo.
7. Met. 22. 53
2. de Ortu, & Int. 51.
1. Phys. 80.
1. Phys. 81.
2. de Cę. 37.

ter naturam esse, vt interitus, decrementum, & senectus. Hoc ex parte formæ est intelligendum. Expellitur etenim forma,& propterea compositum esse priuatur; quandoquidem locus formæ alteratur, quæ cum illis prauis materiei conditionibus persistere non potest; itaut separetur, quomodo sequitur & formæ,& substantiæ compositæ interitus. Morbosa igitur materiæ conditio, interitus causa videtur, per quam forma informare desistit. Et quoniam in materia appetitus ad nouam formam reperitur, illa priuatur seq; alia vestit, quoniam vnum subiectum habere plusquam vnam formam, impossibile est. itaut formæ dicantur sibi inuicem succedentes; quia (vt dicebatur) generatio vnius est alterius interitus, & cum reciprocatione; quo pacto abijcitur forma,& alia recipitur. Et sine abiectione illius formæ finem consequi non potest, non quod feratur ad interitum primò. Et totum hoc optimè patebit, si materiæ fluxum consideremus, quæ aliquando ad tantam intemperiem deuenit, vt sub ipsa forma persistere non possit. Et si quis dixerit. Viuere viuentibus est esse

2.de Aĩ 37. *2. de Anima part 37. & vnumquodque esse appetit, quod quidem boni, ideo appetibilis habet rationem; immo vnumquodque esse diuinum inquantum potest participare vellet, cuius causa agit*

2.de Aĩ 34. *quodcumq; agit secundum naturam 2. de Anima part. 34. Hoc ratione formæ,& non materiæ est intelligendum: quomodo sunt*

1. de Or. & Int.1. *glossanda verba Aristotelis in 1. de Ortu, & Interitu part.1. At senectus, & interitus præter naturam esse dicuntur quantum ad particularem naturam, indiuiduum, quantum potest, conseruantem. Non enim est præter vniuersalem naturam, esse generationem, & interitum. Finis namq; naturæ per generatiuam virtutem est, conseruare non idem numero, sed idem specie: quemadmodum nutritiuæ virtutis est conseruare idem numero, si posset, semper restaurando id, quod deperditum est; sed necessarium est tandem in reactione sequi actionem, vt victum vincenti cedat; cum in reagente non sit tanta resistentia, quoniam non est adeò vigoratum, vt temporis processu resistere possit; quomodo victoria sequitur. Ergo interitus, ab Aristotele naturalis appellatur, qui præcipuè naturalis est iudicandus, si est per exiccationem, & extinctionem calidi innati. Scriptum est enim in 4 Meteororum*

4.Meteo.c.2. *cap.2. simplici generationi contrarium maximè est putrefactio. Omnis etenim secundum naturam corruptio ad hoc via est, vt senectus,& ariditas. Assignandus namq; est finis horum omnium*

marcedo

marcedo, nisi aliquid violentia corruptum fuerit, natura constantium. Vnde cum corpora senescant ad interitum ratione siccitatis tendunt: quomodo verum est dicere, ipsam materiam continuò fluere, sub qua forma statuto tempore continetur, sicuti forma corporis artificiosi permanere non potest in ligno, quod putredinem contraxit. Et secundum naturam vniuersalem intelligenda est doctrina Aristotelis in libro quinto Physicorum part. 57. vbi distinguitur generatio in naturalem, & violentam, sicuti & interitus, qui naturalis fatalis nuncupatur, in determinata periodo consistens. Et totum hoc erit manifestum, si doctrinam Aristotelis inspiciamus in libro secundo de Ortu, & Interitu parte 56. & vltra, dicentis, causam generationis, & interitus continuitatis esse primum motum; sed causam generationis, & interitus esse motum planetarum, scilicet accessum, & recessum; cum per accessum res generentur, & per recessum intereant. Et in aequali tempore accessus, & recessus sunt secundum naturam; qua ratione interitus secundum naturam fatalis est iudicãdus, quemadmodum & generatio quam veritatem animaduertens Virgilius dixit.

5. Phys. 57.

2. de Ortu, & Int. 56.

Nam quia nec fato merita, nec morte peribat.

Sic enim à natura statutum est, vt omnia orta occidant, & aucta senescant. Omnium siquidem est ordo, & tempus, & vita eorum quae circuitu mensurantur; sed non aequaliter; sed maiori, & minori spatio: nam tempus est numerus, & mensura motus secundum prius, & posterius 4. Physicorum part. 101. Generationes igitur, & interitus fatales dicuntur: & fato illud euenire dicitur, quod naturale est, vt naturae institutionem, ordinemq; sequatur, ex necessitate materiae proueniens, quia secundum naturae cursum statutum est, omne illud, quod ex quatuor elementis est compositum, tandem in componentia esse dissoluendum. Et interitum esse de intentione naturae vniuersalis optimè declarat Sanctus Thomas in prima parte quaest. 22. art. 2. ad 2. dicens: corruptiones, & defectus esse in rebus naturalibus contra naturam particularem; sunt tamen de intentione naturae vniuersalis, inquantum defectus vnius cedit in bonum alterius, vel etiam totius vniuersi. Nam corruptio vnius est alterius generatio, per quam species conseruantur. Et in de Potentia quaest. 3. art. 6. ad 19. dicitur, formam, quae est generationis principium, esse per se intentam a natura vniuersali, & a natura particulari; sed pri-

4. Phys. 101

1. par. q. 22. art. 2. ad 2.

De Potẽ. q. 3 a. 6. ad 19.

ter naturam esse, vt interitus, decrementum, & senectus. Hoc ex parte formæ est intelligendum. Expellitur etenim forma, & propterea compositum esse priuatur; quandoquidem locus formæ alteratur, quæ cum illis prauis materiei conditionibus persistere non potest; itaut separetur, quomodo sequitur & formæ, & substantiæ compositæ interitus. Morbosa igitur materiæ conditio, interitus causa videtur, per quam forma informare desistit. Et quoniam in materia appetitus ad nouam formam reperitur, illa priuatur seq; alia vestit, quoniam vnum subiectum habere plusquam vnam formam, impossibile est. itaut formæ dicantur sibi inuicem succedentes; quia (vt dicebatur) generatio vnius est alterius interitus, & cum reciprocatione; quo pacto abijcitur forma, & alia recipitur. Et sine abiectione illius formæ finem consequi non potest, non quod feratur ad interitum primò. Et totum hoc optimè patebit, si materiæ fluxum consideremus, quæ aliquando ad tantam intemperiem deuenit, vt sub ipsa forma persistere non possit. Et si quis dixerit. Viuere viuentibus est esse

2.de Aĩ 37. *2. de Anima part 37. & vnumquodque esse appetit, quod quidem boni, ideo appetibilis habet rationem; immo vnumquodque esse diuinum inquantum potest participare vellet, cuius causa agit*

2.de Aĩ 34. *quodcumq; agit secundum naturam 2. de Anima part. 34. Hoc ratione formæ, & non materiæ est intelligendum: quomodo sunt*

1. de Or. & Int. 1. *glossanda verba Aristotelis in 1. de Ortu, & Interitu part. 1. At senectus, & interitus præter naturam esse dicuntur quantum ad particularem naturam, indiuiduum, quantum potest, conseruantem. Non enim est præter vniuersalem naturam, esse generationem, & interitum. Finis namq; naturæ per generatiuam virtutem est, conseruare non idem numero, sed idem specie: quemadmodum nutritiuæ virtutis est conseruare idem numero, si posset, semper restaurando id, quod deperditum est; sed necessarium est tandem in reactione sequi actionem, vt victum vincenti cedat; cum in reagente non sit tanta resistentia, quoniam non est adeò vigoratum, vt temporis processu resistere possit; quomodo victoria sequitur. Ergo interitus, ab Aristotele naturalis appellatur, qui præcipuè naturalis est iudicandus, si est per exiccationem, & extinctionem calidi innati. Scriptum est enim in 4 Meteororum*

4.Meteo.c.2. *cap. 2. simplici generationi contrarium maximè est putrefactio. Omnis etenim secundum naturam corruptio ad hoc via est, vt senectus, & ariditas. Assignandus namq; est finis horum omnium*

marcedo, nisi aliquid violentia corruptum fuerit, natura constantium. Vnde cum corpora senescant ad interitum ratione siccitatis tendunt: quomodo verum est dicere, ipsam materiam continuò fluere, sub qua forma statuto tempore continetur, sicuti forma corporis artificiosi permanere non potest in ligno, quod putredinem contraxit. Et secundum naturam vniuersalem intelligenda est doctrina Aristotelis in libro quinto Physicorum part. 57. vbi distinguitur generatio in naturalem, & violentam, sicuti & interitus, qui naturalis fatalis nuncupatur, in determinata periodo consistens. Et totum hoc erit manifestum, si doctrinam Aristotelis inspiciamus in libro secundo de Ortu, & Interitu parte 56. & vltra, dicentis, causam generationis, & interitus continuitatis esse primum motum; sed causam generationis, & interitus esse motum planetarum, scilicet accessum, & recessum; cum per accessum res generentur, & per recessum intereant. Et in æquali tempore accessus, & recessus sunt secundum naturam; qua ratione interitus secundum naturam fatalis est iudicãdus, quemadmodum & generatio quam veritatem animaduertens Virgilius dixit.

5. Phys 57.

2. de Ortu, & Int. 56.

Nam quia nec fato merita, nec morte peribat.

Sic enim à natura statutum est, vt omnia orta occidant, & aucta senescant. Omnium siquidem est ordo, & tempus, & vita eorum quæ circuitu mensurantur; sed non æqualiter; sed maiori, & minori spatio: nam tempus est numerus, & mensura motus secundum prius, & posterius 4. Physicorum part. 101. Generationes igitur, & interitus fatales dicuntur: & fato illud euenire dicitur, quod naturale est, vt naturæ institutionem, ordinemq; sequatur, ex necessitate materiæ proueniens, quia secundum naturæ cursum statutum est, omne illud, quod ex quatuor elementis est compositum, tandem in componentia esse dissoluendum. Et interitum esse de intentione naturæ vniuersalis optimè declarat Sanctus Thomas in prima parte quæst. 22. art. 2. ad 2. dicens: corruptiones, & defectus esse in rebus naturalibus contra naturam particularem; sunt tamen de intentione naturæ vniuersalis, inquantum defectus vnius cedit in bonum alterius, vel etiam totius vniuersi. Nam corruptio vnius est alterius generatio, per quam species conseruantur. Et in de Potentia quæst. 3. art. 6. ad 19. dicitur, formam, quæ est generationis principium, esse per se intentam à natura vniuersali, & a natura particulari; sed priuatio

4. Phys. 101

1. par. q. 22. art. 2. ad 2.

De Poté. q. 3 ar. 6. ad 19.

uatio est præter intentionem naturæ particularis, quæ est secundum rationem vniuersalis naturæ, non quidem per se intenta; sed quoniam sine priuatione alicuius formæ alia forma introduci non potest. Vnde interitus est contra naturam, habita ratione ad naturam particularem semper desiderantem quod melius est; licèt natura vniuersalis quoad esse totale intendat, quod melius, est, & est speciei conseruatio, quæ esse non potest, nisi per interitum vnius, & alterius generationem, & cum reciprocatione. Vnde nunquam aliquid simpliciter destruitur, quia natura vult formam, inquantum forma, sed à materia abijcit particularem formam. interitui igitur obnoxius erat primus parens, cum interitus in corporibus mixtis naturalis sit iudicandus, & ratione nutritionis.

Immortalitas primi parentis à ligno vitæ ortum ducere non poterat, & per aliorum ciborum esum mortalis erat dicendus Adam.

PRęceperat dominus Deus Adæ, vt de omni ligno, quod est in Paradiso voluptatis comederet, cui tantum prohibuit esum ligni scientiæ boni, & mali, quod si comedisset, illi Arbor vitæ immortalitatem communicare non poterat Inquirendum igitur est an à ligno vitæ, & ab alijs cibis ei immortalitas præstari poterat. Nam omnes plantæ vigent vegetatiua anima: cum & nutriantur, & augeantur, & generent, operationes re vera ab anima vegetatiua or-
2. de Aīa 34. *tum ducentes, 2. de Anima part 34 quæ ad subiecti destructionem destruitur, quoniam materiæ mediantibus dimensionibus interminatis cohæret, quod etiam dicitur de alijs naturalibus for-*
2. de Cœ. c. 3 *mis, ex libro secundo de Cœlo com. 3. & vberius in libro de Sub-*
De Sub. Or. cap. 1. *stantia Orbis cap. 1. quæ à vero agente per verum motum, veramq; mutationem, ex materiæ sinu extrahuntur. Quod de humana ente non est dicendum, cum deforis adueniat, eaque sola inter illas formas naturales diuina est, & de formis globorum cœlestium, quæ suis globis applicantur; sed non mediantibus illis dimensionibus, quomodo æternitate gaudent, quæ non extenduntur, neque diuiduntur, ad extensionem, & diuisionem materiæ, sicuti*

sicuti extenduntur, & diuiduntur cætera formæ naturales 8. de Physico Auditu com. 78. & 79. in libro de Substantia Orbis, & 2. de Generatione Animalium cap. 3. Nutriebatur namq; lignum vitæ. Ergo anima vegetatiua non erat priuandum. Ergo nutritio, quam lignum vitæ præstare poterat, quomodo perpetua est statuenda? Et in nutritione omnes motus, & mutationes sunt perpendendæ: Nam nutrimentum, quod in principio dissimile dicebatur, processu temporis simile redditur; quod quidem absque alteratione præstari nequit, generationem, & interitum præcedente. Quomodo sequitur generatio, & interitus determinatarum partium, augmentatio & processu temporis diminutio, & motus omnium primus; quæ omnia anima vegetandi præstantur, illarum operationum principium quo. Et aliæ operationes sine nutritione præstari non possunt, ad quas operationes exercendas, calorem omnium maximè administrãdi vim habere manifestum est in 2. de Anima part. 41. & 2. de Partibus Animalium cap. 7. Et nihil alitur, quod vita non participet. Ergo necessarium est, asserere, corpus, quod alitur esse animatum. Et nutrimentum est illud quod necessariò concurrit. Ergo animæ officium est alere, & mouere: & cæteræ operationes fiunt ab eadem anima, concurrente nutrimento, omnium primo, quod est in potentia, quod alitur, dissimile in principio; in fine verò simile; itaut quod erat in potentia caro, & in potentia os, fit actu caro, & redditur actu os. Et ista naturalibus facultatibus ad exitum ducuntur; diuersa tamen est alimenti ratio, inquantum nutrit, auget, & generat. Nam inquantum est animatum quoddam, auget. Inquantum est hoc aliquid est substantia, nutrit, per quod substantia conseruatur vsque ad illud tempus, quousque alatur: & est factiuum generationis. i. alimentum ad generationem concurrit: quoniam semen generationis principium dicitur, quod est alimenti superfluum, vt non sit principium generationis eius, quod alitur; sed tale, quale est id, quod alitur, quod est tale secundum speciem. Nam quod alitur est substantia, iam actu existens, & quod est, non generatur, quia generatio est transmutatio de non esse ad esse, & est per formam, nihilq; seipsum generat. Generans enim est, at non sic, quando generatur. Et quando est, seipsum per alimentum conseruat. Indiget igitur alimento, quo vegetatur, & generat nutritum, quæ omnia absque anima fieri non possunt, operationum vitalium, & naturalium principium quo. Nam in nutritione

8. Physic. 78. 79. In li. de Sub. Or. 2. de Gener. Ani. 3.

2. de Aīa 41. 2. de Partib. Anim. c. 7.

nutritione tria sunt consideranda, quod alitur; quo alitur; & alens 2. de Anima part.49. Alens quidem est prima anima: quod verò alitur est habens animam, & est corpus, quo alitur, est nutrimentum. Et anima est principale agens nutritionis, ratione alimenti, præstantis augmentationem; & nutritio, & augmentatio sunt ratione generationis: qua ratione stercorantur plantæ, vt augeantur, & ratione fructuum, qui sunt generandi Cum igitur omnia ista ab anima vegetandi proueniant. Quomodo nutriens, & nutritum immortalitate gaudere possunt? Ergo nec lignum immortale, neq; qui ex ligno nutriendus erat immortalis. Immortalitas igitur primi parentis ligno vitæ non erat attribuenda.

2. de Aĩa 49.

Confirmatur, quoniam à causa naturali effectus naturalis, & non supernaturalis originem trahit; quandoquidẽ inter causam, & effectum debita proportio est intercipienda. Sed immortalitas est supernaturalis effectus. Quomodo igitur ab illo ligno? Et inter nutrientem, & nutritum debet esse debita proportio; quia, cum sit dissimile, in simile mutatio fieri debet; quoniam cum concoctum, digestumq; fuerit, est simile. Est enim ante omnia potentia nutrimentum, quomodo inquantum crudum est, cõsideratur, quod est actu nutrimentum, inquantum est concoctum, ad quam nutritionem ista requiruntur, appositio, assimilatio, & vnio. Animaduertamus igitur, an primus parens, cibo indigens, esset immortalis? Et eò minus alia cibaria immortalitatem erant præstatura, cum tanta puritate, non in nutritione, sicuti lignum vitæ vigebat. Et si Hebrei, manna comedentes, mortui sunt Ioan.6. quomodo immortalis Adam ex aliorum ciborum comestione? dixerunt namq; Hebrei. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo omni sapore, sicuti appetebant, prædito. Non igitur erat immortalis Adam ex comestione ligni vitæ, neque aliorum ciborum in Paradiso terrestri vigentium.

Ioan.6.

Digressio

Digreſſio contra Heſiodum,& alios Poetas, qui rati ſunt, Deos illorum dici immortales, quia potauerunt nectar, guſtaruntq; ambroſiam, quomodo confirmatur, Adamum non fuiſſe immortalem, ſi de ligno vitæ comediſſet.

QVoniam Heſiodus, quem cæteri Poetæ imitantur, arbitratus eſt, deos ſuos immortales eſſe dicendos ex comeſtione, & potu illius exculenti, & poculenti, contra Poetarum ſententiam digredi oportet, quò confirmetur, Adamum, etſi de ligno vitæ comediſſet, non propterea eſſe immortalem, eſt iudicandum. Ariſtoteles in libro tertio Metaphyſ. part 15 contra Heſiodum & alios Poetas argumentatur, illorum opinionem irridens. Motiuum autem erat illorum Poetarum de comeſtione illius exculenti, & guſtu illius poculenti, quia rati ſunt deos, rerum principia, & cauſas eſſe dicendos, ex quibus alij æternitate gaudebant, illa exculenta, & poculenta guſtantes: alij verò interitui erant obnoxij, illud exculentum, & poculentum non guſtantes, eandem nihilominus naturam retinentes, & à cauſa vniuoca originem trahentes. Vnde immortalitas deorum à cauſa extrinſeca proueniebat. Sed aut illi dij Poetarum illis vtebantur delectationis gratia; vel eſſendi neceſſitate. Ab iſtis duabus cauſis cibandi ratio deſumenda eſt. Nam per cibi, & potus aſſumptionem nutritio fit, quæ eſt ſubſtantiæ deperditæ reſtauratio, per humidi abſumptionem à calore facta. Eſt enim nutritio, vel potius aggeneratio partium in corpore, vitam habente ratione conſumptionis veri alimenti, ab anima, tanquam à cauſa efficiente primaria, & à calore, ſicut à cauſa inſtrumentaria, quo illud, quod antea erat deperditum, reſtauretur, ad hoc, vt corpus vſque ad tempus, quod ei à natura præſtitum eſt, conſeruari poſſit: Nam nutritione ceſſante, neceſſariò corpus interit, quæ vſque ad finem perſeuerat. vel inquantum nutritio eſt perfecta, vel imperfecta, quod ratione atrophia dicitur: vel externa dicatur nutritio, vel interna. Nam in atrophia corpus, ex aſſumpto nutrimento, fructum non ſentit ex ſententia Galeni in libro quarto de Sanitate Tuenda cap. 3. Non enim

3. Metap. 15.

4. de Sanit. Tuen. cap. 3

enim fit nutrimenti distributio, existentibus labefactatis operationibus ex caloris inopia. Propter delectationem manifestum est in parasitis, quorum deus venter est, eorumq; animus semper est in patinis. Et horum ciborum, & poculentorum necessitas, vel delectatio interitum arguit. Delectatio etenim apprehensionem sequitur, quemadmodum vmbra sequitur corpus. Et quae nam apprehensio? ea quae ex sensu tactus oritur: nam gustus quidam tactus esse dicitur. Et istae causae quantum ad esum ligni vitae in primo nostro parente erant excogitandae. Istae n. causae quo ad esum fuerunt ab Arist. excogitatae. Et multo magis, quia nutrimentum mixtum illud quidem erat putrescibile, sed cognoscens diabolus mulierem esse debilioris conditionis, ei comestionem ligni scientiae boni, & mali suasit, quae cum videret, bonum esse ad vescendum, aspectuque delectabile, tulit de fructu illius, & comedit, deditq; viro suo, qui & ipse comedit. Sed nunquid necessitate impulsi comederunt? Absit: sed delectationis gratia. Erat enim aspectu delectabile. Nunquid in rebus necessarijs deficit Deus? Nullo modo. Omnia etenim sub pedibus eorum subiecit, oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi; volucres cœli, & pisces maris Psal. 8. quibus dedit omnem herbam afferentem sementem super terram, & omnia ligna, quae habent in semetipsis sementem generis sui, vt essent illis in escam, corporibus mixtis animatis adeò necessaria, vt sine illis vitam viuere non possint. Testis est mulier, cui dixit serpens. Cur praecepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno Paradisi? Cui responsum dedit, De fructu lignorum, quae sunt in Paradiso vescimur. At verum est, quod cecinit Horatius.

Psal. 8.

Horatius in Arte Poetica.

Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.
Et decipimur specie recti.

Quomodo igitur immortales dij Poetarum, & primi parentes, cibo indigentes, aut de re materiali delectationem habentes? Cibo namque, potuq; indigentes à fame, & a siti concitantur, vt appetant. Immortalitas igitur ab illis erat excludenda.

Desumitur argumentum ex sensibus, quibus confirmatur, Adamum esse interitui subiectum.

ITem primus parens in illo statu erat passibilis. Sensibilis namque, et quoniam omnia alia animalia perfectione excedebat, omnibus ex consequenti sensibus erat praeditus. Sentire autem in passione consistit; cum sentire sit accipere, & accipere est pati, quae passio si cum discõuenientia sit coniuncta, alterationem, ducentem ad destructionem concernit: passio etenim aut est destructiua, aut illam indicat: aut maiorem perfectionem subiecto inducit. Cur igitur immortalis Adam in statu innocentiae? Omnia siquidem animalia sensu tactus praedita sunt, sicuti & sensu gustus, qui et quidam tactus esse dicitur. Nunquid non disconuenientia inter ignẽ, & sensum tactus primi parentis? Nunquid non disconuenientia inter gustum, & venena? & vbi sensus, vtiq; & conuenientia, & disconuenientia respectu diuersorum: Vehemens namq; sensibile, sensum destruit; proportionatum perficit. Et potentiae labefactantur, quia organicae, iuxta illud libri primi de Anima part 65. si senex acciperet oculum vt iuuenis, videret vt iuuenis. Quare & voluptas percipitur, & dolor. Ergo & desiderium, & fuga: desiderium respectu voluptatis, quae iucundi rationem habet, & fuga respectu doloris, molestiam inducentis. Illa aut bona, aut apparentis boni rationem habere videntur, vnde & appetibilis: illa verò mali, vnde & euitabilis. Neque omnis delectatio sensibilis etiam rei conuenientis secundum naturam omnimodam affert delectationẽ; patet ex nimia veneris exercitatione, ex qua exiccatio totius corporis prouenit, & immatura mors. Cur igitur Adam ab istis passionibus immunis? Est enim dolor tristis sensatio, molestaq; perceptio disconuenientis à tangibilibus qualitatibus, quibus subiectum sentiens violentiam patitur. Quemadmodum voluptas mitis, & blanda sensatio à qualitatibus, sensui conuenientibus. Fuga igitur, & delectatio in Adamo, quae sine alteratione esse nequeunt. Et multoties sensus ab obiectis decipiuntur, quae conuenientia esse videntur, sed non sunt. Species decepit Euam. Cur igitur

1. de Aĩa 65.

primus

primus parens immortalis? Totum hoc colligere possumus ex Ari-
3. de Aĩa vl. *stotele in libro tertio de Anima part. vlt. dicente, tangibilium exuperantiam non solum destruere sensum; sed & animal, quod etiam manifestum est ex libro tertio de Anima part. 7. Vnde illæ passiones, & destructiuæ, & perfectiuæ esse possunt. Morti igitur erat subditus Adam.*

Confirmatur Ádami interitus ex passionibus quas Christus dominus passus est, quæ sunt præuiæ dispositiones ad mortem.

COnfirmatur. Si enim passiones Christus passus est. Quomodo ab illis primus parens erat immunis? Et quis dubitat timorem Christum passum fuisse? dicitur enim Lucæ 22. Cæpit tædere, & pauere; & timor pœnam habet, famem, & sitim. & alia eiusdem generis. Ab Angelo est confortatus. Cur igitur illas passiones Adam in statu innocentiæ pati non poterat? Nunquid Adam præstantioris naturæ, excedens Christi temperaturam? Vel potius maioris resistentiæ? Absit. Et si melioris temperaturæ. Ergo & melioris sensationis. Maiorem igitur dolorem percepisset. Et si maioris resistentiæ. Ergo reactio in primo parente. Interitui igitur erat subiectus.

Lucæ 22.

Declaratur, locum non potuisse Adamum reddere immortalem.

NEque locum primum parentem immortalem reddere, est dicendum. Est etenim locus generationis principium, sicuti & pater, vt testatus est Porphyrius in capite de Genere: quamuis pater principium generationis per se esse dicatur, generans sibi simile. Et quoniam locus est locati conseruatiuus, non potest locus perpetuò locatum conseruare. Probibetur namq; propter alias causas conseruatio. Et etiam quia multa animalia, & plantæ

Porphyr. de Gen. in Prædicab.

in

in vno loco vitam viuere dicuntur, quæ in alio loco vitam agere non possunt: vel in aliquo loco longiorem vitam degunt, in alio verò breuiorem. Non enim in omnibus locis eadem aeris benignitate & animalia, & plantæ fruuntur, quod quidem animaduertens Virgilius in libro primo Georgicorum cecinit. 1. Georg.

Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ
Arborei fœtus alij, atq; iniussa virescunt
Gramina.

Tum quia in omnibus locis alterationes fiunt, quibus & alterantur corpora, quorum locus causa extrinseca dicitur. Et alterationes illæ ad interitum sunt prauiæ dispositiones quæ fiunt in diuersis locis pro temporum varietate, quæ a nobis persentiuntur, morbos causantes, iuxta illud libri tertij Aphoris. 1. Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & Naturarum hæ quidem ad hiemem, hæ verò ad æstatem benè, vel malè se habent. Locus igitur locati perpetuus conseruatiuus esse non potest. Non igitur est dicendum primum parentem esse immortalem, quia positus est in Paradiso terrestri. Est etenim locus conseruatiuus locati, non in sublunaribus perpetuus cōseruatiuus, quæ perpetuari non possunt. Quomodo ergo locus Adamum ex quatuor contrarijs compositum immortalem reddere poterat? vt non sit negandum, vitam elongari posse, sicut peritissimi Medici norunt aeris mutationem iubentes, qui præcipuè in longis ægritudinibus ægrotantem natiuo aere (si possunt) frui, consulunt. Et vitæ longitudo in prædominio calidi, & humidi consistit, quod quidem & ætates attestantur, & interitus, in quibus qualitates contrariæ remanere sentimus, & vita nostra in alijs ab istis fundatur. Totum hoc manifestum est in libro de Vita, & Morte cap. 3. per marcorem, & extinctionem Interitum, qui est à seipso vocamus, marcorem, qui in frigiditate, & siccitate consistit: & a contrarijs extinctio vocatur: & illum vocamus senectutem: hanc verò violentiam. Et quod explicatum est de calido, & humido, est intelligendum de aereo: nam illud humidum huius conditionis non debet esse, vt maxima facilitate congeletur, quemadmodum est humidum aqueum. Vnde reddens rationem Aristot. in problemmatibus, sect. 14 prob. 9. & 10. cur diutius viuunt homines, qui locis calidis suam degunt ætatem, quia humorem caloremq; amplius seruant, qurum rerum interitus mors est. Quæ est caloris interioris omnimoda refrigeratio. Et omnia refrigerari solent

3. Aph. 1.

De Vita, & Morte 3.

lent ambientis aeris qualitate, qui vt locis calidis calet: sic frigidis friget: itaq, interiorem calorem ocyus, magisq; corrumpit. Totum hoc manifestum est in lib. de Longitudine, & Breuitate Vitæ, vbi dicitur animal natura esse humidum, & calidum, vt viuat tale; quomodo senectus, via ad interitum est frigida, & sicca, sicuti & quod mortuum est. Vnde manifestum est humidum non esse facilè exiccabile, quomodo pinguia non ita facilè putrescibilia esse dicuntur: in illis enim elementum aeris prædominatur accedens ad naturam ignis, qui nullo modo putredinem con-

2. de Gener. Anim. cap. 3. *trabit. 2. de Gen. Animal. cap. 3. Et hoc masculi, & fœminę nobis manifestant. Sunt enim mares longioris vitæ: siquidem, vt ex tactu carnium manifestum est, fœminæ multa scatent humiditate, quæ est aquea. Vnde & pisces sunt breuioris vitæ; quam campestria. Potest igitur à loco conseruari vita, cum conseruentur qualitates ad vitam concurrentes, sed ęternitas præstari à loco non potest. Quare immortalitas primi parentis ab aere Paradisi terrestris non proueniebat.*

Confirmatur interitus primi parentis, per argumentum à tempore desumptum.

QVoniam explicatum est, locum continuò locatum conseruare non posse, Id neq; tempus pręstare posse, est confirmandum. Nunquid enim primus parens, suæq; actiones tempore non mensurabantur? Vtique, quæ etiam erant mensurandæ, quod edax rerum dicitur, re vera mensura motus secundum prius, & poste-

4. Phys. 119. *rius scriptum est in libro quarto de Physico Auditu part. 119. esse namq; in tempore est tempore mensurari, quod et motus, & quietis mensura dicitur. Quomodo igitur æternitas excogitanda est à parte post eorum, quæ tempore mensurantur? tempus siquidem præsens, in quo sunt omnia ista inferiora, est principium futuri temporis, & finis præteriti. Et per aliquam partem temporis aliquam partem motus terminamus, quæ illi æqualis redditur, & post illam partem motus vniuersum mensuramus. Sicuti enim tempus est quid successiuum; ita & motus, vt si quis vellet mensurare motum quinq; horarum, accipiatur vnica hora, aliqua pars*

pars motus terminabitur, quæ illi, quantum ad æqualitatem proportione respondet; deinde aliæ partes mensurantur; & tandem totus motus quinque horarum est mensuratus; quomodo dicimus, mensuram esse unigeneam mensurato 10. *Metaphys part.* 4 *Quod enim mouetur non est simpliciter mensurabile, prout est quantum quoddam; sed quatenus motus ipsius quantus est, et ista sunt in tempore.* 4. *Phys. part* 119. *Mensuratur aliquod continuum per aliquod sui generis: nam vnumquodq; per aliquod sui generis mensuratur mensura determinata: mensuratur determinata pars rei mensurabilis, quæ post successiuè totum mensurat: sicut dies horis, & mensis diebus, & annus mensibus mensurãtur; ita quod motus tempore mensuretur, a quo omnia, quæ sunt ortui, interituiq; obnoxia, mensurantur: quandoquidem dum fit motus, esse dicimus, vt non sit aliud esse motum; quàm ipsum fieri, qui propterea tempore mensuratur.* 4. *Physicorum part.* 114. *&* 115. *cũ accipiatur pro spatio, & extensione existentiæ rei. Vnde quemadmodum omnia, quæ sunt in loco, continentur a loco; ita omnia, quæ sunt in tempore, continentur a tempore. Sed incorruptibilia tempore non mensurantur, neq; sunt quanta quædam, quomodo ea esse talia dicuntur, quæ tempore mensurantur. Ergo omnes operationes, omnesq; motus primi parentis in statu innocentiæ tempore mensurabantur, sicuti & illius esse. Erat enim naturale corpus, post temporis creationem creatum, & talia tempore mensurantur. Quomodo igitur immortalitate gaudere possunt, cum à tempore & contineantur, & patiantur? Dicere etenim consueuimus, per tempus omnia ad tabem reducenda esse, quæ tabescentiam pati possunt; itaut omnia, quæ tempore mensurantur, ipso senescere, quomodo interitus causa dicitur, vt scriptum est in lib.* 4. *Phys.* 128. *vbi dicitur. Magis esse per se causam interitus, quam generationis Siquidem res, quæ tempore mensurantur in cõtinuo fluxu esse dicuntur quæ quãto magis fluunt tanto magis distant a termino a quo, & accedunt ad terminum ad quem, qui finis rationem habere dicitur. Vnde est illud Ouidij.*

10. Met. 4. — 4. Phys. 119. — 4. Physic. 114 & 115. — 4. Phys. 128. — Ouidij.

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas.
Omnia consumitis.

Et est illud.

Cuncta trahit secumq; voluit volubile tempus.

Tempus. n. est numerus, & mensura motus secundum prius, & posterius, & est numerus mensuratus seu mensurabilis 4. *Phys* 104. 4. Phys. 104.

quod verum esse dicitur secundum quod ad nos habitudinem habere videtur, vt habeat aptitudinem, vt numeretur, atq; mensuretur, quod est mensura cæterorum motuum. Quomodo dicimus, præsentia mensurari, non præterita, iam mensurata, neq; futura, quæ nondum sunt, quoniam dicimus, esse edax, sed non respectu agentis, quomodo generat. Numerus namq; motus est, & per motum res distant a dispositione, in qua prius erant. Quare ea, quæ semper sunt, quatenus semper sunt, non dicuntur esse in tempore; cum ab ipso non contineantur, neque ipso mensurentur. Et quamuis substantia, inquantum substantia in esse indiuisibili consistere dicatur, quod est totum simul, & ex consequenti non consideretur successio, in prioritate, & posterioritate consistens, mensuratur nihilominus tempore, inquantum a motibus non dicitur
4. Phys. 120. *immunis. Scriptum est enim in 4. de Physico Auditu part. 120. Quæcunque corruptibilia, et generabilia sunt, & omnino aliquando quidem sunt, aliquando verò non, necesse est, in tempore esse. Est enim tempus quoddam maius, quod illorum esse excedit; itaut substent tempori, per suas mutationes. Quomodo dicimus, tempus non tantum mensurare, quæ transmutantur in actu; sed & quæ transmutabilia sunt, quomodo & quæ mouetur mensurantur, & quæ quiescunt, existentia in potentia ad motum. Res.n. quiescens naturalis, est mobilis, & omne mobile tempore mensuratur. Et substantiæ inferiores, cum sint naturales, sunt temporales, & secundum substantiam mutabiles, temporeq; mensurantur, quousque durant; & tempus illas senescere facit. Non sic est dicendum de illis, quæ sunt extra cœlum, quæ tempore non mensurantur; quomodo neque tempore senescunt. Est enim æuum, quo Angeli mensurantur supra tempus, illud continens, eorumque apud Philosophos nulla est transmutatio, inalterabiles, impassibiles, optimam vitam ducentes, totoq; æuo permanentes, ex doctri-*
1. de Cœ. 100 *na Aristotelis in 1. de Cœlo part. 100. Non sunt enim substantię à materia omnino immunes, recipientes motum, & mutationem,*
12. Met. 30. in libro de Sub. Or. *quod videre est apud Aristotelem in 12 Metaphys. part. 30. & in libro de Substantia Orbis. Et hæc doctrina habet fundamentum in hoc, quod entia duobus modis considerari possunt, & vt permanentia, & inquantum successiua, iuxta diuisionem entis in immobile, quod permanentis habet rationem, & mobile quod est successiuum, cum motus sit actus entis in potentia, vt in poten-*
3. Phys. 6. *tia est, 3. Physicorum part. 6. qui, cum in tempore fiat, semper*

cum successione esse dicitur; successiua autem duobus modis considerari possunt, inquantum sunt perpetuæ successionis secundum Peripateticorum doctrinam, existimantium, mundum esse æternum, & motum; aut succedunt tempore determinato, quæ distinctio elicitur ex Aristotele in 2. de Ortu, & Interitu part. 5. & vltra, & in 12. Metaphys. part. 34. Periodus namque, & consideratur inquantum procedit in infinitum, cum sit assignandum infinitum syncathegorematicè, vt dicitur de cœlestis corporis circulationibus, de quibus loquitur Auerroes in libro Destructio destruc. disp. 12. in sol. 3 dubij, in quibus ordo per accidens est perpendendus, & ad vnam primam circulationem deuenire non licet, supposita mundi æternitate. Aut quatenus per determinata subiecta finita procedit, vt manifestum est in generationibus, quæ tamen omnia tempore mensurantur; patet de hodierna cœli conuersione, & manifestum est in generationibus. Cur igitur dicere, primum parentem in statu innocentiæ esse immortalem, in tempore creatum, cum illius actiones sicuti, & illius substantia tempore mensurarentur? Totum hoc manifestum est in 2. de Ortu, & Interitu part. 57. vbi dicitur. In æquali tempore corruptio, & generatio quæ secundum naturam; ideo & tempus, & vita vniuscuiusq; numerum habet, & hoc terminantur. Et omne tempus, & vita mensurantur circuitu; sed non eodem circuitu omnia; at hæc quidem maiori, illa verò minori; cum tamen omnia entia sub Luna existentia, tempori subiecta esse dicantur, certamque habeant periodum, determinatumq; durationis tempus. Et eò magis, quoniam successiua, cum non semper in eodem statu permaneant. Quare non est dicendum, Adamum esse immortalem, cum non mensuretur æuo, neq; æternitate, sed tempore.

2. de Ort. & Int. 56.
12. Met. 34.
Dest. de disp. 12. in sol. 3. dubij.
2. de Ort. & Int. 57.

Confirmatur primi parentis interitus ex hoc quod erat viator.

ITem. Primus parens in illo statu non fuit comprehensor, sed viator, cum non viderit diuinam essentiam, sicuti illius cognitio abstractiua manifestat. Non enim cognitione intuitiua fruebatur quæ versatur circa cognitionem Dei sicuti est, iuxta illud D. Ioannis in prima Epistola cap. 3. scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, &

D. Ioan. in 1. Epist. c. 3.

videbimus eum, sicuti est. Non enim videbit me homo, & viuet,
Exodi 33. *Exodi cap. 33 quoniam lucem habitat inaccessibilem, quam nul-*
1. ad Tim. 6. *lus hominum videt, sed nec videre potest Ex D. Paulo in 1. Epist. ad Timoth. cap. 6. Ergo Adam in illo statu ab immortalitate erat alienus, cum non frueretur statu præmij; in quo promittitur, &*
Apocal. 21. *viget immortalitas, iuxta illud Apocalipsis cap. 21 Mors vltra*
Isaiæ 25. *non erit. Et Isaia cap. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum. Antea igitur primus parens interitui erat subiectus. Confirmatur, quoniam dotibus carebat, quæ immortalitati corporis conueniunt, quæ nisi post mortem communicantur. Nam si immortalis, impassibilis igitur. Sed crassities, terrestreitasq; percipie-*
Amb. lib. de Noe, & Arc. *batur in Adamo. Tum quia per mortale definitur homo a D. Ambrosio in libro de Noe, & Arca, quod aliquando Platonicis arrisit. Vel si quis dixerit, esse immortalem, aut hæc immortalitas erat ei collata per naturam, vel per gratiam. Si per naturam, modo immortalitate frueretur. Naturalia namq; illi Deus per peccatum non abstulit, & existente eadem natura secundum speciem, quis dubitat, hoc tempore, immortalitate gaudere? Neque per gratiam, quam per potentiam recuperauit, iuxta illud Sa-*
Sap. 10. *pien. 10. eduxit illum à delicto suo. Ergo immortalitatem recuperasset. Quod non dicitur. Immortalitate ergo non gaudebat.*

Et iustitia originalis erat quid finitum, cum sit quoddam creatum. Quomodo igitur infinitas à causa finita?

Finis Primæ Partis.

QVAESTIONIS THEOLOGICAE SECVNDA PARS.

Vtrum primus omnium hominum parens in statu innocentiæ, in quo Deus creauit illum, esset immortalis.

Scopus Secundæ Partis Quæstionis, vbi distinguitur lumen, & quo lumine illuminatur, qui attingit veritatem istius quæstionis.

IAm ratiocinationes fuerunt propositæ, quibus Adamum in principio suę creationis morti esse subditum, confirmabatur. Sequitur, vt in hac secunda parte quæstionis, veritas explicetur. Sed interim Peripateticis reddere gratias dignum est, qui Theologis occasionem dederunt, veritatem de hoc quæsito confirmandi, quam & ipsi confirmatam esse existimarunt, diuerso lumine & ipsi, & Theologi idem perpendentes. Illuminatur namq; intellectus noster, dum homo est in via, duplici lumine, præcipuè in diuinorum cognitione. Cum enim Philosophorum discursus ex propositionibus naturalibus conficiatur, illorum intellectus lumine tantùm naturali illustratur; quomodo miseri in multis veri-

tatem attingere non possunt, perfectiori lumine carentes. Sed Theologi, & naturali, & supernaturali lumine illustrati à Deo, veritatem de rebus diuinis agnoscentes, omnibus agnoscendam, proposuerunt. Et propterea Philosophi veritatem venari cupientes, purissimos, limpidissimosq; Theologiæ fontes spernentes, illorum aquas neque libare volentes, veritatem de rebus diuinis nunquam adinuenient. Latitabat in profundis tenebris aliquando veritas, ex quibus à Theologis est exhausta, vel potius ex profundo putei, ex quibus locis tandem in hanc splendidissimam lucem ope præceptoris nostri Christi domini apparuit. Et hanc salutarem aquam fidelibus suis potandam propinauit; sapidam illam quidem; neque mirum; appellatur namq; Theologia sapientia, quoniam re vera sapida scientia est, aqua fontium, salientium Ecclesi.15. *in vitam æternam, de qua scriptum est in lib. Eccles. cap. 15 Aqua sapientiæ salutaris potauit illum, quem adimpleuit spiritu sapientiæ & intellectus, & tandem stolam gloriæ induit eum: quam si aliquis nihili fecerit, illius dulcedinem percipere nolens ne quæso se esse sapientem fateatur; quoniam stultus factus est, euanescens in cogitationibus suis. Sed locutus est Deus per os sanctorum. Quomodo igitur sermo theologicus omni acceptatione dignus non est iudicandus, qui si contemnatur, & ipse Deus contemnitur?* 1.Reg.2. *& qui Deum contemnunt, erunt ignobiles 1. Regum cap. 2. Bonum est lumen naturale, quo diuina cognoscuntur, sicuti Metaphysica testatur, quæ versatur circa genus substantiarum abstractarum, vt videre est apud Auerroem in libro primo de Physico* 1. Phys. vlt. *Auditu com. vlt. quam sententiam desumpsit ex Arist. in 6. Me-* 6. Met. 2. *taphys. & in Prologo eiusdem, cum sit sapientia, omnes alias na-* in Prol. eius. *turales facultates dignitate excedens, quæ propterea circa honorabilissimum genus versari dicitur. At si in illo tantum sistatur, in multos, & illos quidem errores grauissimos mens humana miserrimè labitur. Vnde lumine reuelato omnes errores deteguntur, veritasq; certissima cognoscitur. Istis luminibus Theologi mens illuminatur, ex quibus certitudo emanat, iuxta illud D.* Ad Rom. 1. *Pauli ad Rom. cap. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Et de certitudine per supernaturale lumen scriptum est in Epistola ad Galatas cap 1. Si nos, aut Angelus de Cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit: nam Euangelium, quod accepistis, non est secundum hominem, neq; ego ab homine accepi illud;*

illud;sed per reuelationem Iesu Christi. At Philosophi à Theologis distant, cum illi perfectione naturæ teneant, supernaturalem perfectionẽ negantes: isti verò naturæ defectum cognoscunt, gratiæ necessitatem & supernaturalium perfectionem. Quare derelinquentes Philosophos, ad Theologiæ fontes recurremus, quò istius Quæstionis veritas cognoscatur, ne cum Philosophis in sirtes incidamus, & naufragium faciamus; illud potissimum animaduertentes, ad quid Dei potentia se extendat, nihilq; esse, quod voluntati suæ resistere possit, dominus vniuersorum existens; qui statuit, Adamum futurum esse immortalem, si in statu iustitiæ originalis permansisset innocenter vitam ducendo, quam veritatem in hac Secunda Parte ex Sacra Theologia, adiuuante etiam lumine vero naturali, explicandam esse duximus.

Quid sit supponendum ex parte Dei in hac Quæstione, & est virtus infinita, qua Adam erat immortalis.

Contraria igitur sententia substinenda est contra Philosophos. Rati sunt enim multi ex Peripateticis, Deum esse infinitæ virtutis, at secundum durationem. Sed in rei ueritate agens non est vnius, sed duorum generum, naturale scilicet & supernaturale: primum finitæ virtutis esse dicitur, etsi per vltimam suam potentiam agat; quippe quod per formam finitam agit, quæ aliquando est destruenda: vnde finitum producit effectum sibi proportionatum: nam omnis forma, in materia existens, est diuisibilis, cum possibilitas diuidendi fit ex parte materiæ, quam semper sequitur quantitas, & potentia; quæ est causa destructionis; quippe quæ contradictionis potentia dicitur, quod expressit Auerroes in 8. de Physico Auditu 78. & in libro de Substantia Orbis cap. 1. Et totum hoc manifestari potest, quia motores, semper mouentes, carent materia 12. Metaphys. part. 30. & in calce libri octaui Physicorum, quibus propterea nulla contingit fatigatio, quæ a materia ortum ducit, vt aliquando vigoretur, aliquando verò debilitatem contrahit 8. Physicorum part. 78. & 79. quod etiam scriptum reliquit Auerroes in com. 83. eiusdem libri & 2. de Cœlo 3.

8. Phys. c. 78. De Sub. Or. cap. 1. 12. Met. 30. 8. Phys. in fine. Ibidem 78. 79. 83. 2. de Cœ. 3.

Sed agens supernaturale primum scilicet non per formam, sed sua infinita potentia operans, effectum suæ infinitati proportionatum operari potest. Quis etenim Dei operationes, a sua infinita potentia, cum voluntate coniuncta prouenientes, impedire potest?
Psal. 75. *Omnia voluntati suæ subijciuntur, omnium causa, & Psal. 75. tu terribilis es. & quis resistet tibi? Quod confirmatur in libro*
Ester 13. *Ester cap. 13. dum dicitur. In voluntate tua vniuersa sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntati tuæ, dominus vni-*
Exodi 5. *uersorum tu es, vt rectè dicatur in libro Exodi cap. 5. Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia. Nunquid igitur ipse, illiusq; operationes ab intellectu nostro mensurato est mensurandus, qui æternitate mensuratur, & est omnium men-*
10. Met t. 7. *sura 10. Metaphys. 7.? omnia quæcunque voluit fecit dominus in cœlo, & in terra, & quomodocunque voluit fieri, facta sunt, qui non solum est vniuersale agens, verum & conseruans. Nunquid igitur aliquis Philosophus Peripateticus, dicens, Adamum in eo statu interitui fuisse subiectum à Deo infinitam potentiam secundum rei veritatem auferre potest? Respicit Deus totum ens. Vnde est omnium causa, cætera verò circa determinatam entis partem versantur, & propterea dat omnibus alijs & esse, & efficaciam, omnium causa vniuersalis, infinitate vigoris gaudens. Ex quibus elici potest, quod si dominus infinita sua potentia omnia ex nihilo creauit, mortuosq; ad vitam reuocauit: auferenda est illi potestas conseruandi viuos in sempiternum? Similimodo D. Augustinus Hebræos exagitat, qui cogitauerunt Lazarum, à domino resuscitatum, interficere, exclamans. O stulta cogitatio, & cæca sæuitia. Dominus Christus, qui suscitare potuit mortuum, non possit occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, nunquid auferrebatis domino potestatem? Sed & Philosophi vera enunciarunt, naturam, illiusq; perpendendo potentiam, causam finitam, cui collata fuit finita efficacia, cum nihil creatum infinitatem recipere valeat, quomodò secundum illius principia Adam erat interitui obnoxius, qui, etsi falsò ab æterno generationem fuisse, arbitrati fuerint, perpetuoq; fuisse duraturam, æternitas nisi per indiuiduorum perpetuam successionem præstari non poterat. Sed re vera quidam Philosophi euanuerunt in cogitationibus suis, negantes Deum esse infinitæ virtutis in vigore, qui Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt,*

egerunt, contra quos exclamare possumus, dicentes. O stulti, & tardi corde ad credendum. O stulta cogitatio, crassaq; inscitia. Deus, qui creauit cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt, nonne in perpetuum omnia conseruare potest? Conseruantur quidem secundum illorum sententiam a prima causa res æternæ, quod explicat Auerroes in 4. de Cœlo com. 1. dum dixit Res æternæ ex quatuor causis non habent, nisi formam, & finem, & si habuerint aliquid quasi agens, non erit, nisi inquantum est forma, & conseruans, error tamen eis contigit in hoc, quia æternitatem in alijs à Deo collocauerunt à parte ante, quod affirmare, non solum est falsum; verum etiam absurdum, qui & in hoc lapsi sunt, vt dicerent, suapte natura corruptibilia, æterna ab alio reddi non posse, nolentes cognoscere hoc à Deo præstari posse, infinitę virtutis existente; alioquin, & quænam illius infinita potentia, quam, sic dicentes, ab ipso auferunt? Et si per vos à primo principio communicatum est esse, & viuere omnibus, his quidem clarius, his verò obscurius, 1. de Cœlo part. 100. Cur esse & viuere omnibus in perpetuum conseruare non potest secundum esse indiuiduale? Diuinus Plato in Timæo in diuinam bonitatem istius vniuersitatis creationem referebat, à quo omnis aberat liuor, cum bonum nunquam aliqua de re inuidia tangatur. Sed nunquid non eadem bonitate omnia conseruare potest. Solum requiritur voluntas ex parte Dei, & mutatio status ex parte creaturæ, & hanc veritatem optimè in Timæo cognouit Plato, qui voluntate Dei existimauit, quod est sua natura corruptibile, æternum reddi posse, quod manifestabitur in Tertia Parte in solutionibus argumentorum. Hanc veritatem agnouerunt Antiquissimi Philosophi, affirmantes, vniuersa tum ex Deo, tum per Deum constituta esse, atq; coagmentata, nullamq; naturam satis instructam ad salutem esse posse circa Dei præsidium, suæq; tutelę permissam esse, vt omnium sit seruator, & ipso perficiantur, quod videre est de illis Antiquis Sapientibus in libro de Mundo ad Alexandrum cap. 7. Cur igitur Deo potestatem auferre infinitam, qui in rei veritate infinitæ naturæ esse dicitur? Poterat igitur primo parenti, suisq; posteris in perpetuum vitam illis conseruare. Distinguendum est igitur agens in vniuersale, & particulare, quò istius quæstionis veritas nota fiat. Nugæ canoræ quidem sunt, fabulæq; Poetarum, qui multa mentiuntur, post diluuium ex iactu lapidum post terga Deucalionis, & Pyrrhæ illius

4. de Cę. c. 1.

Ibidem 100

Plato in Timæo.

Ibidem.

De Mundo ad Alex. c. 7.

coniugis

coniugis lapides homines euasisse, per iactum viri viros, & mulieris mulieres, cum tamen verum sit, ex lapidibus Deum suscitare posse filios Abrahæ Matthei cap. 3. Nunquid Prometheus ex terra fecit hominem, & ignis ex cœlo fuit raptus, quo animam illi intulit, & non potius Deus, qui inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, illum creans ad imaginem, & similitudinem suam; sed quo ad corpus formauit hominem de limo terræ, & inspirans in faciem eius spiraculum vitæ, & est anima quæ ad imaginem, & similitudinem suam creata est, per quam factus est homo in animam viuentem, sicut videre est in libro Gen cap. 2. Nec mirum: Nam maior reperitur distantia non entis ab ente, quam vnum ens ab alio. Sed Deus potest facere per creationem aliquod ens de nihilo. Quid ergo prohibet de aliquo ente facere aliud? Hoc naturali cognitione cognoscens diabolus, Dei filium tentans ad illum accedens dixit. Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant, Matth. cap. 3. Potest igitur Deus facere ens sua natura corruptibile; vt æternum reddatur. Non enim est impossibile apud Deum omne verbum inquit Angelus Gabriel Beatæ Virgini, vt legitur apud Lucam cap. 1. Et quod apud homines est impossibile: apud Deum omnia possibilia sunt, vt dicitur Matth. cap. 19. Et intelligunt Theologi omne verbum, quod contradictionem non implicat, sed habet rationem entis: ei namq; soli conuenit omnipotentia, cuius nomen est omnipotens, Exodi 15. Vnde verbum pro re accipitur. Neq; est dicendum, Deum non posse facere, sed modestiori sermone dicimus, illud fieri non posse, excogitando impossibilitatem ex parte passi quomodo defectus ex parte rei est iudicandus: Nam ex parte Dei dicimus, illius potentiam ad omnia sufficere, & in nullo deficere; itaut omne illud, quod ex sua ratione intrinseca nullam retinet contradictionem, dicendum est, esse obiectum diuinæ omnipotentiæ: quomodo dicunt Theologi, possibilitatem, vel impossibilitatem intrinsecam, & formalem rerum desumendam esse ex ratione formali ipsarum: extrinsecam ex ratione formali ad Deum. Vnde incompossibilitas est ex parte facti; & quia repugnat facto, inquantum factum est, quomodo dicimus, Deum non posse facere aliquam creaturam, quæ se in esse conseruet: nam cum causam habeat superiorem, etiam & causa conseruante indiget: vnde nihil prohibet, rem in æternum ab ipso conseruari posse, cum idem dicatur causa essendi rem, illamque conseruandi: Alio modo, quia repugnat huic facto, inquantum

Matth. 3. Genes. 2. Matth. 3. Lucæ 1. Matth. 19. Exodi 15.

est hoc factum, quomodo dicimus, Deum non posse facere, equum esse rationis participem; quia hoc repugnat equo inquantum est equus, in cuius definitione cadit irrationale. Cum igitur Deus sit omnipotens, quia potest in omne possibile absolutè, quod est obiectum formale omnipotentiæ. Non possumus negare Dei omnipotentiam in conseruatione alicuius rei in æternum. Quod est concedendum in solutione istius Quæstionis.

Confirmatur Adæ immortalitas ex pacto, quod contractum est inter Deum, & Adamum.

COnfirmatur veritas istius Quæstionis ex lib. Genesis cap. 2. Præcepit namq; Deus primo parenti, vt de omni ligno Paradisi comederet; de ligno autem scientiæ boni & mali nè comederet, dicens. In quacunq; hora comederis ex eo, morte morieris. Fuit hoc præceptum à primo parente acceptatum, & inter Deum, & ipsum interuenit pactum, quod Deus proponens, ipse acceptauit, ad quod se obligans. Et quoniam omnis posteritas in lumbis Adæ permanebat secundum virtutem seminalem, vno excepto Christo domino secundum naturam in quibus et ipse aderat secundum naturalem corpulentiam, sicuti & cæteri, ad illud omnes suos posteros obligauit: quemadmodum in chirographis se pater suosq; filios obligat. Signum, quia conueniri possunt, quod inter duos, vel plures absq; ficta intentione contractum est, ne fraus intercipiatur; alioquin nullum esse dicitur, cum à ficta intentione dirimatur. Necessariò ergo in pacto obligatio interuenit. Ergo & materia, circa quam & respectu agentis semper circa aliquam materiam versantis, & respectu formæ, & est consensus. Cuius doctrinæ signum esse potest, quia amouetur pactum, seu frangitur si materia illa, circa quam non ponatur in esse, vel incolumis non seruetur. Supponitur igitur materia triplici de causa, & ratione facientis pactum, & ratione recipientis, & ratione formæ; & est assensus, existens circa materiam, vniformis. Nam agens semper aspicit materiam, circa quam versatur; propter finem, per quem agit, quod videre est apud Aristotelem in 2. de Physico Auditu part. 75. sicut finis si-

Genes. 2. — 2. Phys. 75.

gnificat

gnificat agens significatione necessaria, quemadmodum motum significat mouens, inquit Auerroes in libro de Substantia Orbis
De Sub. Or. cap.2. *cap. 2. Sicuti per materiæ alterationem frangi contingit, qui finis ab agente respicitur, vt cum perturbetur, frangitur pactum ab ipso faciente, & acceptante proueniens. Et totum hoc recta ratione; quandoquidem materia omnes alias causas, quæ per se causæ dicuntur, secum ducit. Vnde definitur pactum a Iurisperitis, esse duorum, pluriumvè in idem placitum, siue consensum. Pactum faciens libera voluntate operatur, cum non cogatur. Coactio ad hoc, vt sit finis consecutio, boni rationem habentis, quod, & pactum faciens, & recipiens, intendunt, est ex parte recipientis; quomodo necessitate coactionis iste necessitatur duplici necessitate, & necessitate consecutionis finis, & necessitate mediorum, quibus finem consequi debet: ad quæ si rationem habeamus, iugum ex parte recipientis appellatur, quod portare tenetur; quod si portare contemnat, à suo iure cadere dicitur, cum non consequatur finem, quem ambo intendebant, pactum faciens illum proponendo, & recipiens in re, quia non concurrit actus exercitus ex parte mediorum. Signum esse potest dictio conditionalis, quæ in pactis interuenire solet, qua res non ponitur in esse. Sed quod nam iugum impositum, quod Adam portare tenebatur? Suaue, & leue, ne scilicet de ligno scientiæ boni, & mali comederet, bonum illi volens Deus, ne morte moreretur. Fuit re vera pactum inter*
Ecclef. 17. *Deum, & hominem contractum secundum illud Eccles. 17. Testamentum æternum constituit cum illis. Actio fuit prohibita: ambo erant præsentes: & verba a Deo præmissa sunt. Confirmatur ex illo Oseæ cap 6. dicentis. Ipsi, sicut Adam pactum transgressi sunt. Pactum autem dici iugum, confirmatur ex libro Genesis*
Genef. 17. *cap. 17. vbi dicitur. Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis*
Act. Apo. 15. *omne masculinum, quæ circuncisio in lib. Actuum Apost. cap. 15. iugum appellatur, dicente D. Petro. Vt quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum. Et apud Hierem.*
Hierem. 2. *cap. 2. scriptum est. A seculo fregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam; Quod & præceptum dicitur, &*
Matth. 11. *onus, iuxta illud Matth. 11. iugum meū suaue est, & onus meum*
Thren. c 3. *leue. Et illud Thren. cap 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Vnde dicitur in libro Genes. cap. 17.*
Genef. 17. *Et tu custodies pactum meum. Et Deum esse facientem pactum,*

manifestum

manifeſtum eſt in eodem lib. cap.9. vbi dicitur. Ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos. Vbi etiam dicitur. Et recordabor fœderis mei vobiſcum, quod & fœdus ſempiternum appellatur; quod pactum eſt inter Deum, & omnem animam viuentem ſecundum illud Geneſ.17. Maſculus cuius caro præputij circumciſa nō fuerit, peribit anima illa de populo ſuo, quia teſtamentum meum diſſipauit, per peccatum primi parentis, in quo omnes peccauerunt. Et ibidem pactum meum ſtatuam ad Iſaac. Et totum hoc manifeſtum eſt ex illo Matth.cap.20. per illam conuentionem, quam fecit paterfamilias cum operarijs, qui primo mane conduxit in vineam ſuam, dicens vineæ procuratori ſuo. Voca operarios, & redde illis mercedem. Quamuis Deus nulli debitor ſit dicendus; ſed debitum eſt ex parte rei; ſua tamen benignitate ſe homini debitorem conſtituit, cum illi ſuorum laborum præmium pollicitus fuerit, quod ex illa conuentione facta cum operarijs manifeſtum eſt, ſicuti ex Pſal.107. dicente. Beati omnes, qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit. Quamuis propriè non interueniat Dei debitum, quo ad verum debitum, qui cum ſit fidelis in omnibus verbis ſuis, & æquitatem videat, debitum & in ipſo, & in illius bonitate fundamentum habet, itaut promittat bona, ſeipſum obligans ex bonitate ſua. Id autem vt optime cognoſcatur, eſt animaduertendum, debitum duobus modis conſiderari poſſe; ſemel ex neceſſitate, & rigore iuris, quomodo ex altero debitum prouenit, cui neceſſario tenetur; & rectè quidem, quoniam debitum ſoluere æquum eſt, vt ius habeat creditor in debitorē, quomodo ſi iniuria eſt iniqua, ius æquum eſt appellandum. Nam dum homines altercantur inter ſe, ad iudicem confugiunt: & ad iudicem ire, eſt ire ad ius ipſum; quippe cum iudex nihil aliud eſſe dicatur, quàm ius quoddam animatum 5. Ethic.cap 3. & 4. Vnde Deus non reddit debitum ex neceſſitate, & ex rigore iuris, quia omnium eſt iudex, ſicuti de Chriſto dicitur apud Ioannem cap.5. Pater dedit filio iudicium facere, quia filius hominis eſt. Et id animaduertens D Paulus inquit ad Rom.cap.2. Quis prior dedit illi, & retribueretur ei? Deus igitur non conſtituitur debitor hominis. Et totum hoc manifeſtum eſt ex illo Iob.cap.9. dicentis Si repente interroget, quis reſpondebit ei? Vel quis dicere poteſt, cur ita facis? Quantus ſum ego, vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etſi

Ibidem 9. Geneſ.17. Matth. 20. Pſal. 107. 5.Ethic.c.3. & 4.

habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor, & ibidem si venerit ad me, non videbo eum, si abiero, non intelligam, si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem ostendero, prauum me comprobabit, etiam si simplex fuero. hoc ipsum ignorabit anima mea. Secundo modo debitum ab aliquo redditur, quando debitum ortum ducit non ex eo, quod aliquis obligatur ad reddendum debitum, quoniam tunc oritur necessaria obligatio; sed debitum est, quia condecens est suę bonitati, quomodo dicimus, Deum reddere debitum creaturis, quod quidem prouenit, quia sic ordinauit, & disposuit diuina voluntas, quæ semper in bonum ex parte ipsius ordinatur secundum illud Paralip. si conuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, tu exaudies de Cœlo, & dimitès populo tuo. Et Isaiæ, quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iustitiam, & venite, arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, sicut nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, vt vermiculus, quasi nix alba erunt. Quomodo dicimus habere ordinem ad diuinam bonitatem, sicuti ordo partis ad ordinem totius, & horum ordines ad primum principium, totius ordinis causa, quod
12.Met.52. *videre est in 2. Metaphys. part 52 quia ordo est respectu primi positi, & intellecti. Omnia etenim creata ad Deum habent ordinem, quomodo dicimus, seruum ad dominum ordinari, iuxta il-*
Psal.118. *lud Psal. ordinatione tua perseuerat dies, quoniã omnia seruiunt tibi. Et hanc veritatem optimè explicat Sanctus Thomas in*
1. par. q. 21. art. 1. ad 3. *Prima Parte Summæ quæst. 21. art. 1. ad 3. dicens, vnicuiq; debetur, quod suum est. Et alicuius est suum, quod ad ipsum ordinatur. Sicut seruus est domini, & non econtra. Et in nomine debiti importatur quidam ordo exigentię, uel necessitatis alicuius, ad quod ordinatur. Sed duplex ordo in rebus est considerandus. Vnus quo aliquid creatum ad aliquod creatum habet ordinem; quomodo dicimus partes ad totum ordinari, & quamlibet rem ad suum finem. Alius est ordo, quo omnia in Deum ordinantur. Sic debitum dupliciter attenditur in diuina operatione. Aut inquantum aliquid Deo debetur. Aut inquantum aliquid debetur rei creatæ. Et vtroq; modo Deus debitum reddit & debitum est Deo, vt impleatur in rebus id, quod eius sapientia, & voluntas habet, & quod suam bonitatem manifestat, quomodo iustitia Dei decentiam ipsius respicit inquantum ei reddit, quod sibi debetur. Debitum est etiam alicui rei creatæ, habere id, quod ad ipsam ordinatur,*

natur, vt homini habere manus; quo pacto confertur id, quod est suæ naturæ, & conditionis. At hoc debitum pendet ex primo: quia hoc vnicuiq; debetur, quod est ordinatum ad ipsum, secundum ordinem diuinæ sapientiæ. Et licèt Deus hoc modo alicui debitum det; non tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur; sed alia ad ipsum ordinantur. Et propterea iustitia, quandoq; in Deo dicitur condecentia suæ bonitatis, quandoq; retributio pro meritis. Aurea re vera doctrina ex D. Anselmo desumpta, dicente. Cum punis malos, iustum est, quia illorum meritis conuenit: cum verò parcis malis, iustum est, quia bonitati tuę condecens est; sed respectu alicuius creaturæ non est debitor, quia esset inferioris conditionis, & necessariò teneretur soluere, ne alicui faceret iniuriam. Tum quia apud aliquem conueniri posset. Vnde inter Deum, & creaturam ius esset dicendum; alioquin sequeretur tyrannides. Et si iuris, æqui etiam. 5. Ethicorum cap. 6. Tum etiam, quia scriptum est in libro Prouerb cap. 16. Vniuersa propter seipsum operatus est dominus, & hoc ratione suæ bonitatis infinitæ, qua omnia operatur, & impium quoq; in diem malum qui cadit sub ira Dei vindicatiua; alioquin imperfectio in ipso esset excogitanda, quod audire catholicæ aures abhorrent. Vnde optimè dicunt Theologi, inter quas est Richardus in 4. Sent. distinct. 46. quæst. 1. ad tertium, Deum non esse debitorem creaturæ ex recepto, sed ex promisso, & hoc ratione suæ bonitatis, iuxta illud, quod scriptum est in libro primo Paralip. cap. 26. tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Quomodo inter Deum, & hominem de rigore non est excogitanda iustitia commutatiua, consistens in mutua donatione, & acceptatione, æqualitatem arithmeticam supponens qua personæ non respiciuntur, sed pretij valor attenditur, & per illam commutationes diriguntur, in qua vnus fit alterius debitor, quæ conditiones Deo conuenire non possunt. Nam commensuranda est æqualitas inter dantem, & accipientem, & in hac, quod est meum, sit tuum, & tuum meum. Propriè igitur iustitia commutatiua Deo non conuenit: Substinent nihilominus Doctores in Deo esse iustitiam commutatiuam, quia homo faciens quod in se est, dicitur iustus iustitia commutatiua, quomodo verum est dicere, hominem non reddere Deo æquale quoniã vniuersæ iustitiæ nostræ factæ sunt vt pannus menstruatæ Isaiæ cap. 64. & Lucæ 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus. Et propterea.

Anselmus.

5. Ethic. 6.
Prouer. 16.

4. Sent. d. 46. q. 1. ad 3.

1. Paral. 26.

Isaiæ 64.
Lucæ 17.

propterea illud æquale appellatur æquale proportionale, & possibile habita ratione ad nostram potentiam, quod quidem acceptatur à Deo, quandoquidem præcipitur ab ipso promittente præmium pro merito, consistens in quadam congruentia; cum tamen secundum Thomistas gratia semper præcedat, quæ dicitur principium merendi, & tunc sequitur satisfactio, quæ est in formata gratia, non ratione æquiualentiæ; sed per diuinam acceptationem; siquidem ratione gratiæ sic acceptatur à Deo, perinde ac si esset offensę Dei ęquiualens; quomodo per diuinam misericordiam acceptantem infinitatem habere dicitur: quemadmodum offensa est infinita, inquantum lęsa est per peccatum diuina maiestas. Et hanc veritatem cognouit Arist. in lib. 8. Ethic. dicens, dijs & parentibus ęquale reddere non valemus; possumus tamen id pręstare secundum ęqualitatis proportionem, sicuti enim Deus habita ratione ad suam infinitam bonitatem nobis sua beneficia confert; ita & nos, quas pro ratione nostrę tenuitatis possumus, tum gratiarum actiones, tum etiam satisfactiones rependimus, vt satisfacere sit Deo debitum honorem impendere inquit Anselmus, & est debitum ratione culpę. Et illa ęqualitas proportionis sufficit ad rationem iustitię, & satisfactionis: nam contracta est iam amicitia inter Deum, & hominem ratione gratię, & amicitia non exigit ęquiualens, sed quod possibile est, & hoc est aliqualiter ęquale s. secundum proportionalitatem inquit D. Thomas in Addit. ad 3. part. q. 13. art. 1. Et de satisfactione, quo ad peccatum primi parentis inquit D. Thomas in 3. par. quęst. 2. art. 2. ad secundum, aliquam satisfactionem dici dupliciter sufficientem: & perfectam, cum sit condigna per quandam adęquationem ad recompensationem culpę commissę, quomodo hominis puri satisfactio sufficiens esse non potuit pro peccato. Tum quia tota humana natura erat per peccatum corrupta, neq; poterat recompensare bonum alicuius personæ, & etiam plurium personarum per æquiparantiam totius naturæ detrimentum. Et etiam quia peccatum contra Deum commissum, quandam infinitatem habet ex infinitate diuinæ maiestatis: tanto enim offensa est grauior, quanto maior est ille in quem delinquitur. Vnde oportet ad condignam satisfactionem. vt actus satisfacientis habeat efficaciam infinitam, vtpote Dei, & hominis existentis. Alio modo potest dici, satisfactionem hominis esse sufficientem imperfectè s. secundum acceptationem eius, qui est ea contentus, quamuis non sit condigna. Et

Arist. lib. 8. Ethic.

Anselmus.

D.Th. Addi. 3. par. q. 13. art. 1.

D. Th. 3 par. q. 2. art. 2.

hoc modo satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum præsupponit aliquid perfectum, à quo sustentetur, inde est, quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet à satisfactione Christi. Sed ad satisfactionem semper secundum Theologos requiritur gratia, concurrente diuina misericordia, quod colligitur ex D. Paulo ad Titum cap. 3. dicente apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Et actus satisfactionis hominis satisfacientis est finitus, cum sit à persona finita. Tum quia peccatum primi parentis intulit sibi damnum mortis, & omnibus ab eo originem ducentibus, quomodo plenè non potuit satisfacere, nisi ille, qui non erat debitor mortis, qui peccatum Adæ non contraxit. Et quoniam Deus acceptans concurrit ad satisfactionem, Deus offensæ non obliuiscitur per misericordiam suam conferendo gratiam. Neque de omni eo, quod est in peccato fit satisfactio, neque Deus exigit satisfactionem de omni eo, quod est in culpa, licèt aliquid condonet in suam misericordiam; sed de aliquo requirit satisfactionem per iustitiam: quomodo in hoc misericordia, & iustitia requiruntur. Neque est satisfactio nisi condonatio præcedat, sicuti nunquam est meritum, nisi donum gratuitum præcedat. Et ideò optimè dicit D. Bonauent. in 4. distinc. 15. art. 1. quæst. 1. in peccato duo esse consideranda, Dei offensam, & libidinem deordinatam. Offensa Dei est infinita, & pro illa non fit satisfactio, sed illam remittit illius misericordia, gratiam conferendo: sed libido peruersa finita est, & quia Deus iustus est, & non totum remittit, quo illo exigit pœnam condignam, quomodo possibile est Deo satisfacere. Et ad hoc necessario requiruntur misericordia, auxilium, & gratia Dei. Vel dicendum, quod etsi diuina misericordia per gratiam condonet homini offensam, tamen iustitia requiritur, cum in omnibus operibus Dei, & misericordia, qua confertur gratia, & iustitia requirantur. Nam cum homo peccando infinitum obiectum læsisset, vt diuinæ iustitiæ satisfactum fuisset, necessarium erat aliquem illi satisfacere, qui infinitæ esset efficaciæ, absq; peccati labe; quomodo omnis nostra satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi, quomodo re-

Ad Tit. c. 3.

Bonauent. in 4. dist. 15. ar. 1. quæst. 1.

Psal. 68. quiritur necessario gratia, & hoc modo intelligitur illud Psal. 68. quæ non rapui, tunc exoluebam. Et Isaiæ 53. propter scælus populi mei percussi eum; itaut purus homo satisfacere non posset, sed innocens, quomodo satisfactio Deo grata reddebatur, & nostra satisfactio inquantum sumus illius capitis membra à satisfactione eius efficaciam, habere dicitur, et hoc pacto intelligitur illud, quod à D. Paulo scriptum est in Epist. ad Colos. cap. 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Eramus enim natura filij iræ. Deus autem, qui est diues in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, & gratia saluati sumus per fidem, & hoc non ex nobis, Dei enim donum est scriptum est ad Ephes. cap. 2. Vnde supponitur Dei charitas, iuxta illud D. Gregorij in benedictione cærei paschalis. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. Et propterea dicendum, quod Deus homo patiatur est satisfactio infinita, in qua fundamentum habere dicitur satisfactio nostra per amicitiam, quę contrahitur inter hominem, & Deum, quam absq; gratia consequi non possumus, itaut nihil boni absq; gratia illius consequi possumus, concernentis vitam ęternam, quomodo verum est dicere quod supra scriptum est, scilicet, gratiam esse principium merendi. Vnde ille appellatur iustus iustitia commutatiua, & ab Aristotele illa iustitia dicitur directiua, quia per illam diriguntur recipientes, & reddentes in suis commutationibus, & in suis pactis quomodo seruatur æqualitas proportionis creaturæ respectu Dei, quam iustitiam sicuti & pactum fregit primus parens non seruando præceptum Dei, & illud quidem negatiuum, quomodo morti subditus per esum illius ligni remansit: Vnde ratione demeriti pœnam passus est, cadente Adamo sub iustitia Dei vindicatiua, & fuit iustum. Nam si dictum fuit operarijs, vt irent in vineam domini ad laborandum, & esse daturum illis pretium iustum. Cur vindicatiua iustitia non debet cadere contra eos, qui domini præceptum transgrediuntur? Vim patitur regnum cœlorum, & violenti rapiunt illud Matth. 11. et violentia laborem concernit. Vnde ibidem scriptum est. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Pro labore igitur meritum confertur. Vel potius dicendum, Deum quodammodo vendidisse cœlorum regnum, quod emptum fuit ab homine temporali eleemosyna, iuxta illud Matth. 19. Vade, & vende

Margin notes: Isaiæ 53. — Ad Col. c. 1. — Ad Eph. c. 2. — D. Greg. in ben. cærei. — Matth. 11. — Ibidem. — Ibidem 19.

vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis. Et de concertatione dicitur in libro Apocal cap 3. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, iuxta illud D. Pauli in 1. ad Timoth. cap. 4. Bonum certamen certaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et de emptione loquitur D. Ioannes in lib. Apocal. cap. 3. dicens. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris: & rectè quidem secundum sententiam Christi domini apud Matth. cap. 25. dicentis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Exuriui enim, & dedistis mihi manducare, secundum illud Isaiæ cap. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosq; induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc gloria domini colliget te. Ex quibus manifestum est inter Deum, & hominem non esse intercipiendam iustitiam commutatiuam, qua s. Deus de rigore sit debitor, cui debent omnes creaturæ, cum illi nihil æquale reddi possit; licèt reddatur ei æquale possibile, & proportionale, qua in re mihi maximè placet sententia illorum Theologorum, affirmantium bonum actum fidei, & dilectionis non tantù esse dicendum dispositionem ad hoc vt remittantur peccata, sed & meritum de congruo iustificationis, & de hoc loquitur S. Thomas in 2. sent. d. 27. q. 1. art. 4. dicens. In omni qui meretur exigitur, vt actus eius sit aliquo modo proportionatus ad id, quod meretur. Nullus enim meretur, nisi id, quod tantum suam conditionem potest contingere; quomodo gratia conditionem humanæ naturæ excedit, ducens ad finem supernaturalem, quomodo non cadit sub merito; sed bona opera causant habilitatem ad illum, secum habentia honestatem, iucunditatem, & pulchritudinem, in quibus præcipue illorum, pretium consistit. Sic enim ordinauit Deus, qui voluit reddere vnicuiq; secundum opera sua Psal 61. & in scriptura multoties legimus Deum conferre mercedem Eccles. 5. Apud dominum est merces eorum, & Hierem. 31. erit merces operi tuo. Et Genes. 15 ero merces tua magna nimis; non quia Deus sit subiectus nobis, sed nos ipsi, & illius præceptis, totum proueniens ex sua liberalitate, cui sumus debitores. Et de hoc videndus est S. Thom. 12. q. 114 art. 3.

Apocal. 3. 1. ad Tim. 4. Apocal. 3. Matth. 25. Isaiæ 58. In 2. sent. d. 27. q. 1. ar. 4. Psal. 61. Eccles. 5. Hierem. 31. Genes. 15. S. Tho. 12. q. 114. art. 3.

art.3. Neque de rigore est excogitanda inter Deum,& hominem distributiua iustitia, eadem ratione, quia scilicet ista iustitia, & ipsa debitum concernit; cum tamen Deus nulli debeat, qui totum præstat ex sua liberalitate. Et cum de rigore non interueniat iustitia commutatiua, neq; distributiua, quæ à commutatiua originem habere dicitur, qui licèt non redderet vnicuiq; secundum opera sua, non est dicendum, alicui facere iniuriam, cum nulli debeat, & licèt promiserit, factus est sibi ipsi debitor, & ex debito promissionis exequitur promissum, itaut debitum non proueniat ex creaturis, quibus de rigore non debetur; sed quia est verax & fidelis: siquidem non potest creatura obligare Deum: Debitor igitur erat Adam Deo, qui non seruauit pactum, & iniustitia fuit ex parte ipsius, sicuti & ex parte peccantis, & misericordia ex
Psal. 31. *parte Dei parcentis, iuxta illud Psal. 31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Cum enim omnium Deus sit dominus, hominemque creasset, vt esset, & non vt destrueretur, præceptum dedit ad hominis vtilitatem, non ad suam, qui bonorum nostrorum non indiget. Videns enim Deus, mortem in ligno illo abditam latitare, quam non fecit, cautum reddidit hominem, illam nolens, sed vitam. Signum esse potest, prohibitio comestionis illius ligni. In bonum namq; semper fertur legislatoris voluntas, quomodo verè cum Propheta cantare possumus. Præceptum domini lucidum,*
Psal. 18. *illuminans oculos. Psal. 18. Lex igitur obseruetur, & in obseruante bonum redundabit. Sed si præceptum domini primus parens nihili fecit, cui erat debitor, iugum frangendo, quod portare tenebatur, mors in peccati pœnam statuta fuit, à qua omnino erat alienus, quam nolebat Deus. Vult ne furtum legislator? Absit. Illud enim probibet, videns in illo vltimum supplicium latitare; vult nihilominus furem suspendere, illi malum, quod est bonum ratione iustitiæ, quam in furem exercet. Non igitur mutat conditionem legislator, sed fur, quam si non mutaret non suspenderetur, & tunc inimicitia contrahitur inter iudicem, & furem. Volumus videre, nolle Deum malum voluntate antecedenti? illud probibet, cui ex sui natura proprium est misereri semper, & parcere, vt punire dicatur illius opus alienum, & se habet ad modum*
Isaias 1. *dolentis, secundum illud Isaiæ cap. 1. Heu consolabor super hostibus meis & vindicabor de inimicis meis. Antequam igitur Adam in peccatum incideret, immortalitate fruebatur, sed post peccatum*

mutans

mutans statum interitui fuit subiectus, conditiones mutans. Et quid mirum, si frangendo pactum, Deo debitor existens, effectuum diuersitas orta sit? Nam per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors. Creatus est igitur immortalis Adam, sed morti fuit subiectus, quia pactum non seruauit, seipsum à Deo auertens, sicuti, & illi, de quibus scriptum est Psal. 76. & auerterunt se, & non seruauerunt pactum, conuersi sunt in arcum prauum. Vnde colligitur ex omnibus istis enthymema. Adam non seruauit pactum, existens iniustus. Fuit igitur interitui subiectus, cui non fuisset, si pactum seruasset. Psal. 76.

Declaratur Adamum ex medijs esse immortalem, & cur interitui fuit subiectus.

ET quia, contrariorum vna est scientia. Contrariantur quidem status naturæ institutæ, & destitutæ. Instituitur aliquid, vt permaneat: destituitur autem, vt aboleatur. Quid enim vult institutor, nisi forma, & ex consequenti esse, à forma proueniens? Eius namque actio esse desinit, cum opus formatum esse cognouerit, à qua esse, & vnum esse prouenit. Quid? Non ne formauit Deus hominem de limo terræ, inspirans in faciem eius spiraculum vitæ, qui factus est in animam viuentem? Fruebatur igitur homo, sicuti modo fruitur, immortali forma. Hæc enim est differentia inter alias formas sublunares, & hominis formam, quod formæ aliæ ab ista ex materiæ vtero extrahuntur, sed non ista. Formatus est igitur, vt esset & vt immortalitate ex parte formæ frueretur; non sic cætera entia, sub Luna existentia, habentia formas generatas, interituique subiectas. Tum etiam, quia Deus homini alia dona contulit elargiens illi originalem iustitiam, perfectam in illo causantem symetriam, in quo statu si permansisset, illum omnia bona comitabantur, ex quibus immortalitas originem ducebat: Sed illum statum deserens & ille, & sui posteri quas non viderunt miserias? Nunquid de Deo, qui non fecit mortem, sunt querelæ? Noluit profectò malum culpæ, cum illud prohibuerit, qui voluntate consequenti vo- Genes. 1.

luit malum pœnæ. Totum hoc a signo manifestari potest, si dona, ab ipso homini collata, considerentur. Volens etenim finem, voluit etiam & media, quibus finis acquiritur, cum boni rationem habeat, per quod agens suas edit operationes; quomodo inter agens, & media proportio est intercipienda. Cumque finis, & agens sint supernaturalia entia, medijs virtutem supernaturalem confert, quibus fine supernaturali potiamur, vt velit creaturas, opera manuum suarum ad illud supernaturale opus peragendum in honore haberi. Medium autem, quo Adam immortalitatem consequebatur, erat originalis iustitia, quam, peccando, amisit, diuinum praceptum transgrediens, vt statim inter Deum, & hominem inimicitia contracta fuerit, permanēs in puro, naturaliq; statu. Inter cæteras siquidem prærogatiuas, quibus decoratus fuerat primus parens, ea erat, vt tanta animi integritate frueretur, tantaq; innocentia, qua penitus illius mens Deo esset subiecta, menti sensus, & sensus, corpusque animæ; quam consonantem harmoniam, peccatum, quod Deus odio habet, dissoluit; quippe cum peccando, mens non fuit Deo amplius subiecta, quomodo iustitiam perdidit originalem, qua immortalis reddebatur malo culpæ, & pœnæ circundatus, à diaboli laqueis captus, ipsum interitui subditum reddidit. Et re vera Dei dona absque pœnitentia donantur, qui non mutatur, sicuti homo mutationibus est subiectus. Sed illius lex est immaculata, sine qua non erat conueniens, hominem viuere, de quo dicit Isaias cap. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster; sed quod nam est cor hominis? prauum. Damnum igitur, & mors a committente peccatum, quo lex præuaricatur. Fruebatur igitur immortalitate corporis primus parens ante legis præuaricationem, qui cautus a domino factus, audiuit. In quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Quare poterat non mori.

Isaias 33. Genes. 2.

Perpen

Perpenduntur causæ mortis primorum parentum.

Confirmatur ex serpentis interrogatione, & ex eo, quod responsum est ab Eua serpenti. Illam serpens aggreditur, quam hoc modo tentare ausus est. Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno Paradisi? Cui responsum dedit mulier. De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso, vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus, nè comederemus & nè tangeremus illud, ne fortè moriamur. Sed Dei sermo fuit absolutè prolatus, dicentis. In quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Audiamus dominum, post commissum peccatum, ita dicentem. Quis indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Nunquid apud dominum dubitatio de euentu, quem aduerbium forte indicat? Et quamuis Adæ illa verba fuerint enunciata (siquidem adhuc Eua erat in potentia in costa illius, neque formata erat) nunquid Adam negatiuum præceptum, ei Deus significans, ignorantem fecit, quemadmodum aut fecit mulier, aut saltem fidem Adæ non adhibuit? Dubitauit Eua. Dubitationem vidit diabolus, & cognoscens, quando in dubium redditur animus, paulò momento huc, illucq; impellitur, tentationem aggreditur: qui, sicuti Spiritus sanctus ad bonum sanctis inspirationibus vertitur; ita spiritus ille malus suggestionibus suis se ad malum vertit, quod primæ matri successit, in dubium vertenti præceptum, quæ neque serpenti veritatem præcepti protulit; Non enim Dei præceptum ad sensum tactus extendebatur absolutè, nisi inquantum gustus est quidam tactus, sed ad gustum: Et nihilominus præceptum extendens Eua, responsum dedit serpenti, Deum præcepisse, ne comederent & tangerent illud lignum. Sed præceptum non fuit de tactu. Species etiam illam decepit, quæ si Dei præceptum nouit, suæ fidei integritati, dignitatique derogauit. Et videns, lignum ad vescendum esse bonum, oculis pulchrum, aspectuque delectabile, conditiones, allicientes cor, tulit, & comedit, deditq; viro suo, qui comedit. Et quomodo non mors, de qua Deus Adamum cautum fecerat? Vnde diabolus mulieris inclinationem

Genes. 3.

Genes. 3.

animaduertens sermonemque illius dubium, & quoniam nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, inquit, malum suadens. Nequaquam moriemini. Et quoniam est pater mendacij, mortem vult, quam negat Deus. Igitur vitam volebat, ligni esum probibens, in quò mors abdita latitabat. Quid igitur illud præceptum insinuabat? Ne morti primus parens esset subditus. Erat igitur Adam immortalis ante esum ligni. Sed dixit serpens mendacij pater nequaquam moriemini. Ergo erant immortales, quia ante esum sciebat, immortalitate frui. Hoc animaduertit mulier post commissum peccatum, cui dixit Deus. Quare hoc fecisti? Quæ responsum dedit Serpens decepit me. At diabolus dixit, mendacem faciens Deum, qui est prima, & summa veritas. Nequaquam moriemini. Vnde per peccatum mortem voluit, sciens, Adamum ante peccatum fuiße immortalem, instructum a Deo euitare mortem, et immortalitatem volente. Dixit diabolus. Nequaquam moriemini. Et mortui sunt; quia de probibito ligno comederunt. Contrarię profectò Dei, & demonis intentiones. Diabolus vult peccatum. Ergo & mortem, peccati stipendium. Deus peccatum probibet, vitam volens. Ille ex peccato vitam promittit: & Deus reddit cautum hominem, ne incidat in peccatum, nolens mortem, sed vitam. Sed diabolus mendacij pater, qui in veritate à principio non stetit, cum in eo veritas non sit, & cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur scriptum est apud D. Ioannem cap. octauo. De quo dicitur Sapient. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Videamus, an verum sit. Dixit diabolus. Nequaquam moriemini; sed cum de ligno probibito gustaßent primi parentes, vitam quęrentes, quam diabolus persuadebat, qua potiebantur immortales, mortem inuenerunt, quam prædixerat Deus, si de ligno scientiæ boni, & mali comedißent, de quo comederunt. Vnde scriptum est in libro Genes. cap. quinto. Factum est tempus, quod vixit Adam anni nongenti triginta, & mortuus est. Malo etenim culpę malum pœnę succedit. Sed nullum malum culpæ est ante peccatum, vt non consequatur malum pœnæ. Quare neque mors. Est etenim mors pœna, quæ vltimum terribilium dicitur 3. Ethic. cap. 6. re vera pœna peccati, illud insequens, sicuti vmbra sequitur corpus. Et dixit diabolus. Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Sed quæ nam eorum conditio post commissum peccatum? Bonum cognoscere voluerunt, & malum

Ioan. 8. Sapien. 2. Genes. 5. 3. Ethic. 6.

illos

illos fecisse pœnituit, in statum ignorantię incidentes. Vitam igitur Deus voluit; cum tamen humana voluntas, illius voluntati resistere possit, quæ ad vtrumque ferri valet. Constituit etenim Deus hominem ab initio, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & pręcepta sua. Apposuit ei aquam, & ignem, ad quodcunque voluerit, porrigat manum suam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum; quodcunque placuerit ei, dabitur illi, vt dicitur Ecclesiast. decimoquinto, & in libro Genesis cap. quarto, dixit dominus ad Cain. Non ne si benè egeris, recipies: si autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Vult ne fortasse iudex voluntate antecedente iustitiam punitiuam? Animaduertamus leges, malum prohibentes. Electio est ex parte eligentis, qui debet eligere bonum, iuxta illud Deuteronomij cap. trigesimo. Considera, quod hodie proposuerim coram te vitam, & bonum, & econtra mortem, & malum. Elige ergo vitam, vt viuas. Hæc igitur erat voluntas Dei voluntate antecedente, primos parentes, & suos posteros esse immortales, cum Adæ in ligno scientiæ boni, & mali mortem esse latentem significauerit. Dei voluntas semper ad bonum tendit. Non igitur ad interitum: neque tantum in statu iustitiæ originalis; verum etiam post lapsum, iuxta illud Ezechielis cap. decimooctauo. Nolo mortem peccatoris sed magis, vt conuertatur, & viuat. Scriptum est enim in libro Leuitici cap. decimonono: Leges meas custodite: ego autem sum dominus Deus vester. Et quoniam mors, quę est priuatio, malum dicitur, attendamus verba Psalmi centesimi decimiquarti, dicentis. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi: Quoniam eripuit animam meam de morte oculos meos à lacbrymis, pedes meos à lapsu. Et sequens Propheta dicit. Placebo domino in regione viuorum. Placebo. Vnde? quia dominus benefecit mihi. Et apud Isaiam cap. vigesimoquinto, dicitur. Præcipitabit dominus mortem in sempiternum. Non igitur mors à Deo; sed omne bonum, à quo omnis liuor alienus esse dicitur, omnium creator, omniumque conseruator. Audiamus prouerbium, figulum figulo inuidere, quæ quidem inuidia est inter pares, re vera timorem inducens; cum inuidus timeat, ne illi aliquis inferior, aut maior eo, aut æqualis euadat; cum inuidia miseriam non aspiciat. Sed potest

Ecclesf. 15.
Genes. 4.
Deut. 30.
Ezech. 18.
Leuit. 19.
Psal. 114.
Isaias 25.

ne timere Deus infinitus, ne res creata sui natura finita, ei æqualis euadat? Sed inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Sapient. cap. secundo. Cognouerat enim, hominem beatitudinis esse capacem, qua, si in peccati labem incidisset, potiri non poterat, tanti boni inuidus illam primis parentibus, & suis posteris, malum actum consulendo, probibere decreuit, quid peccatum efficiat, optimè cognoscens etiam per experientiam. Et superbiam mouens primum fuisse dicitur, & immediatum; mouensque proximum inuidiam. Sunt etenim ista duo peccata, quasi inseparabilia, vt vnum alterum concomitari videatur inquit D. Bonauentura. Superbus namque excellentiam amat, nullumque vellet sibi esse parem, vt singulariter excellentiam possidere appetat, statimque actu, vel habitu inuidet; cum nolit bonum simile bono, & nollet, vt alteri communicaretur. Vnde sciens diabolus, hominem posse ad supremam fœlicitatem ascendere, quam ipse, peccando amiserat, & superbia, & inuidia motus est ad tentandum Euam: Superbia, quò ipsam sibi subiaceret: & inuidia, qua esset impedimentum, ne suprema fœlicitate potiretur. Ex quibus intelligitur, Adamum ante diabolicas suggestiones fuisse immortalem, per quas conditio mutata est, illius suggestionibus consentiens primus parens. A diabolo igitur interitus, non à Deo, iuxta illud Christi domini apud Ioannem cap. octauo. Ille homicida erat ab initio, qui circuit, quærens quem deuoret, tanquam leo rugiens 1. Petri cap. tertio, quomodo etiam naturæ suæ peruersæ non oblitus, stabat ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius deuoraret; sed Christus venit, vt vitam habeamus, & abundantius habeamus, & vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioan. 10. & 3. Non sic diabolus de quo scriptum est in libro Apocalip. cap. 12. Iratum esse draconem in mulierem, & abijsse facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Nec mirum secundum illud, quod scriptum est in libro Genes. cap. tertio. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, & hæc fuit Beata Virgo Maria, sua fortitudine conterens caput serpentis, de qua loquitur Salomon Prouerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet? vt hæc victoria Mariæ semper Virgini seruata fuerit, vitam concernens,

Sapien. 2. — Ioan. 8. — 1. Petri 3. — Ioan. 10 & 3 — Apocal. 12. — Genes. 3. — Prouerb. 31.

cernens, virum circundans dominum nostrum Iesum Christum, qui est vita. Maxima igitur inter Deum, & diabolum contradictio, cuius quidem diaboli munus est vniuersum orbem seducere, & in illo certamine cum Archangelo Michaele inito proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas in terram; & tunc D. Ioannes audiuit vocem magnam in cœlo, dicentem. Nunc facta est salus. Non igitur mors a Deo Apocalyps. cap. 8. & in cap. 20. de eodem scriptum est, missum esse in stagnum ignis, & sulphuris, vbi bestia cruciabitur die, ac nocte in secula seculorum, quem vsque ab vberibus inquisiuit Messias, iuxta illud Isaiæ cap. 11. dicentis. Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauernam reguli qui ablactatus fuerit, mittet manum suam. Et ista delectatio infantis est ne, vt ei faciat bene? minimè quidem, sed puer paruulus minabit eum, iuxta illud Prophetæ Psal. 90. super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem de quo dicitur apud Isaiam cap. 27. In die illa visitabit dominus in gladio duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem tortuosum, de quo etiam dicit: ad infernum detraheris in profundũ laci, iuxta illud Isaiæ cap 14. quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? detracta est ad inferos superbia tua. Et huic scripturæ consonat illud Lucæ cap. 10. Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem, & sic eiectus est de Paradiso, verè ei contigit, quod contingere solet illi, qui ad iram, & furorem concitat regem, dum seuissimè punitur, illi non parcens, cum quo misericordia non vtitur, quoniam furoris filius appellatur, & non propriè iræ inquit D. Bernardus super Cant. ser. 69. quò in loco dicitur, & hominis, & angeli altitudinem esse deiectam; sed in homine mitius, iudicante ita illo, qui omnia fecit in pondere, & mensura. Sed angelus fuit in furore punitus, immo damnatus: homo iram tantùm sensit, & non furorem: Vnde est illud Abacuch. cap. 3. cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis, quomodo furoris impetu est præcipitatus. Quare perpendamus, an ædificator, & destructor in voluntate conueniant. Et quo maior interuenit discordia, eo maior inimicitia, & vindicta, qua maior pœna infligitur. A diabolo igitur peccatum, faciente prælium cum reliquis de semine mulieris, custodientibus mandata Dei, volens, suadensq; peccatum, à quo pœna ortum ducit; sed Christus nos orare docet, vt liberet nos a malo, & est malum culpæ, ne malum pœnæ patiamur.

Apoc. 8. 20.
Isaiæ 11.
Psal. 90.
Isaiæ 27.
Ibidem 14.
Lucæ 10.
D. Bernar. in Cant. ser. 69.
Abac. 3.

mur. Etenim iustorum mors somnus appellatur, pretiosa in conspectu domini, peccatorum verò pessima. Volens igitur, suadensque diabolus peccatum, vult & animæ, & corporis mortem, cum
Ezech. 8. *per illud anima gratia priuetur, animæ vita iuxta illud Ezec. 8. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, & est mors secunda scilicet*
Apocal. 2. *et infernus, de qua dicitur Apocal. 2. qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Sed creans Deus hominem in statu innocentiæ, qui status naturæ instituta vocatur, iustitia originali illum decorans, & quid aliud vult, nisi vtriusque, & animæ, & corporis vitam? gratia etenim Dei vita æterna. In illo igitur statu primus parens immortalitate fruebatur, nullam patiens pœnam. Ergo neque mortem, quæ pœna peccati statuitur. Creauit namque Deus hominem inexterminabilem, sed inuidia diaboli mors*
Sap. 2. *introiuit in orbem terrarum Sap. cap. 2. Est etenim mortuum*
Rom. 5. & 8. *corpus propter peccatum ad Rom. c. 5. & 8. per quod mors intrauit in mundum, vt dicitur ibidem c. 5. fuit igitur primus parens creatus immortalis, ita disponente diuina prouidentia, & bonitate, ad illam immortalitatem media conferente, si in peccatum non incidisset. Ergo verum est dicere, absolutè, & simpliciter in illo statu fuisse immortalem. Et hanc sententiam sequitur S. Thom.*
2. Sent. dist. 19. ar 2. & 3. *in 2. Sent. dist. 19. art 2. & 3. & omnes ferè Thomistæ. Dicitur enim ad Rom cap 6 stipendia peccati mors, secundum quid igitur*
Rom. 6. *mortalis erat appellandus in illo statu scilicet si peccaret. Vnde*
Concil Mil. cap. 1. *est illud Concilij Mileuitani cap. 1. Quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum; itaut siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est è vita decederet, non merito peccati, sed necessitate naturæ, anathema sit, & hanc senten-*
Conc. Trid. sess. 5. can 1. & 2. *tiam sequitur Concilium Tridentinum sess. quinta can. primo, & secundo. Verè ergo dicunt Theologi, aliquo modo hominem in statu innocentiæ esse mortalem, & aliquo modo immortalem; sed verius dici immortalem, cum immortalitas ei absolutè competeret, & mortalitas cum conditione, & est si in peccatum inci-*
2. Sent. d. 19. art. 2. *disset. Et re vera ratio D. Thomæ maximè digna est, quam amplectentur Theologi, & est ea, quæ sunt ad finem secundum finis rationem instituuntur. Et cum homo institutus sit ad finem beatitudinis, quæ excedit facultatem humanæ naturæ, ei collatum est aliquid supra facultatem naturalium principiorum, & fuit, vt anima esse perpetuum homini communicaret, qui quidem effectus impediri non poterat, nisi per deordinationem illius a fine,*

qua

quæ deordinatio peccatum concernit. Sed liberum arbitrium peccare poterat, cum non dum esset in Adamo confirmata iustitia originalis, impediri non poterat effectus; & ideo quodammodo erat mortalis, inquantum poterat mori; quodammodo immortalis, inquantum poterat non mori. Sed potentia moriendi non poterat reduci statim in actu, nisi præcedente mutatione animæ secundum actum peccati. Et ideo simpliciter in illo statu erat immortalis, & mortalis secundum quid, scilicet si peccaret, quod etiam confirmat Sanctus Doctor in 2. secundæ senten. ad Hannibal. distinct. 19. art. 1. Sen. ad Han. d. 19. art. 1.

A quo fuit peccatum ex parte hominis, per quod mors introiuit in orbem terrarum.

SEd inquirendum est, à quo nam fuit peccatum ex parte hominis, per quod in orbem terrarum inimica mors introiuit. Et ex hoc quæstio ista nota redditur. Peccatum nihil aliud est, quàm malum voluntarium. Est enim nomen operationis malæ, a voluntate ortum ducentis, quæ ad bonum, & ad malum ferri potest, cum se ab incommutabili bono auertat, & ad commutabile bonum conuertat, secundum illud Hieremiæ cap. 2. Duo mala fecit populus meus; me derelique runt, fontem aquæ viuæ, & fecerunt sibi cisternas cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Per peccatum igitur voluntas deprauatur. Et quoniam actus nostri in debita iustitia consistere debent; inde est, quod peccando bono priuamur, quomodo per causam finalem peccatum definitur, esse scilicet carentiam bonorum incommutabilium, quibus fruendis creati sumus. Habet igitur peccatum deficientem causam, & est humana voluntas, debita iustitia carens, quomodo fine debito priuatur, cum deficiat à vera regula, secundum illud, quod scriptum est à D. Augustino in libro de duabus animabus. Peccatum nihil aliud est, quàm voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, in qua consistit Dei lex, qua prohibetur peccatum, quomodo communiter definitur, esse dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Sicuti enim requiritur ad bonum opus voluntatis rectitudo, concernens iustitiam; ita ad peccatum voluntatis obliquitas,

Hierem. 2.

D. Augu. de duab. anim.

obliquitas, consistens in priuatione debitæ iustitiæ, quomodo in Deum terminari non potest, sed in obiectum disconueniens, quod volens peccator, bono incommutabili priuatur, quomodo deficit in fine vero, qui summi boni rationem habere dicitur; quod quidem ad hoc si ratio habeatur, definitur à D. Augustino in libro de Vera Religione, nihil aliud esse, quam carere bonis incommutabilibus, volens peccatum finem suum collocare, vbi non est collocandus, à Deo prohibitum. Concurrit igitur ad committendum peccatum voluntas, quæ voluntati Dei non redditur vniformis. Si igitur peccatum a voluntate, & per peccatum mors ingressa est in orbem terrarum. Non igitur a Deo mors. Sed de hac re infra vberior erit sermo.

Aug. in lib. de vera Relig.

Contra Hæreticos, dicentes, Deum esse authorem mortis, sicuti & peccati.

QVoniam peccatum, à quo mors dominium habuit super humanum genus, à mala voluntate originem duxit. Quomodo igitur quis dicere audet, sicuti affirmare audebant Hæretici, amborum Deum fuisse causam, & authorem, mortis scilicet, & peccati primi parentis? Ditauit Deus hominem liberalissimo dono liberi arbitrij. Et quomodo à Deo illius malum ei benefaciendo? Malum fecit Adam, bonisq; donis à Deo receptis malè vsus est, & peccando, peccatum nolens Deus, mortem, quam illi comminatus fuerat, si de ligno scientia boni, & mali comedisset, inuenit. Sublimauit re vera hominem, minuens eum paulominus ab Angelis, ad imaginem, & similitudinem suam illum faciens. similitudo autem amoris causa esse dicitur. Et amare nihil aliud exprimit, nisi velle bonum. Amor autem Dei circa humanum genus est ille, quo amat se, in quo idem est, quod amat, quod amatur, & actus amandi, & est Spiritus sanctus, qui & amor dicitur, & de eo dictum est viuificare, & sanctificare. Quomodo igitur à Deo interitus, & peccatum? Totum hoc confirmari potest ex differentia inter amorem nostrum, & diuinum. Amat homo ratione bonitatis, in re amata existentis, cum actus voluntatis nostræ semper in bonum, aut apparens bonum feratur, quomodo bonum

num

num illud finis rationem habet, qui mouet motu metaphorico 1. de Ortu, & Interitu part. 55. Sed amor diuinus non supponit bonitatem in rebus à quibus moueatur, sed ab ipso omnes bonitates dependent: nulla namq; creatura sicuti non potest esse obiectum motiuum diuini intellectus, ne ab aliquo extrinseco perfectionem recipiat, cum intellectum sit forma, perfectioq; intellectus 12. Metaphys. part. 51: ita neq; diuinæ voluntatis motiuum obiectum esse potest, sed primum immediatum obiectum illius est diuina essentia, quod & terminatiuum nuncupatur; cum tamen per diuinam essentiam ad creaturas terminetur, quomodo verum est dicere ad creaturas terminari, inquantum obiecta sunt secundaria: At non vt amor creaturarum, qui est desiderium fruendæ pulchritudinis, quomodo illarum amor in Deum terminatur. Vidit hanc veritatem diuinus Plato in Conuiuio, deformitatem amorem non sequi, qui optimus, pulcherrimusq; existens, talia quoq; cæteris elargitur. Et res deorum (inquit ille) amore interuenien-te dispositæ sunt amore pulchritudinis. Hanc veritatem expressit Sponsa in Cant Cantic. cap. 5. quæ, cum interrogaretur, qualis esset dilectus illius. Responsum dedit. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, & sequens laudat sponsum in pulchritudine, quam animaduertens inquit; stipate me malis, fulcite me floribus, quia amore langueo. Cantic cap. 2. Et hoc animaduertens Virgilius inquit in Buc.

1. de Ort. & Int. 55.

12. Met. 51.

Plato in Cõuiuio.

Cant. Cantic. 5.

Ibidem 2.

Virg. in Buc.

Non sum adeò informis, nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis staret mare.

Sed quæ nam quæso formositas in morte? Palliditas, cum pallida ab effectu dicatur mors, terribilis, immò vltimum terribilium esse inquit Aristoteles in libro tertio Ethicorum cap. 6. Vita æterna fruitur Deus. Et quæ nam similitudo inter viuum & mortuum? Homo mortuus æquiuocè dicitur homo, qui caret forma, & fine, & ex consequenti operatione formæ. Et si omnia diligit Deus, & nihil odit eorum, quæ fecit. Sapien. cap. 11. vidit namque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Genes. cap. 1. Et quomodo summum bonum non potest diligere valdè bona? Perpendamus quæ creaturis, & precipuè hominibus donauerit. Est enim amantis proprium donare cum ex D Greg. probatio amoris sit operis exhibitio qui donando nobis filium suum, omnia cum ipso nobis donauit, quæ dilectio non concernit affectum, sed boni communicationem quibusdam quo ad gratiam,

3. Ethic. 6.

Sapien. 11.

Genes. 1.

omnibus verò quo ad natura effectus, cum sit auctor naturæ & gratia, & quod magis est ab æterno; nam quemadmodum res ab æterno cognoscuntur à Deo; ita ab æterno amantur. Dicitur enim Ecclesi. 23. Ecclesi. cap. 23. Domino deo, antequam crearentur omnia sunt Hierem. 1. cognita, & apud Hieremiam scriptum est cap. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te, & quo ad volūtatis actum dicitur ad Ad Ephes. 1. Ephes. cap. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Quare ab æterno nos dilexit. Et hoc est illud, quod scri- Hierem. 31. ptum est apud Hieremiam, cap. 31. in charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te, miserans tui. Et ista dilectio æterna appellatur, quia est in ipso Deo, sed in seipsa, creando illam, in tempore, & rectè quidem; quandoquidem diligere secundum principale significatum significat actum diuinæ voluntatis, qui est æternus; sed connotat relationem ad creaturam, quæ est producta in tempore; quomodo voluit illi bonum ab æterno, quod secundum actum exercitum habuit in tempore; ab æterno verò secūdum rationem. Et hoc modo distinguitur bonum in potentia, & bonum in actu, quod bonum in actu habet creatura, dum est in actu; cum tamen ab æterno proposuerit illi communicare bonum. Et rectè quidem secundum sententiam S. Thomæ, quoniam etsi creatura non fuerit bona ab æterno in propria natura, fuit tamen bona in Dei præ 3. Sen. d. 31. scientia 3. Sentent. distinc. 31. quæst. prima art. 3. ad primum, q. 1. artic. 3. ad 1. qui communicat in tempore ea, quæ sua sunt. Ergo communicat Scriptor de Causis. vitam vt testatus est etiam Scriptor de Causis. Et Dei amor erga hominem non est amor concupiscentiæ; sed amicitiæ quæ requirit reciprocum amorem inter amantem, & amatum: vnde cætera præter rationales creaturas amat amore concupiscentiæ, cum inter Deum, & alias creaturas non interueniat charitas; sicuti interuenit inter creaturas rationis participes, & intellectuales. Tum quia amantur propter illas, quia ad hominem ordinatur. Thren. c. 2. Vnde dicitur Thren. c. 2. ordinauit in me charitatē, vt vita æterna potiretur, ad quam creatura rationalis est ordinata, quia vult illi bonum, quod est ipsemet Deus, qui bonorum nostrorum non indiget, creatura rationali vtens, cum illam ad suum vltimum finem ordinet, quæ ordinatio est ab æterno, & hoc præstatur per sui fruitionem; quomodo ex sententia Theologorum, illam dilectionem, qua Deus diligit se, & nos, esse vnam, quæ habita ratione ad Deum fruitio nuncupatur, sed ad creaturas, vsus dicitur; 3. Sen. dis. 32 Vnde Magister Senten. in 3. distinct. 32. affirmat, dilectionem

Dei essentiam, siue substantiam. Sed quaenam est dilectio Dei inferentis mortem, qui ab odio ad illam concitatur? Odium autem in Deum cadere non potest; nisi metaphoricè sicuti de alijs animi passionibus dicimus, qui omnia diligit quo ad illorum naturam, ab ipso emanantem, qui culpam odio habet. Quare non dilectione, a gratia originem ducente, quae nuncupatur specialis dilectio; sed generali; quo pacto intelligitur illud Matth cap 5. qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Et eo modo mali non sunt quo ad esse supernaturale, cum ab illo esse per peccatum deficiant. Effectus ostendit & est aeterna punitio, quae priuationem gratiae supponit. Et secundum hanc distinctionem conciliantur multae auctoritates Sac Scripturae, vt illud Malachiae cap. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum omnem viam iniquam odio habeat, & illud Sapien. 11. nihil odisti eorum, quae fecisti. Et illud Psal. 5. odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Et fundamentum de dilectione vniuersali esse potest, quia omnia entia sunt bona bonitate entis; at defectus est ex bonitate moris, quem non vult Deus, & propterea se habet ad modum ferentis odium, & perinde ac si esset iratus, puniendo. Non vult igitur Deus mortem, neque peccatum, a quo prouenit mors.

Matth. 5. Malac. 1. Sap 11. Psal. 5.

Confirmatur. Nam vita Dei tota beata est, & gaudiosa, hominibus autem eatenus, quatenus similitudo quaedam eiusmodi operationis in ipsis inest, & cum illius operatio beatitudine excellat, contemplatiua vita fruitur; ex humanis autem ea est faelicissima, quae huic maximè cognata esse dicitur. Argumento illud est, quod caetera animalia, quae tali operatione penitus carent, expertia faelicitatis quoque sunt; itaut quousque contemplatio protenditur, eousque faelicitas se extendat, 10 Ethicorum cap. 8. Et quoniam simile simili gaudet, vt prouerbio fertur, sicuti dicitur in lib. Eccles. cap 13. omne animal diligit sibi simile, vt similitudo mater amoris sit dicenda. Dei autem gaudium in seipsum intelligendo, & amando consistit, & isti actus in comprehensione consistunt, comprehensionem sequentes, sicuti vmbra sequitur corpus inquit Auerroes 12. Metaphys. com. 39. Et de similibus esse delectationem, & gaudium ratus est diuinus Plato in libro, qui Ciuilis inscribitur, signum esse potest sympatia. Hoc enim est à natura insitum, vt semper ad simile quisq; feratur, & dissimile euitet, quod quidem generationes testantur, quomodo similia similibus

10. Ethic. 8. Eccles. 13. 12. Met. c. 39. Plato in lib. qui Ciu. inscrib.

 conser-

conseruantur: nam similia similibus iunguntur; qua ratione si-
2. de Aïa 34. *mile generatur 2. de Anima part. 34. Et id dilectione efficitur, mater generationis, & conseruationis, iuxta illud. Omnis caro ad similem sibi coniungetur. Quæ nam igitur Dei delectatio, quod nam illius gaudium in hominis morte, vitę contraria, quam non vult Deus, qui creauit omnia, vt essent, cum viuere viuentibus sit esse. Et si Deus est auctor vitę, lætari ne debet in occasu viuorum, tanquam in opere suo bono? Absit, qui lętatur in operibus suis. Non igitur a Deo mors, neque peccatum, sed à diabolo, & ab hominis mala voluntate. Confundantur igitur Hæretici, Pelagius scilicet, & Cælestianus, dicentes, siue Adam peccasset, siue non peccasset, interitui fuisse subiectum, asserentes, Deum esse dicendum auctorem mortis. Qui maximè à veritate discedunt.*
Ad Rom. 8. *Scriptum est enim à D. Paulo ad Romanos cap. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne, propter quod corpus mortuum est. Et Christus mortuus est, & mori voluit, vt mortem captiuaret,*
Oseas. 13. *& vinceret, secundum illud Oseæ cap. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ò mors. Et si vi-*
2. de Aïa 37. *uere viuentibus est esse 2. de Ani. part. 37. & esse, & bonum conuertuntur, vita boni rationem habet. Interitus igitur mali. Est enim vita habitus; interitus verò priuatio. Anima namq; qua animatum ab inanime differt differentia à priori, est principium vitale, & ex consequenti animati corporis in triplici genere cau-*
2. eiusd. 36. *sæ, formę scilicet efficientis, & finis 2. eiusdem part. 36. quam Deus creauit, vt daret esse animato corpori, suarum operationum principium secundum illas causas; quibus operationibus differt ab inanimato differentia à posteriori, quo modo est intelligendus*
1. eiusd. 19. *Aristoteles in primo de Anima part. 19. distingui animatum ab inanimato sensu, & motu, quorum ipsa est principium, cum sit*
2. eiusd. 2. 24. *forma 2. eiusdem part. 2. & 24. Deus autem volens, & dans formam, vult etiam, & confert ea, quæ formam consequuntur, agen-*
8 Physi. c. 32. *tis proprium ex doctrina Auerrois in 8. de Phys. Auditu com 32.*
4. de Cœ. 28. *& 4. de Cœlo com. 28. & est esse, & viuere a qua originem du-*
2. de Aïa in princ. *cunt, ex vestibulo libri secundi de Anima; quippe cum anima sit principium vitale, à quo operationes vitales proueniunt, cum forma operationibus cognoscatur. Audiant Hæretici Moysem in*
Genes. 2. *libro Genesis cap. 2. dicentem. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est*

homo

homo in animam viuentem. Creauit igitur Dominus Deus animam, vt viueret Adam, conferens illi vitale principium, insufflans in illum spiraculum vitę. Videre volumus cuius nam efficacię sit Dei spiritus insufflatus? Audiamus Ezechielem, quo confirmabitur, Deum nostrum velle vitam, & non mortem contra Hæreticos cap. 37. dicentem ossibus in campo existentibus. Ossa arida audite verbum domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Sed quomodo? A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis. Quomodo igitur à Deo mors? Et quam ò Heretici philosophiam didicistis? Quomodo vitale principium cognoscitur? re vera operationibus sicuti nutritione, augmentatione, & diminutione, & generatione, quod in plantis manifestum est, quarum anima est principium; cum sint vitales operationes à principio vitali 2. de Anima part. 3. & 24. & 2. de Generat. Animal. cap. 3. quæ per mortem amittuntur, cum separetur vitale principium, quod sequuntur illæ operationes, à quo sunt. Est enim principium illud formale, quo si priuentur animata & operationibus priuantur. Sed nunquid à Deo priuatio, omnium causa in triplici genere causæ? Scriptum est in 2. de Ortu, & Interitu part. 59. Deus compleuit totum, continuam faciens generationem. Et si natura semper quòd melius est desiderat, multo magis Deus, a quo natura dependet; & melius est esse, quam non esse. Dedit namq; Deus generabili, & corruptibili secundum naturalia principia virtutem, in semine, & in spumosa parte seminis existentem, qua in specie permanere posset, vt ibidem testatus est Aristoteles, quod etiam videre est apud Auerroem in secundo de Anima com. 34. Et quid nam quæso voluit Deus, masculum & fœminam creando, nisi generationem esse continuam, quoadusque velit? Et si generationem, & vitam per consequens. Dixit namque Deus post animalium creationem. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, quod quidem per generationem præstatur, quæ est transmutatio de non esse ad esse, incipiens à priuatione, tanquam à termino à quo, ad formam, à qua prouenit esse vitale ad terminum ad quem; cum generatio sit via ad naturam, quæ est forma, omnium maximè natura, & illud esse est vitale, cum a principio vitali ortum ducat, & est anima, & dicitur propriè natiuitas, quæ conuenit viuentibus, & est origo viuentis à viuente

Ezech. 37.

2. de Aĩa 3. 24.

2. de Gener. Anim. 3.

2. de Ort. & Interitu 59.

Ibidem.

2. de Aĩa 34.

Genes. 1.

 coniunctio

coniunctio secundum similitudinem naturæ, vt scriptum est à D.
1.Par. Sũ. q. 27.art.2. *Thoma in Prima Parte Summæ quæst. vigesimaseptima art. 2.*
4.Cōtra Gē. cap.11. *Et quarto, Contra Gentes cap. 11. quam definitionem desumpsit.*
8.Ethic.12. *Ex Aristot. in 8. Ethic. cap. 12. Et in septimo Metaphys. part.*
7.Met.22. *vigesimasecunda, vbi dicitur, genitum debere esse magis coniunctum generanti, quàm factum facienti, & debere esse eiusdem naturæ cum generante: Et quoniam per generationem forma producitur, quæ generationis finis appellatur. Sed quis explicat formas ex gremio materiæ nisi motus cœli, à primo principio prouenienss per actum intelligendi, & amandi, creans continuò animas*
Ioan. 5. *intelligendi, quomodo intelligitur illud Ioann. cap. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, tribuens efficaciam omnibus animatis, & plantis sibi simile generare, conferens illam virtutem cœlestem, & diuinam seminibus, proportione respondentem elemento stellarum, quæ est causa, vt corpora gignantur, quomodo formæ naturales, vna excepta anima intelligendi per verum motum, veramque mutationem à vero agente ex intimis mate-*
De Generat. Anim. 3. *riæ penetralibus extrahuntur; cum nihilominus illa deforis adueniat secundo de Generat. Animal. cap. tertio, à quibus animabus, & esse, & viuere prouenit. Et totum hoc animaduertens Ari-*
1.de Cœ.100 *stoteles, scriptum reliquit in primo de Cœlo part. 100. A primo principio communicatum est esse, & viuere omnibus, his quidem clarius, his verò obscurius. Creauit namque res inanimatas, vt essent, & animatas, vt viuerent, eis vitale principium conferens, vt vitales ederent operationes: contulit siquidem omnibus causis efficaciam; quomodo magis influit, & est maioris adhærentiæ in causatis, ab alijs causis procedentibus, quod videre est apud*
Auct.de cau. in propos. 1. *Auctorem de Causis in propositione prima. Et in propositione*
Idē prop. 18. *decimaoctaua scriptum est. Res omnes habent essentiam per ens primum, & omnes res viuæ sunt motæ per essentiam suam propter primam vitam, & res intelligibiles omnes habent scientiam propter intelligentiam primam. Et vita est processio, procedens ex ente primo quieto, & sempiterno, quod, cum sit prima bonitas, omnia sæcula bonitatibus implet. Quomodo igitur a Deo mors? Et quis dubitat, an sit causa conseruans? omnes Philosophi hanc*
De Mūdo ad Alex. cap. 2. *veritatem attestantur, quod videre est in libro de Mundo ad Alexand. cap. 2. qui secundū rei veritatem est omnium creator. Quomodo igitur ab illo mors, vt faciatis Deum mortis auctorem, qui*
Sapien. 1. *mortem in æternum est præcipitaturus? Scriptum est. n. Sap. cap. 1.*

Nolite

Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, quoniam Deus mortem non fecit, neque in perditione viuorum lætatur. Sed defectus mortis fuit a causa defectiua, & fuit Adæ voluntas, quę frangendo Dei præceptum, se ab incommutabili bono auertit. Et si Deus est auctor mortis, cur mortuorum resurrectionem operatus est? Sed re vera per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, vt sicuti per Adam omnes moriuntur; ita in Christo omnes viuificabuntur inquit D. Paulus in 1. Epist ad Corinth. cap.15. In omnes etenim suos posteros mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Num Deus causa erroris, an potius non sit causa defectuosa humana voluntas? Ab ipsa re vera defectus, causa defectiua. Et quæ nam vita primi parentis, in Paradiso voluptatis collocata? Iucundissima, & immortalis. Vnde primus parens à ratione boni deuiauit nihili faciens mandatum diuinum, quomodo punitione mortis punitur. Spreuit, aut non cognouit, seu potius dona cognoscere noluit: Nam vitam innocentem ducere nolens, iustitiam originalem, sanctitatem, gratiamq; gratum facientē amisit; quomodo ipse, & sui posteri in laqueum mortis miserrimè inciderunt. Hanc veritatem Scriptor de Causis detegit, in propositione vigesimasexta, dicens Omnis rei, cadentis sub corruptione, non fit corruptio, nisi propter separationem suam à causa sua: dum verò permanet res per causam suam, retinentem eam, ipsamq; seruantem, non perit, neque destruitur, & Almeon dicebat, homines idcirco perire, quia finis eorum non coniungitur cum principio, vt refert Arist. in Problem. sec.17. Prob 3. cum econtra omnia per peccatum eueniant, quod est ab incommutabili bono auersio, & ad bonum commutabile conuersio, iuxta illud Psal 72 quoniam ecce qui elongant se à te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et illud Hier.17 omnes, qui te dereliquerunt confundentur, recedentes à te in terram scribentur. Quomodo igitur æternitas? Et eò maximè, quia creauit Deus hominem inexterminabilem, & ad imaginem, & similitudinem suam, non repræsentantem Deum secundum totum, vt non sit ad imaginem, habentem omnimodam perfectionem; quomodo filius imago patris dicitur, quę in ipso tantùm est æqualitatis; sed illa humana inquantum est imperfecta consideratur: siquidem illa præpositio Ad, accessum quendam significat, rei distanti competentem, inquit D. Thomas in Prima Parte Sum. quæst.93. art.1. Quomodo dicimus, esse imaginem,

[Margin: 1. ad Cor. 15 — Scriptor de Causis in Prob.26. — Arist. in Problem. sec.17. Prob. 3. — Psal. 72. — Hierem. 17. — 1. Par. Sum. q 93. art. 1.]

& non ad imaginem, perfectè implentem id, cuius est imago. Homo autem propter similitudinem dicitur imago, & propter imperfectionem similitudinis dicitur ad imaginem. Et quoniam similitudo perfecta Dei non potest esse, nisi in naturæ identitate, imago Dei in filio suo est sicut imago regis in filio sibi connaturali. In homine verò, sicut in aliena natura, vt imago regis in
D.Aug.decē Chor. *nummo argenteo. & est doctrina d. Augustini in libro de Decem Chordis. Similitudo autem in hoc consistit, quia factus est homo similitudinis capax. illi Deus bonum volens, & vltimum fi-*
1. d. Doct. Ch. 1. *nem, qui est vltimum bonum, iuxta illud D. Augustini. Fecisti nos domine ad te i capaces tui, & omni capaces, cum sit ho-*
3.de Aīa 37. *minis anima quodammodo omnia 3. de Anima part. 37. de qua dicitur, esse in omnia fieri, sicut munus intellectus agentis in*
Ibidem 18. *omnia facere. Mens etenim humana nullam aliam naturam*
Ibidem 5. *habet, nisi hanc, quod sit possibilis, quæ tabulæ, in qua nihil scri-*
3.de Anima, 5.14. *ptum est, persimilis redditur 3. de Anima part. 5. & 14. Et quis hanc intellectualem vitam confert, nisi Deus? Manifestum est*
Gen. 2. *de Adamo, qui per scientiam à Deo infusam uitam concernentem, nomina rerum imposuit; cum entia creata ad ipsum adducta fuerint, vt videret, quid vocaret ea. Et omne quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Cognouit ergo eorum quidditates; cum ratio, quam significat nomen, definitio dicatur.*
4.Metap.28. *4. Metaphys part. 28. Sed de hoc alibi dictum est. Satis est, verum esse dicere, Deum inspirando in faciem eius spiraculum vitę, contulisse ea omnia, quæ animam intelligendi concomitantur, cuius operatio est vitalis, & est intelligere: intelligere nāque est viuere. Contulit igitur vitam per animam, quia dans formam, ea etiam, quæ formam consequuntur, confert, & sunt operationes a principio vitali emanantes. Tum quia homini iusto confert Deus scientiam sanctoru, qui ex intellectu operantur. Sed iustus erat Adam, antequam in peccatum incideret. Et recta ratione, quoniam regenda erat humana vita secundum illum statum, in quo*
Iacobi c. 1. *creatus fuit, & præcipuè cum pater luminum Deus à D. Iacobo*
Ioan.c.1. *appelletur, & Ioan. 1. dicitur. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nunquid fortasse minoris conditionis est Deus, quam sit intellectus agens, qui illuminat visa in cogitatione impressa, easque transfert de ordine in ordinem, & efficit vt ea, quæ sunt potestate intellecta, actu in-*
3.de Aīa 18. *tellecta reddantur? Quomodo inquit Arist. in 3. de Anim. par. 18.*

esse

esse in omnia facere, vt habitus quidam, sicuti est lumen, quod facit potentia existentes colores, actu colores, & hoc præstat intellectus agens abstrahendo inquit ibidem Auerroes. Quamuis Alexander ratus fuerit, intellectum agentem esse Deum. Causa igitur vitæ intellectiuæ in homine est Deus, & in alijs illa vita fruentibus, cum in illo qui est omnium perfectissimum obiectum, perfectionem adipiscantur; cum intellectum, forma, & perfectio intellectus, fœlicitasq; illius dicatur, et perfectio intelligentiarum in intelligendo causam primam, & propriam consistat 12. Metaphys. com. 44. Et si omnia bona operatus est in nobis dominus, Isaiæ cap. 26. cui consentit D. Iacobus cap 1. dicens. Omne bonum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Cur igitur vos Hæretici ipsum Deum peccati, & mortis auctorem facitis? Nil stultius exprimi potest. Forte non præstatis fidem scripturis sanctis? Audiatis Scriptorem de Causis, dicentem, primam bonitatem & est Deus, influere bonitates super res omnes secundum modum vnum: nam bonitas non est, nisi per suum esse, suum ens suamq; virtutem, in quo vna res sunt, quod quidem prouenit a magnitudine suæ largitatis. A peccato igitur mors, illius pœna, & peccatum à diabolo, & à mala voluntate. In statu igitur innocentiæ, cum a primis parentibus culpa esset aliena, à pœna mortis alieni, esse dicebantur. Et hoc ne destruatur iustitiæ, seu æquitatis ordo. Ante peccatum re vera nulla pœna; sed post prohibitum esum vocatur a Deo Adam, dicente. Adam vbi es? qui respondens, ait. Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, Genes cap. 3. Et nonne pœnam ratione timoris passus est, suamq; aspiciens nuditatem? Timorem, quem passus est, erat in primo parente ratione impendentis mali, per quem, sicuti per malum impendens iam mente conceptum, & corpus, & animam patiuntur, de quo scriptum reliquit Galenus in 2 de Sympt. Caus. cap 3. quod intro, & ad principium tum spiritum, tum sanguinem vna cum refrigeratione eorum, quæ in summo corpore sunt. abducit, & contrahit, quomodo homo, timorem patiens, à naturali statu recedit; vnde, & horrores, & tremores succedunt, quod quidem animaduertens Virgilius in 2. Aeneid. inquit.

Ibidem. 12. Met c. 44. Isaias 26. Iac. 1. Scriptor de Causis. Genes. 3. 2. de Symp. cap. 3. 2. Aeneid.

Gelidus per ima cucurrit.
Ossa tremor.

Et ibidem.

& non ad imaginem, perfectè implentem id, cuius est imago. Homo autem propter similitudinem dicitur imago, & propter imperfectionem similitudinis dicitur ad imaginem. Et quoniam similitudo perfecta Dei non potest esse, nisi in natura identitate, imago Dei in filio suo est sicut imago regis in filio sibi connaturali. In homine verò, sicut in aliena natura, vt imago regis in D.Aug.decē Chor. *nummo argenteo & est doctrina d. Augustini in libro de Decem Chordis. Similitudo autem in hoc consistit, quia factus est homo similitudinis capax. illi Deus bonum volens, & vltimum fi-* 1. d. Doct. Ch. 1. *nem, qui est vltimum bonum, iuxta illud D. Augustini. Fecisti nos domine ad te i capaces tui, & omni capaces, cum sit ho-* 3.de Aīa 37. *minis anima quodammodo omnia 3. de Anima part. 37. de qua dicitur, esse in omnia fieri, sicut munus intellectus agentis in* Ibidem 18. *omnia facere. Mens etenim humana nullam aliam naturam* Ibidem 5. *habet, nisi hanc, quod sit possibilis, quae tabulae, in qua nihil scri-* 3.de Anima, 5.14. *ptum est, persimilis redditur 3. de Anima part. 5. & 14. Et quis hanc intellectualem vitam confert, nisi Deus? Manifestum est* Gen. 2. *de Adamo, qui per scientiam à Deo infusam uitam concernentem, nomina rerum imposuit; cum entia creata ad ipsum adducta fuerint, vt videret, quid vocaret ea. Et omne quod vocauit Adam animae viuentis, ipsum est nomen eius. Cognouit ergo eorum quidditates; cum ratio, quam significat nomen, definitio dicatur.* 4.Metap.28. *4. Metaphys. part. 28. Sed de hoc alibi dictum est. Satis est, verum esse dicere, Deum inspirando in faciem eius spiraculum vitę, contulisse ea omnia, quae animam intelligendi concomitantur, cuius operatio est vitalis, & est intelligere: intelligere nāque est viuere. Contulit igitur vitam per animam, quia dans formam, ea etiam, quae formam consequuntur, confert, & sunt operationes a principio vitali emanantes. Tum quia homini iusto confert Deus scientiam sanctoru ,qui ex intellectu operantur. Sed iustus erat Adam, antequam in peccatum incideret. Et recta ratione, quoniam regenda erat humana vita secundum illum statum, in quo* Iacobi c. 1. *creatus fuit, & praecipuè cum pater luminum Deus a D. Iacobo* Ioan.c.1. *appelletur, & Ioan 1. dicitur. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nunquid fortasse minoris conditioris est Deus, quam sit intellectus agens, qui illuminat visa in cogitatione impressa, eaque transfert de ordine in ordinem, & efficit vt ea, quae sunt potestate intellecta, actu in-* 3.de Aīa 18. *tellecta reddantur? Quomodo inquit Arist. in 3. de Anim. par. 18.*

esse

esse in omnia facere, vt habitus quidam, sicuti est lumen, quod facit potentia existentes colores, actu colores, & hoc prestat intellectus agens abstrahendo inquit ibidem Auerroes. Quamuis Alexander ratus fuerit, intellectum agentem esse Deum. Causa igitur vitæ intellectiuæ in homine est Deus, & in alijs illa vita fruentibus, cum in illo qui est omnium perfectissimum obiectum, perfectionem adipiscantur; cum intellectum, forma, & perfectio intellectus, fœlicitasq; illius dicatur, et perfectio intelligentiarum in intelligendo causam primam, & propriam consistat 12. Metaphys. com. 44. Et si omnia bona operatus est in nobis dominus, Isaiæ cap. 26. cui consentit D. Iacobus cap 1. dicens. Omne bonum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Cur igitur vos Hæretici ipsum Deum peccati, & mortis auctorem facitis? Nil stultius exprimi potest. Forte non præstatis fidem scripturis sanctis? Audiatis Scriptorem de Causis, dicentem, primam bonitatem & est Deus, influere bonitates super res omnes secundum modum vnum: nam bonitas non est, nisi per suum esse, suum ens suamq; virtutem, in quo vna res sunt, quod quidem prouenit a magnitudine suæ largitatis. A peccato igitur mors, illius pœna, & peccatum à diabolo, & à mala voluntate. In statu igitur innocentiæ, cum à primis parentibus culpa esset aliena, à pœna mortis alieni, esse dicebantur. Et hoc ne destruatur iustitiæ, seu equitatis ordo. Ante peccatum re vera nulla pœna; sed post prohibitum esum vocatur a Deo Adam, dicente. Adam vbi es? qui respondens, ait. Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, Genes cap. 3. Et nonne pęnam ratione timoris passus est, suamq; aspiciens nuditatem? Timorem, quem passus est, erat in primo parente ratione impendentis mali, per quem, sicuti per malum impendens iam mente conceptum, & corpus, & animam patiuntur, de quo scriptum reliquit Galenus in 2 de Sympt. Caus. cap 3. quod intro, & ad principium tum spiritum, tum sanguinem vna cum refrigeratione eorum, quæ in summo corpore sunt, abducit, & contrahit, quomodo homo, timorem patiens, a naturali statu recedit; vnde, & horrores, & tremores succedunt, quod quidem animaduertens Virgilius in 2. Aeneid. inquit.

Ibidem. 12. Met c. 44 Isaias 26. Iac. 1. Scriptor de Causis. Genes. 3. 2. de Symp. cap. 3. 2. Aeneid.

Gelidus per ima cucurrit.
Ossa tremor.

Et ibidem.

Horreſco referens.

Sicuti aliquando ſtupores generantur, ſecundum illud eiuſdem ibidem.

At me cum primum ſæuus circumſtetit horror:
Obſtupui.

Vnde & alij effectus comitantur, de quibus eſt illud eiuſdem Poetæ.

Obſtupui, ſteteruntq́; comæ & vox faucibus hæſit.

Videamus effectum timoris in Adamo. Se abſcondit in medio ligni Paradiſi, verecundiamque paſſus eſt, quas affectiones non patiebatur ante peccatum, vt re vera effectus peccati eſſe dicantur, quomodo eorum oculi aperti ſunt, illorum miſeriam agnoſcentes, qui propterea folia ficus conſuerunt, feceruntque ſibi ipſis perizomata. A peccato ergo nuditatis cognitio, quo nudatus eſt primus parens ſupernaturalibus donis, gratia ſcilicet, ſanctitate, & iuſtitia originali, amittens ſtatum innocentiæ, ſeu naturæ inſtitutæ, qui in puris naturalibus permanſit. Totum hoc verba
Gen.c.3. *Domini Dei atteſtantur, dicentis Geneſ cap. 3. Quis indicauit tibi, quod nudus eſſes. niſi quod de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti? Et quid ſibi vult ſuam nuditatem aſpi-*
Iob. c. 1. *cere, niſi ſuam miſeriam? Hoc perſentiens Iob aiebat cap. 1. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Tum quia poſt peccatum Deus ad maledictionem cõuertitur, pronuncians quæ primis parentibus ſint euentura, & diabolo qui pri-*
Geneſ. c. 3. *mæ matri peccatum ſuaſit. Conuerſus ad ſerpentem inquit. Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ. Signum noluiſſe peccatum, qui & per peccatum voluit inimicitias dicens.*
Ibidem 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Et ſermonem ſuum ad mulierem vergens dixit. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. & omnia iſta ad interitum diſpoſitiones eſſe dicuntur. Et tandem, quia ante peccatum primus parens de morte cautus redditus eſt, poſt peccatum illam, & pronunciauit Deus, & expertus eſt. Etenim quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo. In labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore tuo veſceris pane tuo, do-*

nec

nec reuertaris in terra, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Non igitur a domino peccatum, neque mors, sed quia Adam audiuit vocem vxoris suæ, cor suum auertentis, & ipsa vocem serpentis, quod Deus noluit, illud prohibens. Nam & quid aliud se abscondendo, nisi fuga? Vnde & timor, iniustitiam supponens Impius fugit, quia impietatem fecit: cum iustus timorem non patiatur, de quo dicitur Psal. 111. ab auditione mala non timebit. Vnde est illud Prouerbiorum cap. 28. Fugit impius, nemine persequente, iustus autem, quasi leo confidens, absque terrore erit, quia paratum est cor eius sperare in domino. Sequitur igitur, mortalitatem Adæ fuisse conditionatam Ex quibus patet, quis pactum fregerit. Et si fractio pacti. Ergo defectus. Sed nunquid Deus causa defectiua? Absit. Deficit causa defectiua, & est humana voluntas, quæ in bonum, & in malum ferri potest, cum libertate gaudeat. Immo post peccatum fecit eis Deus tunicas pelliceas, induitq; eos veste mortuorum animalium, vt recordarentur ratione peccati iam perpetrati, se esse interitui obnoxios. Tollamus igitur peccatum, neq; erit inimica mors, & omnis pœna, à qua Adam in statu innocentiæ erat immunis. Contradicit re vera pœna innocentiæ. Sed per inobedientiam, vitam inquirens, peccando, mortem inuenit, in ligno illo prohibito latentem. Vnde Moyses in tertio capite Genesis post iam commissum peccatum, Deum per ironiam loquentem, atque dicentem, introducit secundum quorundam sententiam. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum, verbis serpentis alludentem. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Signa autem ironici sermonis sunt verba, & effectus. Verba aliud sonantia, maledicens terram in opere suo. Effectus. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę, qui labor perpetuus esse non potest, cum laborantes violentiam patiantur ratione materiæ, à qua prouenit interitus. Violentiæ signum esse potest, quia audiuit a domino, dicente. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, qui sudor violentiam concernit, cum tamen in mediocritate exercitia consistant, iuxta illud mediocria exercitia corpora reddunt robustiora: Labore enim sudor excitatur, vim habente, poros aperiendi, qui pręter naturam esse dicitur, ex sententia Dioclis, non incidens ex naturæ lege, sicut videre est apud Galenum in libro secundo de Differ. Sympt cap. 6. & 1. Aphoris. com. 15. Videamus effectum, & sermonem ironi-

Psal. 111. Prouer. 28. Gen. c. 3. Ibidem. Dioclis. 2. De Diff. Symp. cap. 6. 1. Aphor. 15.

cum

Gen. 3. *cum agnoscemus. Dicitur enim Genes cap 3. Dominum Deum de Paradiso voluptatis eiecisse Adamum, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Quare est perinde ac, si dixisset Deus Adam contra præceptum meum, quod est mea voluntas, operatus est. Ecce nunc optimè cognoscit, an sit sicut Deus immortalis, sciens bonum, & malum. Cum enim in illo statu vitam duceret immortalem, & in bonore esset, peccando, quid ei euenit? Non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est* Psal. 48. *illis, Psal. 48. Et suum peccatum inspiciens, aiebat Psal. 71. Vt* Psal. 71. *iumentum factus sum apud te, quorum scilicet hominum peccantium vnus est interitus, & æqua vtriusque conditio, vt morian-* Eccles. c. 3. *tur. Ecclesiastes cap. 3. Eiecit autem Deus Adamum de Paradiso terrestri, ne sumeret de ligno vitæ, vt vitam post peccatum sibi destinatam viueret, nolens Deus a rebus proprietates auferre.* Gen. 3. *Est enim proprium illius ligni vitam elongare. Vnde custodiuit viam ligni vitæ, ne forte mittat manum suam, de illo ligno sumens, & viuat in æternum, collocans ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atq; versatilem. Noluit ergo Deus mortem, quam ex consequenti non fecit, sicuti neq; peccatum, quorum causa defectiua esse dicitur, qui in nullo deficit, omnium causa efficiens. Creatus est igitur a Deo immortalis, qui sibi ipsi peccando mortem procurauit.*

Et quamuis Deus velit legem, illamq; promulgauerit, non tamen vult legis præuaricationem, sed illius obedientiam, quæ si præuaricetur, voluntate consequenti vult legis præuaricatorem punire qui nunquam alicui mandauit, iniquè agere, nulli dans pec- Isaiæ c. 30. *candi spatium; sed expectat dominus, vt misereatur nostri Isaiæ cap. 30. Non est igitur causa defectiua Deus, qui non vult ma-* Ibidem. c. 1. *lum culpæ, sed pœnæ, iuxta illud Isaiæ cap. 1. Si volueritis, & audietis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Malum igitur culpæ a peruersa voluntate, quam sequitur mors, non à Deo sicuti Hæretici existimarunt, qui deficere non potest; quandoquidem* Sapien. 11. *fecit omnia in pondere, numero, & mensura. Sapient cap. 11. Et quomodo illius voluntas a debito fine deficere potest, cum illius voluntas omnium bonarum voluntatum regula dicatur? quæ re vera summo bono naturaliter inhæret, quæ doctrina ratione deformitatis est intelligenda, in peccato existentis; cum nihilominus ad actum concurrat; sed inordinatio, & ex consequenti deformi-*

tas,

tas, ad liberum arbitrium, tanquam ad causam deficientem referatur. Deficit enim liberum arbitrium ab ordine primi agentis, & a recta regula, volens peccatum, quod Deus prohibet, rectæ regulæ contrarium, in bono consistenti. Iniuriam igitur Deo inferunt Hæretici, manifestamque blasphemiam proferunt, dicentes, ipsum esse causam peccati, & quod magis est, Lutherus temerariè, impudenterque (vt sui moris est) affirmat, nos cogere ad peccatum, quę quidem hęresis ex altera illius ortum duxit, existimantis, hominem propriè suarum actionum non habere dominium; neque mirum; quoniam dato vno inconuenienti, multa sequuntur. Negauit namq; ille malus hæreticus opera bona non esse necessaria, adeò gratiam extollens, vt propterea substulerit liberum arbitrium; sed post peccatum arbitratus est, esse, de solo titulo, & quando facit, quod in se est, peccat mortaliter, & magis peccare hominem, quo magis se ad recipiendam gratiam disponit, & per contritionem reddi magis hippocritam, sed quo deformiora fiunt peccata, eò citius Dei gratia in illius anima infunditur; alioquin Christo iniuria infertur, sicuti & diuinę gratiæ. Sed Concilium Tridentinum, videns illius insanias damnauit illius hæresim de libero arbitrio sess. 6. can. 6. vbi dicitur. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere; sed mala opera, itaut bona Deum operari, non permissiuè solum, sed etiam propriè, & per se, adeò vt sit proprium eius opus, non minus perditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit. Voluntate igitur deprauata primus parens incidit in peccatum, deficiente à specie, modo, & ordine, quæ propterea peruersa est vocanda. Vnde mors introiuit in orbem terrarum, quæ voluit peccatum; at non mortem, cum crediderit verbis serpentis, ita dicentis. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Voluit igitur diabolus & peccatum, & mortem; sed nullum ex his Deus, quia iam cautum reddidit Adamum, malum prohibens, à quo mors; sed diabolus suadendo peccatum, consecutiuè voluit mortem, quam cognouit esse mali pœnam. Conc. Trid. sess. 6. can. 6.

Sed in hac re immorandum est, quia si cognoscatur, à quo peccatum emanat, & a quo mors eueniat, apertissimè non ignorabimus hoc quæsitum. Vnde notum reddetur, Adamum in statu innocentiæ fuisse immortalem, cuius voluntas in malum à passione appetitus sensitiui mota est, sicuti & in cæteris manifestum est, iuxta illud Dan. cap. 13. Concupiscentia subuertit cor vestrum. Daniel. 13.

Et

Iacobi. 1. *Et Iacobi cap. 1. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus, deinde cum concupiscentia conceperit, parit peccatum, peccatum verò, cum consumatum fuerit, generat mortem.* Sed duobus modis aliqua animę virtus ad diuersa in potentia esse dicitur, & quantum ad agere, & non agere, & ad agendum quid particulare: mouente indiget, quo ad duo, & quantum ad exercitium, & quo ad actus determinationem. Nam quando dicimus, aliquid esse in potentia, cum ad actum sit reducēdum, non potest reduci, nisi ab aliquo, quod est in actu, quomodo actus
9.Met.13. simpliciter praecedit potentiam 9 Metaphys. part. 13. quia agens est in actu, extrahens id, quod est de potentia ad actum; qua de
12.eiusd.c.32 re optimè verba facit. Auerroes in 12. Metaphys. com. 32 dicens. *Propositio dicens, omne quod est in actu; prius fuit in potentia, non est vera: nam si ita esset, tunc res mouerentur sine motore.* Mouens inquantum ad exercitium actus, se tenere, dicitur ex parte subiecti, quod est quandoq; agens, quandoq; non. Sed mouens ratione actus particularis, se tenet ex parte subiecti, à quo actus specificantur: quod ex hoc manifestum est: visus enim aliquando videt, aliquando non, prout vult voluntas nostra. Sed quoniam visio in actum fertur circa colorem, clarum est, illam visionem & specificari, & determinari ex obiecto, quae in potentia dicitur ad album, & ad nigrum. Vnde voluntas est in potentia ad exercitium sui actus, & ad determinationem sui actus circa determinatam materiam, siquidem voluntas aliquando vult, aliquando non vult. Et aliquando fertur circa determinatum obiectum, aliquando circa aliud. Vnde voluntas, cum sit in potentia ad agendum, & non agendum, sicuti & ad partieulares actiones ab intellectu quantum ad specificationem mouetur, & determinationem sui actus; cum manifestet voluntati suum desiderabile, proponendo illi obiectum, quo potentia ad suum specialem actum determinatur, ita ut actus ab obiectis speciem sumat. Quomodo intellectus proponit, & voluntas mouet quo ad operis exercitium, iuxta illud. *Voluntas in rem praecognitam fertur.* Sed quantum ad sui actus exercitium, ab intellectu non mouetur, sed mouet se, sicuti & caeteras potentias ad hoc, vt suos actus exerceāt. Quomodo dicimus, voluntatem mouere intellectum quantum ad actum exercitum quo ad omnes operationes liberas, & quo ad omnes operationes hominis, inquantum est homo. Homo namq; intelligit, quando vult, in quo differt intellectus a sensu 2. de

Anima

Anima part. 60. *Et intellectus mouet voluntatem, quantum ad* 1.de Aia 60.
sui actus specificationem, & determinationem, qua de re optimè disputat D. Thomas in 1.2. *quęst.* 9. *art.* 1. *Et voluntas mouet* 1.2.q.9.ar.1.
alias potentias, illius imperio subijciantur, finis rationem habens, quæ est finis sub fine respectu obiecti voluntatis, quod est bonum vltimum, habens rationem finis vniuersalis: quomodo dicimus, voluntatem vti alijs potentijs, quando vult. Ergo ad actiones bonas, & malas illæ potentiæ concurrunt. Et appetitus sensitiuus mouet voluntatem, quomodo committitur peccatum. Nam passiones existunt in appetitu sensitiuo, quod quidem attestantur concupiscentia, & ira, quibus voluntas, ad volendum aliquid excitatur. Et re vera passio appetitus sensitiui indirectè voluntatem mouere potest duobus modis. Secundum quandam abstractionem: nam cum omnes potentiæ animæ in vna essentia radicentur, quando vna potentia in suo actu intenditur, & altera in suo remittitur, vel secundum totum impeditur, quia virtus, quæ ad plura dispergitur, minor euadit: econtra verò virtus vnita est fortior seipsa dispersa. Et quia in operationibus animæ actus intensus requiritur ad vnum, cui vehementiori actu applicatur, non potest ea vehementia alteri incumbere. Vnde secundum hunc modum per quandam distractionem si motus appetitus sensitiui fortissimi reddantur aut remittuntur, vel secundum totum, impeditur motus proprius appetitus rationalis, qui est voluntas, quemadmodum dicebant illi duo senes Susannæ. Ecce in concupiscentia tui sumus Species enim deceperat eos, & concupiscentia subuertit cor eorum. Danielis cap 13. *Ita de Eua dicere conuenit respectu ligni prohibiti, quę vidit lignum, illud, ad vescendum* Daniel. 13.
esse bonum, pulchrum oculis, aspectuq; delectabile; ideo tulit de illius fructu & comedit. A concupiscentia ergo cor illius subuersum est, a qua vnusquisque tentatur, abstractus, & illectus, quæ, cum conceperit, parit peccatum, quod, cum ab Adamo consumatum fuisset, mortem illi, & suis posteris genuit. Quomodo igitur a Deo peccatum, & mors, quia defectus sunt à causa defectiua, & est humana voluntas, quæ eo modo, veluti explicatum est à passione appetitus sensitiui mouetur, minimè verò à Deo, quo ad actus deformitatem; ipse namque mouet, vt finis. Et ex consequenti, sicuti amatum, & desideratum verum 12. *Met. par.* 36. 12. Met. 36.
& 37. *Et in lib. de Motu Ani. cap.* 3. *mouens hominem ad bonum,* 37.
illi auxilia, & sufficientia, si illis benè vtitur, & efficacia præ- De Mo. an. 3.
stando,

Oseæ c. 13. *stando, iuxta illud Oseæ cap. 13. Perditio tua ex te Israel est, tantummodo in me auxilium tuum.*

Secundo modo ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum, à ratione apprehensum: siquidem impeditur, & vera rationis apprehensio, cum imaginatio deprauata reddatur, cuius actus est vehemens, quo pacto iudicium imaginatiuæ deprauatur. Vnde aliæ virtutes illam passionem sensitiui appetitus sequuntur, & ratio illam sequitur, voluntas in errorem labitur, vt voluntatis motus iudicium rationis sequatur. Quomodo primi parentes in peccatum inciderunt à quo quidem mors introiuit in orbem terrarum. Totum hoc experiuntur amantes, & præcipuè si ab aliquo ad appetendam rem amatam concitentur, vt videre est in
Virg. 4. Aen. *quarto Aened. apud Virgilium, quo in loco concitatur Dido ab Anna ad amorem Aeneæ, ad cuius persuasoriam Orationem, cernens regina culpam, non cineri seruata fides promissa Sichæo, dicens Anna.*

Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?
Sic loquitur Poeta.
His dictis incensum animum inflammauit amore:
Spemq; dedit dubiæ menti, soluitq; pudorem.

Quod & primæ matri euenit post diabolicas suggestiones. Sed malus effectus prouenit, si malæ quis persuasioni assentiat, quod euentus confirmauit & in Eua, & in Didone, dignis re vera meliori appetitu. Sed voluntas benè regulata semper in verum bonum fertur, quæ si à recta regula deficiat, in apparens bonum, &
Isaias 5. *hoc animaduertens Isaias cap 5. dicebat. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum. Sed voluntas benè regulata in bonum fertur, quæ si à recta regula deficiat.*
Daniel. 13. *in apparens bonum. Et totum hoc confirmatur ex illo Danielis cap. 13. dicentis. Euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ne viderēt cœlum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum; erant enim vulnerati amore, & in concupiscentia Susannæ. Deprauantur igitur omnes animæ potentiæ per peccati incursum, quod & primis parentibus contigit, per quod contra illos omnes pœnalitates, & inimica mors insurrexerunt. Vnde Sa-*
Eccles. 18. *piens, hoc animaduertens, dicebat in libro Eccles. cap. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, & D. Pau*
Ad Rom. 6. *lus ad Romanos cap. 6. inquit. Non regnet peccatum in vestro*

mortali

mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Nam finis illorum mors est. Stipendia enim peccati, mors. Cur igitur ò Hæretici, Deum mortis, & peccati auctorem facitis, si aliunde peccatum, quod est à causa defectiua, ortum ducit, quod quidem sequitur sicut vmbra corpus inimica mors? Voluntas autem aut in bonum, aut in apparens bonum fertur. Si in bonum, tunc est actus virtutis, quia actus non deuiat à specie, modo, & ordine. Sed si in apparens bonum, cum à vera boni natura deficiat, in errorem labitur intellectus noster, qui decipitur specie recti; nam cum voluntas in illud feratur, actio est deprauata, carens specie, modo, & ordine. Et totum hoc ex fine iudicatur, quoniam a fine vnumquodq; denominare iustum est 2. de Anima part. 49. Vnde sequitur, peccatum, à quo est inimica mors, ab intellectus errore prouenire, quod est initiatiuè intelligendum, habita ratione ad voluntatis actum. Hoc animaduertens Horatius, cecinit. 2. de Aĩa 49.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum.

Electio namque voluntatis ab imperio intellectus ortum ducit, cuius iudicium falsum redditur, imperiumque peruersum. Est enim maxima peruersitas frui vtendis, & vti fruendis inquit D. Augustinus in 1. de Doct. Christ. Vnde peccatum ab errore, & ignorantia intellectus trahit originem, & per ignorantiam inconsiderationem etiam intelligere possumus. Scriptum namq; reliquit D. Thomas in Prima Parte Summę quæst 63 peccatum mortale in actu liberi arbitrij consistere, duobus modis contingere: semel inquantum malum aliquod eligitur, & tale peccatum semper ex aliqua ignorãtia procedit, vel errore; alioquin id, quod est malum, vt bonum non eligeretur. Secundò peccare contingit per liberum arbitrium, eligendo aliquid quod secundum se est bonum; sed non cum ordine debitæ mensurę, & regulæ; itaquod defectus, inducens peccatum, fit solum ex parte electionis, ex parte rei electę debito ordine carentis quod peccatum ignorantiam non præexigit, sed absentiam solum considerationis eorum, quæ considerari debent. Quomodo Angelus incidit in peccatum conuertendo se per liberum arbitrium ad proprium bonum absq; ordine ad regulam diuinæ voluntatis. Et huiusmodi peccatum non pręexigit ignorantiam, sed absentiam solum considerationis eorum, quę considerari debent, quod optimè declarat D. Thomas in lib. tertio contra Gentes cap. 110. dicens. Non cogimur dicere, errorem 1. De Doct. Christiana. 3 cont. Gent. 110.

fuisse

fuisse in intellectu substantiæ separatæ iudicando aliquod bonum, quod non sit; sed non considerando bonum superius, ad quod proprium bonum referendum erat, cuius considerationis, ratio potuit esse voluntas in proprium bonum intensè conuersa; cum sit proprium voluntatis in hoc, vel in illud magis conuerti. Et ratio est, quia omnia sunt ordinanda, referendaq; in Deum, tanquam in vltimum bonum, qui habet rationem vltimi obiecti, & vltimi finis. Vnde fuit defectus in intellectu non considerando
Ibidem. *vltimum bonum, ad quod omnia sunt ordinanda, quod bonum ex gratia Dei erat consecuturus. Vnde dicit ibidem S. Doctor, quod non appetijt aliquod bonum nisi vnum, quod est sibi proprium sed in hoc fuit peccatum, quod prætermisit superius bonum, in quod debuit ordinari. Nam sicut in nobis peccatum est ex hoc, quod bona inferiora scilicet corporis appetimus absque ordine rationis, ita in diabolo peccatum fuit in hoc, quod proprium bonum non retulit in diuinum bonum. Vnde non considerauit de superiori bono, recedens ab ordine superioris boni, ad quod omnia referri, & ordinari debent Hoc animaduertens D. Pau-*
Ad Philem. *lus ad Philemonem dicebat. Ita frater ego te fruar in domino; nam si dixisset te fruar, & non addidisset in Domino, videretur finem dilectionis, & spem constituisse in eo, sed quia addidit in domino, spem, & finem constituit in domino. Ergo omne peccatum ex errore intellectus procedit, quare ex ignorantia, dummodo ignorantia se ad inconsiderationem extendat. Et si peccator scientiam habere possit, non esse committendum peccatum; errat nihilominus in hoc, esse faciendum respectu particularis boni, sicuti est bonum vtile, vel delectabile: nam quo ad illum actum particularem illa consideratio impeditur et sic vsus rationis, quomodo habet scientiam non esse faciendum peccatum in habitu sed non in actu, cum actu peccatum committat. Et hoc modo dicimus, peccantem posse habere scientiam, & errorem. Scit etenim peccator, illum actum esse contra Dei legem, sed error versatur circa prudentiam, non contra scientiam moralem. Nam per aliquam fortem passionem, existentem circa aliquod determinatum obiectum, distrahitur intellectus, scientiam in actu non perpendens; vel si considerat aliquo modo illa consideratur, vt in vniuersale fertur cum tamen impediatur in particulari, ratione illius fortis passionis quomodo rationis vsus ligatur, quod quidem & clementia, & amor, & phrenesis attestantur. Nam tunc sen-*

sitiua

sitiua virtus est causa impulsiua, quæ non subijcitur ordini rõnis, à qua inferiores aiẽ partes regulãtur, quomodo sequitur sui ipsius inordinatus, obcęcatusq́; amor, conuersioq́; ad cõmutabile bonum, quo homo vsq; ad Dei contemptũ perducitur, qui super õia est diligendus ex quo auersio sequitur, et cæcus amor sui. Et hac de re dicit D. Aug. duos amores fecisse duas ciuitates, ciuitatem diaboli amor sui vsq; ad contemptũ Dei: & ciuitatẽ Dei amor Dei vsq; ad contemptũ sui. Voluntas igitur à debito fine deficit, à quo quidẽ Dei voluntas deficere non põt, cum sit sua bonitas, quæ est vltimus finis, & prima regula omnium bonarum voluntatũ, quæ summo bono naturaliter inhæret Et ipsa diuina voluntas sui actus regula appellatur cum ad superiorem finem ordinem non habeat. Peccare aũt nihil aliud est, quã à rectitudine actus declinare quam habere debet. Et solùm illum actũ à rectitudine declinare nõ contingit, cuius regula est ipsa virtus agentis. Sicuti si manus artificis incisionis regula diceretur, nunquam posset Artifex, nisi rectè lignum incidere: sed si incisio ab alia regula fieret, contingeret, incisionem esse rectam, & non rectam, quod videre est apud S. Tho. in 1. part. Sum. q. 63 art 1. Neq́; potest esse causa peccati, inquantum alios peccare faciat: nam in peccato ab vltimo fine volũtatis, auersionẽ consideramus quam non vult Deus, vltimus finis, & ex consequenti vltimum bonum. Illud. n. non consideratur inquantum consistit in actu interiori voluntatis; sed in actu executiuo, cum in illo et actus, & deformitas perpendantur: deformitas à recta regula rõnis maximè est dissentiẽs, & à lege diuina quæ est & in actu interiori, & exteriori à voluntate: & qm̃ aliç vires consentiunt, voluntatis actus primo formaliter malus esse dicitur: actus verò aliarum virium, & ipsi formaliter mali dicuntur, at non primo, sed secundariò, & est doct. Caiet. in 12. q. 74 ar. 2. Nam actus immanens malus est voluntarius formaliter, & ex subiecto simul, & ex principio, quia principiũ talis actus est subiectum peccati formaliter: Actus autẽ transeuntes, vt sic non nisi materialiter sunt mali, & ad substantiam peccati pertinent in actu exercito, qui est mediante actu immanente, & illi actus & eliciuntur, et imperantur à voluntate. Sed elicitus est primariò malus: alij verò aliarum virium formaliter sunt mali sed non primò, qui a voluntate imperantur quo ad actum exercitum: nam voluntas principium electionis esse dicitur. Et malum quo ad actum exercitum prius erat in intentione, & vltimo in executione, iuxta vulgatam proposi-

D. August.

1. par. q 63. 2

Caiet. 12. q. 74. art. 2.

tionem; & tunc voluntas determinatũ finem consequitur. Vnde verum est dicere, principaliter peccatum in actu voluntatis consistere, ad quod membra corporis concurrunt, quæ illius actus non dicuntur esse principia, sed instrumenta, ad animam mouentem, comparata, quemadmodum seruus ad domini voluntatem. Nam voluntas, inquantum ad executionem est dicenda omnium potentiarum domina, in qua quidẽ consistit peccatum, tãquã in radice, primi mouentis rationem habens; cum boni, & mali actus eliciantur, & imperentur à voluntate, quæ actum elicit deformem, alijs potentijs imperans, & aliæ suum actum exequuntur. Manifestum est igitur, a quo sit peccatum. Ergo non à Deo, neq; ab ipso inimica mors, iuxta illud Psal. 35. quoniam apud te est fons vitæ.

Psal. 35.

Et quamuis Deus sit causa liberi arbitrij, & quicquid est causa causæ, est causa causati. Hoc verum est, dummodo media causa deficiens non intercipiatur, à qua defectus ortum ducũt, cuius Deus non est causa; sed voluntas deficiens, qui defectus non est causa, sed actus in peccato cõsiderati, quemadmodũ dicimus, claudicationem non esse respectu motiuæ virtutis, sed defectus est in tibia deficiente, recipiendo ab illa influxum: quemadmodũ artifex deficit in forme introductione non respectu artis, existentis in anima artificis, sed rõne instrumenti, cum serra non sit omnibus numeris dẽtata, aut sit ex alia materia, quam ex ferro 8. Met. 11. Vnde dicendum est, voluntatem ponere obicẽ, quia homo noluit intelligere, vt benè ageret. Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. Ps 35 Et hoc est illud, quod dicunt peccatores. Recede à nobis scientiam uiarum tuarũ nolumus. Quis est omnipotens, vt seruiamus ei, & quid nobis prodest si orauerimus illum? Iob cap 21. & in cap. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius; qui tamen illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. Io: c 1. qui illuminari nolunt, saltem lumine naturali, quo si benè vtuntur homines, supernaturali lumine illuminãtur. Vnde est illud Prou. cap. 1. Vsq, quo paruuli diligitis infantiam. Conuertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritũ meum, & ostendam vobis verba mea. Quia vocaui, & renuistis, extendi manũ meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis oẽ consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Sed nos, qui sumus adulti audiamus, quid loquatur in nobis dominus Deus quo ad supernaturale obiectum, quod dicitur respectu paruulorum, morientium

Psal. 35. Iob 21 & 24 Ioan. c. 1. Prouer. 1.

tium absque baptismo, carentium supernaturali notitia de Deo. Quomodo intelligitur illud Actuum Apostolorum cap. 7. Vos sem per Spiritui Sancto restitistis. Et totum hoc rectè quidem iuxta carmina, quæ ab Horatio decantata sunt, dicente. Act. Apos. 7. Horat. 1. ser.

Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Et sermo Dei ante iustitiam vindicatiuam contra peccatorē nunquam ad mortem, sed semper ad bonum, quod intendens Dauid dicebat Ps. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quia loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Quare à Deo non est peccatum, neque interitus. Psal. 84.

Et totum hoc confirmatur, quia peccatū inquantum Dei offensam concernit, quō culpa dicitur, sub diuina prouidentia nō cadit, cuius rei rō redditur Prouidentia diuina est eorum, quæ Deus elegit, & illa vult rōne bonitatis suę. Sed nunquam elegit peccatum, eo modo consideratum, quod non dicitur sub ratione materialis, quatenus scilicet est ens, & natura quadam. Si n bona cadunt sub prouidentia diuina, tanquam ab ipso facta, ad quem sunt ordinata, quā est totius boni causa. Ergo mala, & sic peccata non cadunt sub diuina prouidentia formaliter considerata. Est. n. prouidentia ratio ordinandorum in finem ut explicat Boet 4. de Cons. prosa 6. qui dixit, esse diuinam rōnem in summo omnium principe constitutam. ad finem suum cuncta disponentē. Peccatum verò formaliter consideratum, dicit recessum ab ordine ultimi finis, quia deficit ab ipso modo specie, & ordine. Quare hoc modo Deus non vult peccatum Cum tñ ratione habita ad materiale est sub illius prouidentia, quomodo rōne actus consideratur, qui est ens, et Deus est oīum entium causa, quomodo habet causam efficientem; sed primo modo deficientem. cum deficiat ab illis tribus, in quibus bonum consistit, quō non est causatum a Deo, sed ordinatum. Nam hec est differentia inter bonum & malū, quod bonum est causatum, & ex consequenti ordinatū à Deo, & ad Deum, vt sit sub diuina prouidētia, & potentia; sed malū subest diuinæ prouidentiæ, sed non illius potentiæ cū sit tantum ordinatum, minimè verò causatū. Et in hoc satis est esse aliquid, in quo substantificetur malū, quod est bonum, vt dicunt Boetius, & D. Bonauentura: Nā materiale, & substra- Boet de consol. pro.

O 2 *ctum*

ctū peccati est quoddam ens positiuum, in quo reperitur illius deformitas. Tum quia malum est ordinabile, cū ordinetur ad bonum iustitiæ, licèt priuet ordinem specialis naturæ, quod tamen per accidens ad bonum dicitur esse ordinatum; cum tamen malum neq; per se, neq; per accidens faciat ad decorem, et perfectionem substantialem huius mundi. Creauit namq; Deus hanc vastissimam rerum vniuersitatem absq; malo, iuxta illud Gen cap. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, quamuis ad decorem, & perfectionem vniuersi per accidens faciat malum; nā eo modo per accidens sunt ordinata mala ad bonum, quomodo per accidens ad decorem, & perfectionem vniuersi; nam Deus est tāta virtutis, vt ex malo eliciat bonum; quandoquidem ex occasione peccati iustitia Dei manifestata est, magisq; declaratum est oppositum, quod est bonum, & virtus, ex quo sumpsit occasionē incarnatio Christi. Tum quia manifestantur virtutes in hominibus, vt melior sit mundus cum malo, quàm sine malo; licèt dicatur melior sine malo, quàm cū malo, nō quo ad plures rationes, sed quoniam magis assimilaretur bonitati primi principij, quomodo intensior esset bonitas; sed extensiuè bonum illud dicitur, quod bonū est pluribus rationibus, & est doct. D. Tho. in 1. sent. dist. 44. q. 1. art. 2. ad 5. Sed non propterea Deus prædefiniuit peccatum ratione formalitatis ipsius. Signum, quia noluit peccatū quo ad formale, licèt prędefiniuerit illius permissionem, qui, cum sit omnipotens, summæq; bonus nullo modo sineret, aliquid mali esse in operibus suis nisi vsq; adeò esset omnipotens, et bonus, vt benefaceret et de malo, inquit D. Aug. in Enchir. cap 10. Vndè optimè loquitur D. Tho. in 1. part Sum. q. 22. art. 2. ad 2. prouisorem duobus modis considerari posse, & inquantum est particularis, & inquantum est vniuersalis: prouisor particularis excludit defectum ab eo, quod eius curæ subditur, quantum pōt: sed prouisor vniuersalis permittit aliquē defectū in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonū totius. Vt corruptiones, et defectus in rebus naturalibus dicātur esse cōtra naturā particularem; cum tñ sint de intentione naturæ vniuersalis, inquantū defectus vnius cedit in bonū alterius, vel ēt totius vniuersi. Nā corruptio vnius est generatio alterius, per quā species conseruatur. Vnde cū Deus sit prouisor vniuersalis totius entis, pertinet ad ipsius prouidentiā, ut permittat, quosdā defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonū vniuersi perfectū. Et certè ad instrumentū defectiuum est recurrendū, & non ad causam vniuersalem,

Marginal notes: Genes. c. 1. — 1. Sent. d. 44. art. 2. ad 5. — Enchir. c. 10 — 1. part. q. 22. art. 2. ad 2.

salem, in qua nullus est defectus Libertas enim potest concurrere & ad bonum, & ad malum; & Deus non aufert proprietates a rebus; alioquin res destruerentur; licèt non primò. Et istius doctrinæ ratio reddi potest, quia homo, dum est in hoc mundo in statu viæ esse dicitur, & peregrinatur a domino, qui tandem si est in statu patriæ, non peregrinatur. Et doctrinæ iam explicatæ fundamentum esse potest, quia Deus operatur cum causis secundis, quomodo non amouetur efficacia secundarum causarum; quæ sunt defectuosæ: at non causa prima; quod quidem iam patet ex defectu instrumenti, ad effectum concurrentis. Syllogismi attestantur, quorum conclusio sequitur debiliorem propositionem illius. Quare verum est dicere, peccati esse causam permissiuam, & Deum velle mortem, inquantum est illius pœna. Ex accidenti igitur vult malum pœnæ, quod est bonum, illius virtutem concernens, & est iustitia punitiua; de quo malo intelligitur illud Isaiæ cap.45. Ego dominus faciens pacem, & creans malum, bonum re vera simpliciter; malum verò secundum quid Sed illud culpæ est re vera malum, consistens in priuatione modi, speciei, & ordinis; sicuti bonum in illis tribus consistit, quorum Deus causa dicitur. Omne namq; bonum, & omnis ordo ad bonum, ad ordinem primi principij relationem habent, quemadmodum bonum partis ad bonum totius, & ista bona ad primum bonum; quod quidem bonum primi principij esse dicitur. Eo enim modo se habet ordo in hac vastissima rerum vniuersitate & in actibus humanis in statu iustitię originalis, sicuti ordo in exercitu, in quo ordo causa ducis esse non dicitur; sed dux est causa ordinis, qui, existens in illius anima, exercitum ordinat, qui propterea forma exercitus appellari potest, eo modo, quo ordo forma mundi à Peripateticis nuncupatur, quam sententiam apertè sequitur Alexander in libro secundo quæst. Nat. cap.19 Et est doctrina Aristotelis in libro 12. Metaphys. part. 52. Sic in statu iustitiæ originalis omnes humani actus ad Deum, tanquam ad vltimum finem ordinabantur, qui à virtute diuina regulabantur. Sed in peccato est inordinatio. Ergo peccatum non est a Deo, neque ex consequenti mors, ordinis causa existente. Hoc idem de modo dicendum est: nam omnia ad certum modum determinauit, tamquam illius causa efficiens, & exemplar, omnibus media conferens, quibus finem consequerentur. Et in peccato est priuatio speciei virtutis, cum in anima contrarium introducatur ratione obie-

Isaiæ 45.

Alexan. 2.q. Nat. c.19.
12.Met.52.

cti, rationi disconuenientis, quod est positiuum, tribuens speciem mali actus; quomodo dicimus, actus per obiecta distingui, & est doctrina S. Thomæ in 1.2. dicentis. Inquantum obiectum est aliquid positiuè, potest constituere speciem actus mali. Modus autem, species, & ordo sunt tanquam generalia, quæ sunt in rebus, à Deo factis. Quomodo ergo dicunt hæretici, Deum peccati esse auctorem, a quo mors introiuit in orbem terrarum? Et ex consequenti siue primus parens peccasset, siue non peccasset, nihilominus sub mortis potestate fuisset subiectus. Est enim malum illorum priuatio ex sententia D. Augustini. Et re vera malum morale est entitas positiua, deficiens, habens speciem ab obiecto deficiente, & disconueniente à recta ratione. Et propterea quod est imperfectionis in malo morali, in Deo non est reducendum; sed quod est perfectionis, à quo, tanquam a causa vniuersali, omnes perfectiones emanant. Defectus igitur est à causa deficiente. Quomodo non est dicendum, peccatum in pura priuatione consistere, carens specie præcisè ex priuatione; sed ex obiecto quod rationi non conuenit, vt inquit Caietanus, quem multi ex Thomistis sequuntur, & est sententia Sancti Thomæ. Et propterea non est à Deo; quandoquidem etsi dicatur entitas positiua, vt manifestum est in peccato commissionis, non est indeficiens, sed deficiens, cuius causa deficiens est assignanda, quæ deficit a vera regula, existente in illis tribus, in modo scilicet, specie, & ordine, quod specificatur ex obiecto; rationi namque non existit conueniens. Quomodo non concurrit Deus scilicet qua ad formale, sed quo ad materiale. Nam voluntas & recipit, & agit; agit quidem producendo, & eligendo; & quoniam in voluntate recipitur, & recipere est pati, concurrit passiuè. Et ratione materialitatis duæ causæ concurrunt, causa primaria, & est Deus, & secundaria, & est voluntas peccantis. Quomodo entitas in peccato consideratur, ad quam Deus concurrit, causa totius entitatis, omnium causa prima, & vniuersalis. Sed adhuc non est peccatum, nisi deformitas concurrat, & tunc est defectus ex parte volūtatis, quemadmodum effectus contingens habet pro causa contingentem causam, vt inter causam, & effectum debita proportio interueniat, quoniam actus elicitus est defectibilis, quomodo ortum ducit à causa deficiente, cuius Deus causa esse non potest. Et quamuis defectus in entitate fundamentum habeat deformitas, & ex consequenti culpa est ratione voluntatis. Nam peccatum, cum di-

1 2. q.8.

cat

cat defectum, est præter rationem diuinæ voluntatis, quæ ad entitatem requiritur, cum diuinam regulam, quæ est recta, & absq; vllo defectu, non concernat; etsi dicatur esse præuisum à Deo, sicuti & permissum esse dicimus, quomodo illius intentio circa maius bonum versatur; quomodo dicunt Theologi, verum esse dicere, peccatum non esse à casu ratione causæ permissiuæ. Permittit re vera Deus peccatum; sed non habet originem ex illa permissione; quoniam liberè committitur. Ergo est a causa libera deficientiam concernente; cum tamen nullus defectus in causa permissiua reperiatur, sicuti effectus manifestat; quandoquidem ex illa permissione maius bonum elicitur. Vnde duo sunt consideranda in peccato, respectus scilicet ad causam permittentem, & respectus ad executionem, quæ est à deprauata voluntate, quam sequitur actus deformitas. Primus respectus qui concernit Dei voluntatem permissiuam, est bonus; finis hoc re vera indicat; siquidem permittit Petrum cadere in peccatum, quò maiorem consequatur gratiam: Caret nihilominus actio bonitate, quo ad exercitium, ratione defectus, cum Petrus a vera regula deficiat, quæ propterea dicitur mala si consideretur voluntas Petri in actu exercito peccati. Et rectè quidem: nam ex illa permissione quę est bona, quo ad diuinam voluntatem, declarantur Dei attributa, iustitia, scilicet & misericordia; iustitia puniendo peccatorem; misericordia, illum à miserijs subleuando, quomodo concitatur peccator intensiori actu ad capessendas virtutes, sicut multis contigit peccatoribus D. scilicet Petro, Diuo Paulo, & Mariæ Magdalenæ; licèt hoc non sit appetendum. Et totum hoc confirmatur, quia oramus Deum, ne nos inducat in tentationem. Permissio enim peccati, cum cadat sub eius voluntate, sapientia, & potentia habet rationem boni, sed non omne, quod est Deo bonum, est bonum peccatori, sicuti est vltima pœna, quam patitur. Vnde non est dicendum. Deus est causa permissiua peccati. Ergo est causa peccati, itaut sit necessariò peccatum; quia concurrit causa libera. Signum esse potest, quia non consentit, neq; concurrit ad illam deformitatem, quod quidem nobis indicat actus puniendi peccatum. Statuit re vera legem legislator, ne committatur furtum, signum, quia non vult consentire, quod tamen permittit, à quo respectu malæ voluntatis prouenit furis suspensio. Quomodo neque Deus, neque legislator cohibent, ne committantur mala, quibus non consentiunt; sed non vult auferre libertatem hominis, qui

suo libero arbitrio ad bonum, vel ad malum conuertitur, qui præmiatur, vel punitur, & illud furtum, & ex consequenti peccatum non fit ex permissione legislatoris; neque Dei, nam prohibent; sed non tenentur impedire; alioquin frustra esset alicui donare aliquam potentiam faciendi aliquid, quæ nunquam reducatur ad actum. Hæc etenim est libertatis essentia, qua homo decoratus est. Et propterea Deus non excludit malum, sed non est causa mali, neque ex consequenti peccati, de quo vlciscitur, iuxta illud Deuter. cap. 32. reddam vltionem hostibus meis. Et horum omnium ratio reddi potest, quia etsi Deus dicatur causa actus peccati; non tamen deformitatis, prouenientis ex illo actu, quia deformitas non oritur ex modo, quo Deus operatur; sed ex modo operandi creaturæ, quippe cum non defectuosè concurrit, sicuti humana voluntas concurrit. Quare ex omnibus istis dicimus, Deum non esse causam mortis. Et re vera videns Christus peccatum in Lazarum, iam fœtentem, infremuit spiritu, & contra peccatum, & contra mortem, lachrymas effundens, in mortem imperium habens, exclamauit. Lazare veni foras. Ioan. cap. 11. Et in libro Ecclesiast. cap. 25. scriptum est, à muliere factum esse initium peccati, per quam morimur. Nam Adam non fuit seductus; sed mulier fuit seducta, & in præuaricatione fuit. 1 ad Timot. cap. 2. Et quamuis peccatum ipsi attribuatur. Hoc tanquam capiti attribuitur & ratione posteritatis, & effectus peccati; quia posteri, ipsa sola peccante, peccatum non contraxissent, & ex consequenti neque mortem. Immortalitate igitur lætarentur ipsi & sui posteri, si primus parens à peccato fuisset immunis; cum tamen sibi ipsi, & suis posteris necem intulerit, nolens Dei præcepto obedire. Vnde est illud libri quarti Esdræ cap. 3. Non abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. Cor enim malignum baiulans primus Adam transgressus, & victus est; sed & omnes, qui de eo nati sunt. Et facta est infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis, & discessit quod bonum est, & mansit malignum. Et alij fecerunt, sicut fecit Adam, & omnes generationes eius: vtebantur enim & ipsi corde maligno. Et re vera lex Dei ad perfectum ducit, & non ad interitum. Quid? Non ne lex Dei directiua? Sed illius transgressio vim habet coactiuam. Nunquid mundus absq; lege? Absit. Constitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt Psal. 9. & per illam est cognitio peccati. Nam vbi non est

Deut. 32. Ioan. 11. Eccles. 25. 1. ad Tim. 2. 4. Esdræ c. 3. Psal. 9.

lex

lex, neque præuaricatio ad Rom. cap. 3. & 4. Et hoc dicitur, quia ad legem, neque ad legum conditorem peccatum non est reducendum neque mors. Vnde inquit D. Paulus ibidem cap. 7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit; sed peccatum non cognoui, nisi per legem, vt concupiscentiam non cognosceret, nisi per legem, quia lex dicit. Non concupisces. Et legislator bonus, & iustus, ideo iustas, & bonas leges promulgauit, quod animaduertens Propheta inquit Psal. 8. Lex domini immaculata, conuertens animas. Et Prouerb. cap. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Et quid vult Deus? Primo, & per se suam bonitatem: & quo ad nos, vt velimus quod ipse vult, vltimum scilicet finem, & est ipse quem nollet peccator, esse vltimum finem; sed ad creaturas se conuertendo, in illis vltimum finem collocans, lædit Deum, qui ex se vltimi amati, & desiderati rationem habet, & ex consequenti vltimi boni. Et hæc est voluntas Dei, sanctificatio nostra, ad Thessal cap. 4. Sed volendo Deus rectam regulam, & est lex directiua, quomodo peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra illius legem, in suum creatorem, qui est vltimus finis, non constituit; qui cum in mediorum electione deficeret, in finis constitutione, & erat immortalitas, defecit, cui quidem media efficacia contulit ne miserrimè in pœnam mortis laberetur. Defecit igitur primus parens à recta regula quam Deus volebat. Mandatum quidem erat ad vitam Et lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Nullo modo scimus, quod lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato; quomodo corpus per peccatum, mortuum est ad Romanos cap. 7. & 8. Vnde dicitur in libro Leuitici cap. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego dominus Deus vester. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Vnde est illud Psalmi dirige domine in conspectu tuo viam meam, quod quidem legibus præstatur. Et totum hoc recta ratione, iuxta illud, quod scriptum est a D. Thoma in 12. Lex est quædam regula, & mensura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Cum lex dicatur a ligando, quia obligat ad agendum. Regula autem, & mensura humanorum actuum est ratio quæ est principium humanorum actuum. Etenim rationis est, ordinare ad finem, qui est primum principium in agendis,

Rom. 3. & 4. Ibidem 7. Prouer. 8. Thessal. 4. ad Rom. 7. 8 Leuit. 18. Psal. 5. D. Thom. 12.

dis, & in vnoquoq; genere id, quod est principium, est mensura, & regula illius generis. Lex igitur est aliquid ad rationem pertinens. Statuendo igitur leges Deus non fuit causa peccati, neque mortis, nisi dixerimus, esse causam permissiuam, quomodo intelliguntur multæ auctoritates Sacræ Scripturæ, itaut præceptum multoties accipiatur pro permissione. Dicitur enim in libro secun-
2.Reg.16. *do Regum cap.16. Præcepit dominus Semei, vt malediceret Dauid, idest permisit, vt explicat D. Augustinus. Neque fiat in-*
Oseæ 1. *stantia eo quod dixerit Dominus Oseæ cap.1. Vade, & sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum. Et in libro*
Exodi 12. *Exodi cap. 12. dicitur. Præcepisse filijs Israel, vt furtum face-*
Gen.22. *rent, quod a lege prohibitum est. Tum quia in libro Gen.cap 22.*
Amos 3. *Præcepit Abrahæ, vt filium suum interficeret. Et Amos cap. 3. Si erit malum in ciuitate, quod non fecerit dominus? Tum etiam*
Ezech.14. *quia decipit. Dicitur enim Ezechiel. cap.14 Propheta cum er-*
Isaiæ 63. *rauerit. Ego dominus decepi eum. Et Isaiæ cap. 63. dicitur. Quare errare nos fecisti domine in vijs tuis, indurasti cor no-*
Idem c. 6. *strum, ne timeremus te? Et cap 6. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus suis audiant, & corde suo intelligant, & conuer-*
Exo.9.& 10. *tar, & sanem eum. Et in libro Exodi cap.10. Indurauit Dominus cor Pharaonis. Nam ad illud Oseæ multis modis respondetur, præcepit namq; dominus illi, vt duceret in vxorem mulierem fornicariam, sed non præcepit fornicationis actum. Et primum fuit bonum: secundum fuisset malum, quoniam primum non concernit actum libidinosum sicuti secundum. Vnde primum præcepit, sed non secundum. Nam si Deus vult malum culpæ, est malus. Si non vult, & præcipit, est falsus, quod aures fideles audire non possunt. Et si dicatur, Oseam dicere. Fac filios fornicationum. Dicendum inquiunt quidem Theologi, illos esse dicendos filios fornicationum, quo ad exemplum matris, quæ fuit*
Deut.32. *fornicaria. Dicitur enim Deuter. 32. Fidelis Deus, & absque*
Abacuc 1. *vlla iniquitate. Et Abacuc cap.1. Mundi sunt oculi tui, ne videant malum. Et quantum ad illud, quod dicebatur. Deum præcepisse filijs Israel furtum, & Abrahæ, vt filium suum interficeret. Dicendum, Deum non præcepisse furtum, vt illud fieret cum libidine; nam tunc fuisset actus malus, quia mala cupiditas constituit inesse peccatum. Et quoniam Deus est omnium Dominus, quomodo potest præcipere, vt illud accipiatur in bonum, & tunc*
quis

quis tenetur obedire diuino pręcepto. Dicitur enim Psal 49 Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Et quamuis hoc sit malum, habita ratione ad illum, cui furatur aliquis, priuans illum de particulari bono; est tamen bonum, habita ratione ad Dei obediĕtiam; quomodo illa actio in Deum habet ordinem, quo quidem ordine careret, si adesset cupiditas, libidinem concernens ex parte capientis rem alienam, quæ re vera Dei esse dicitur, iuxta illud Psal. 49. Meę sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues. Quid igitur prohibet Deo pręcipere, & transferre dominium alicuius rei in aliquem? Habet igitur Deus odio cupidigiam inquantum inordinatam, constituentem in esse peccatum, quæ est peccati formalitas, iuxta illud. Qui viderit mulierem, ad concupiscendam illam, iam mœchatus est in corde suo. Matth. cap. 5. Quod confirmatur ex præcepto, quod dedit dominus Sauli in libro 1. Regum cap. 15. dicens. Vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid Qui pepercit optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quę pulchra erant; quicquid verò vile, & reprobum, hoc demoliti sunt, qui propterea reprobatus est. Non enim est timendum, Deum aliquid iniustè operari, quia iustus est, & iustitiam dilexit æquitatem vidit vultus eius. Inspiciamus dominium. Audiuit Saul à Samuele. Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, vt ibidem dicitur. Et tunc est ex mala cupiditate, quando in opere cadit iniustitia, & tunc non potest Deus dispensare in præceptis secundæ tabulæ, cum non possint à Deo præcipi, quomodo intelligendum est illud Isaiæ cap. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Vbi enim iniustitia interuenit, præceptum non est dispensabile: nam iustum, & iniustum, licitum, & illicitum opponuntur. Quis enim iniustas operationes laudare potest? Constitueretur præmium ratione iniusti operis, & non esset iniustum prophanare iustitias domini. Et hanc veritatem de præceptis tum primę, tum secundæ tabulæ scilicet esse indispensabilia, substinet S. Thomas in 1.2. quæst. 100. art 8. Nam præcepta decalogi continent ipsam intentionem legislatoris Dei: quoniam primæ tabulę pręcepta, quę ordinant ad Deum, continent ordinem ad bonum commune, & finale, quòd est Deus. Et præcepta secundæ tabulę continent ipsum ordinem iustitiæ inter homines obseruandę, vt nulli .s. fiat indebitum, & cuilibet reddatur

Psal. 49.
Ibidem.
Matth. 5.
1. Reg. 15.
Psal.
Ibidem.
Isaiæ 24.
1. 2. q. 100. art. 8.

tur debitum, quomodo sunt indispensabilia quę interpretari pos-
Ibidem. *sunt; nam vt ibidem exprimit Sanctus Doctor non intelligitur violare sabbatum, qui facit opus ad humanam salutem necessa-*
1. Mach. 2. *rium. Vnde est illud* 1. *Mach cap* 2. *Quicunque venerit ad nos in die sabbatorum pugnare, pugnemus aduersus illum quod præstandum est ad fugiendam mortem. Neque est facienda instantia, furtum fieri inuito domino; quia percipitur illa res volente domino vniuersali, qui est omnium dominus, quomodo res percepta, et actio illa non habet rationem furti, quia illi debetur ex sententia Dei; & propterea quando filij Israel pręcepto Dei tulerunt Aegyptiorum spolia, non fuit furtum, quia illis debebantur*
Ibid. D. Tho. *ex sententia Dei, ita D. Thomas eodem in loco ad tertium. Et propterea dicendum est, filios Israel ea accepisse, perinde ac si essent sua, & pręcipuè quia non acceperunt mercedem de seruitute, vt dicit Richardus, & Tertull* 3. *Aduersus Marcionem. Vel potius, quia Aegyptij male vtebantur auro, & argento, vt dicit D. Augustinus in* 2. *de Doctrina Christ. cap* 4. *Sed in hac re mihi*
Solus de Iustitia, & Iur. q. 3. art. 8. *maximè arridet doctrina Magistri Soti in secundo libro de Iustitia, & Iure quæst* 3. *art.* 8. *Deum duobus modis considerari posse, semel inquantum est omnium dominus: secundo inquantum est legislator, & omnium iudex; primo modo potest dispensare, sed non secundo modo. Vnde pręcepit Hæbreis tanquam dominus, & non tanquam legislator. Et hoc pacto soluitur quod dicebatur de Abrahamo, quem si occidisset, illa occisio fuisset iusta apud Deum, habita ratione ad originale peccatum. Et D. Thomas inquit. Abraham cum consensit occidere filium, non consensit in homicidium, quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei, qui est dominus vitæ, & mortis. Ipse enim est, qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus, iustis, & iniustis pro peccato primi parentis, cuius sententiæ si homo sit executor auctoritate diuina, non erit homicida, sicut nec Deus: nam si fecisset homicidium Abraham extra auctoritatem diuinam, re vera fuisset homicidium. Et eandem distinctionem Magistri Soti sequitur Medina, qui hoc pacto soluunt multa argumenta, & auctoritates Sacræ Scripturæ. Et in hoc non est recipienda quorundam sententia, dicentium Deum non præcepisse occisionem, sed oblatio-*
Genes. 22. *nem: nam clarum est; portauisse ignem, & gladium, Genes. cap.* 22. *qui extendit manum, & aripuit gladium, vt imolaret filium suum. Nec quicquam molestię infert, quod scriptum est. Si est*

malum

malum in ciuitate, quod non fecerit dominus? quod est intelligendum de malo pœnę quod est malum patienti pœnam, sed bonum, quia concernit diuinam iustitiam vindicatiuam. Reddit.n. Deus vnicuiq; secundum opera sua. Etenim quo ad mala culpę intelligendum est de causa permissiua: nam pœna, quæ infertur pro peccato bona est, quia iustitia Dei vindicatiua bona est. Vel dicatur, hoc esse intelligendum, quo ad materiale ipsius peccati. Neq; aliæ auctoritates quicquam molestare debent; quia scriptum est. Sine me nihil potestis facere, itaut non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Ioan. cap. 15. & D. Paulus in 2. Ad Corinth. cap. 3. Vnde Ioan. 15. *non concurrit Deus, subtrahendo gratiam suam ratione peccati,* 2. ad Cor. 3. *quod est obstaculum, sicuti si quis ponat impedimentum fenestræ, ne lumen ingrediatur in aliquo thalamo; cũ tamen si remoueatur, sol illuminat thalamum, quomodo consecutiuè sequitur excæcatio, aggrauatio, & obduratio. Et hanc veritatem explicauit S. Thom.* S.Tho. 12. q. *in 12. q. 79 art. 3 qui etiam asserit, culpam præcedentem esse cau-* 79. art. 3. *sam meritoriam excecationis, & obdurationis, quomodo propter grauissima peccata Deus non confert auxilia efficacia. Quomodo est intelligendus D. Paulus ad Rom cap. 1. propter quod tradi-* Ad Rom. 1. *dit eos Deus in reprobum sensum. Si enim peccata nostra diuiserunt inter nos, & Deum nostrum, quid dicendum de grauissimis peccatis, quæ quasi nubes densissimæ nobis illustrationem gratiæ auferunt? Sed aduertendum est, quod in obduratione reperitur defectus, et tunc ad causam deficientem est recurrendum. Et quoniam liberum arbitrium deficit, illud esse causam deficientem, iudicandum est Deus autem non interponatur, vbi defectus reperitur, quippe qui causa defectiua esse non potest. Scriptum est enim expandi tota die manus meas ad populum, non credentem, & contradicentem mihi. Veniat peccator ad Deum, & non eijcietur foras Ioan 6. iuxta illud Apocalyps. cap. 3. Ego sto ad ostium, &* Ioan. 6. *pulso. Sed obduratio, quatenus dicit pœnam, a Deo ordinata esse* Apoc. 3. *dicitur, quia peccator cadit sub iustitia Dei vindicatiua. Et hoc modo intelligitur illud Psalmi 68. Appone iniquitatem super ini-* Psal. 68. *quitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Et illa prouenit, quia peccatum peccato additur, iuxta illud Apocal cap vlt.* Apoc. vlt. *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc, Et apud Oseam scriptum est cap. 4. Maledictum, & mendacium.* Oseæ 4. *& homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, &*

sanguis

sanguis sanguinem tetigit, quod præstatur, quando peccator peccat, & peccando, peccata suis ponderibus ad alia trahunt; At institiæ Dei non est derogandum, reddentis vnicuiq; secundum opera sua, vt debita pœna reddatur pro debita culpa, quomodo taxantur pœnę, culpæ proportionatæ secundum illud Apocal cap. 18 quantum glorificauit se, & in delicijs fuerit, tantum date illi tormentum, & luctum, qui locus intelligitur non de æqualitate quantitatis; sed proportionis: nam habita ratione ad misericordiam Dei, quæ in omnibus suis operibus reperitur punit peccatores citra condignum: Esset enim annihilandus mortaliter peccans, & hoc modo est intelligendus locus ille Ther cap 3 Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti; quia non defecerunt miserationes eius. Verum tamen est dicere, augeri pœnas pro peccatorum augmentatione, quæ pro delictis taxantur, quomodo Deus ordinat illud malum, quod est malum pœnę ad malum culpæ, illud inquam malum habita ratione ad peccatorem, & bonum respectu iustitiæ diuinæ: & aliud malum culpa a voluntate deficiente. Et quoniam obduratio peccatoris est pœna, quia pœna peccato est proportionata. & est bona, quia concernit iustitiã diuinam, à Deo ordinatur, & hoc per gratiæ subtractionem pręstatur nolens conferre auxilium efficax; cum tamen induratio, obcæcatio, & alia huiusmodi a Deo efficiente non proueniant; sed inquantum est causa permissiua. Vel potius ex sententia Sancti Thomę indurare dicitur, auferendo mollitiem, & obcæcare quia non vult illuminare, quia non tenetur quomodo dicitur. Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, quamuis obduratio dicat inhabilitatem ad gratiæ receptionem, quod animaduertens Hieremias cap. 13. inquit. Si mutare potest Aethiops pellem suam aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum, & hæc sequitur culpam, quam permittit Deus, quomodo & illæ auctoritates sunt intelligendæ de deceptione, de facere errare, de excecatione, & induratione, quomodo & intelligit D. Gregorius illud Iob cap. 1 Qui immutat cor principum, & decipit eos, & errare eos faciet, quasi ebrios, quam sententiam sequitur etiam Damascenus in libro quarto suę Theologiæ cap. 1 . Et D. Thomas in 3. Contra Gentes cap. 16 . Non est igitur Deus causa peccati, neq; mortis, à peccato prouenientis, qui est tantæ efficaciæ, vt ex malo eliciat bonum. Neq; est dicendum, malum boni esse causam, sed occasionem. Nam malum, in-

Marginal notes: Apocal. 18. — Ther. 3. — Hierem. 13. — Iob. 12. — 3 Cont. Gen. 162.

quantum

quantum malum ex se bonitate caret. Ergo causa boni esse non potest. Vnumquodq; enim suum esse communicat, sed Deus illud ad bonum ordinat. Nam fortasse Deus, qui est sua bonitas, omniumq; bonorum causa est ape deterioris conditionis, amarorem in dulcedinem vertente? Mors igitur a peccato, illius pœna. Cur igitur interitui fuisset subiectus Adam, si in peccatum non incidisset, & præsertim cum a Deo non sit peccatum neq; mors? Nunquid Deum pœnitet dona primo parenti contulisse? Absit, quæ sunt sine pœnitentia, quibus immortalis reddebatur Quamuis ratione vindicatiuæ iustitiæ ad modum pœnitentis se habuit. Et quod magis est pro Adæ peccato, & aliorum hominum pœnitentiam egit, iuxta illud Psalmi 61. Quæ non rapui, tunc exoluebam, secundum illud D. Pauli in prima Epist ad Corint. cap.6. Empti enim estis pratio magno, & est sanguis Christi de quo legimus in libro Apocalys cap.5. Redemisti nos domine Deus in sanguine tuo, cui consensit D. Petrus in 1 Epist cap. 1. dicens. Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redēpti estis, sed pratioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Et rectè quidem cum scriptum sit apud D. Paulum ad Hæbreos cap.9. Si sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiā nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Cum sine sanguinis effusione, non fiat remissio. Et hoc modo deletum est illud chirographum, de quo sermonem habet D. Paulus ad Colossen. cap.2. dicens. Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso. Præuaricatum namq; est præceptum, quo prohibebatur esus ligni scientiæ boni, & mali ab Adamo, vt insurrexerit scriptura quædam, qua diabolus hominem accusare poterat, illamq; proponere contra primum parentem, & suos posteros. Pro omnibus namq; Christus satisfecit, delens illud chirographum, affigens illud cruci, quod quidem nobis erat contrarium, expolians principatus, & potestates, secundum illud, quod scriptum est apud Ioan. cap. 12. Nunc iudicium est mundi; nunc princeps huius mundi

Psal. 63. 1. ad Cor. 6. Apocal. 5. 1. Petri 1. Ad Heb. 9. Colos 2.

eijcietur

eijcietur foras. Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, quia per mortem Christi abolita est idolorum adoratio, quod animaduertens Isaias cap. 2. dixit. Eleuabitur dominus solus in die illa & idola penitus conterentur. Semper enim eiecit demonium, & rectè quidem, quia fortior eo, Lucæ cap. 11. Vnde vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Et illius fortitudinem expressit Abacuc cap. 3 dicens. Cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius, idest fugiet diabolus a facie Crucifixi, iuxta illud. Fugite partes aduersę vicit leo de Tribu Iuda. Sed res positiuæ causam positiuam habere dicuntur, quæ sunt bonę. Et Deus est omnium bonorum causa positiua, & per se: priuatiuum autem duplicem causam habere potest, negatiuam scilicet; quomodo dicimus, tenebrarum causam esse luminis absentiam: & positiuam, quæ causa per accidens appellatur priuationis, sicut ignis causando ex principali intentione calorem; consequenter verò priuationem frigiditatis. Et cum peccatum quidam actus esse dicatur, ex parte actus habet causam, & ex parte inordinationis eo modo, quo negatio, & priuatio. Causa per accidens ad causam per se reducitur, sicut causa priuationi frigiditatis, & sic corruptionis ipsius ad causam productiuam caloris est referenda. Et ante omnia est causa per se; siquidem prius ignis calorem producit, quam frigiditatis priuatio sequatur. Sicuti dicimus, voluntatem, à qua est peccatum, ante omnia voluntarium actum producere in ordine ad bonum commutabile; nam primo agens voluntarium finem intelligit, qui cum sit primus in intentione, est vltimus in executione: & hoc modo sequitur deformitas in opere & ex consequenti debitæ rectitudinis carentia. Quare prouenit à voluntate, tanquam à causa per se: deformitas autem à defectu rationis, & voluntatis. Ergo per accidens est causa deformitatis, in peccato existentis, & sic carentię rectitudinis. Ad malum autem, proueniens ex naturæ principijs, materia concurrit, vt dicebatur in prima parte. Et ex parte efficientis virtutis principalis, aut instrumentariæ, sed multoties prouenit ex defectu instrumenti, quomodo perfecta forma qua opus perfectum redditur, introduci non potest, quę cum dicatur finis mouet causam agentem motu metaphorico, quæ si perfecta introducatur confert esse vnum esse, & perfectionem; quippe quæ actus, & perfectio dicitur. Signum, quoniam per illius

Isaias 2.

Lucæ 11.

Abacuc 3.

lius ablationem esse, vnum esse, & perfectio compositæ substantiæ abolentur. Malum autem in genere moris est in humana volunta te sine debita regula rationis, & operatio est per inferiorem portionem, quę ad peccatum concurrit: nam apprehendit pars sensitiua aliquod obiectum, inquantum est apparẽs bonũ, quomodo cum imaginatione appetitu, & ratione, iam deprauata, & extra regulam ad peccati specificationem concurrunt; quippe cum apparere faciant peccatum pulchrum, obiectum bonum iudicatur, et voluntas ad illum actum determinatur: quomodo decipitur intellectus, & in errorem ignorans labitur, quod manifestauit Aristot in 3. Ethi. c. 3. Et ille habitus labefactatur, qui prudentia dicitur iuxta illud Deut cap 32. Gens sine consilio est, & sine prudẽtia, vtinam saperent, & intelligerent. Et tunc intellectus se habet ad modum imperantis circa obiectum disconueniens. Vnde dicit Caietanus. Quando legis, voluntatem reduci ad actum per actus antecedentes, hoc ex parte obiecti est intelligendum, quia quo ad exercitium actus a seipso ad actum reducitur, sed præsente obiecto, obiectiuè mouente, vt non possit moueri ad actum, nisi obiectum concurrat, actum specificans, iuxta illud Oseę cap. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt quorum amor in obiectum malum versabatur. Et quemadmodum sensus concurrunt ad intellectionem, quia ex sensu fit memoria, ex multis memorijs experimentũ, & ab experimento accipitur vniuersale, quod est artis, & scientiæ principium, ex Prologo Metaphys. Et 2. Posteriorum part. 27. Nam propter admirari nunc, & primum homines cœperunt philosophari, vt ibidem scriptum est, quomodo inter cæteros sensus potissimum diligimus sensus visus, & auditus, quia multa nos cognoscere faciunt, & multas rerum differentias demonstrant; ita appetitus sensitiui mouent voluntatem, sed non directè: quia nullum immateriale directè à materiali moueri potest; sed indirectè, quomodo impeditur apprehensio rationis, & iudicium propter vehementem, & inordinatam apprehensionem, imaginationem, & iudicium virtutis existimatiuæ, sicuti testantur amentes, amantes, & ebrij, quomodo iudicium sequitur passionem appetitus sensitiui, & motus voluntatis semper sequitur iudicium rationis. Mouetur igitur voluntas à passione appetitus sensiti i, quæ cum sit causa directiua peccati, dicitur causa perficiens. Non sic diabolus. qui proponit obiectum, & suadet, illud obiectum habere rationem boni. Si igitur voluntas perficit peccatum, per quod mors

3. Ethic. 3.

Deut. 32.

Oseæ 9.

Prol. Met.
2. Post. 27.
In Prol. Met.

introiuit in orbem terrarum, diabolo proponente, & suadente. Nihil igitur ex his a Deo, conferente dona contra peccatum, & contra mortem, quibus Adam non est benè vsus. Quem nam statum requirunt status gratiæ, & innocentiæ? Vtique statum vitæ ille quo ad animam; iste quo ad corpus. Nam anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et in quacunque hora comederis ex eo, morte morieris, quia mutatur status a natura instituta ad naturam destitutam. Cur igitur Hæretici scilicet Pelagiani, & Cœlestiani, Adamum siue peccasset, siue non peccasset, moriturum fuisse aiunt? Cum illa dona ad vitam fuerint donata? Et præcipuè cum à Deo non fuerit peccatum, neq; mors? Iam.n.vidimus à quibus ista proueniunt, cum quibus Deus inimicitiam contraxit. & audent dicere, Deum esse mortis auctorem? Et moderni hæretici, Deum esse causam peccati, & nos cogere ad peccandũ? Maxima quidem est istorum blasphemia, tollentes ipsius bonitatem, deitatem, & omnia attributa diuina. Sed nil mirum, quia & insipiens dixit in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, quorum guttur sepulchrũ patens est, linguis suis dolosè agentes, neq; est timor Dei ante oculos eorũ Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in iniquitatibus, quoniã non est in ore eorum veritas, cor eorũ vanum est. Nunquid iudices sequentes dęmoniũ de rebus diuinis, qui ex patre diabolo sunt, et desideria illius perficere uolunt, quippe qui mẽdacij pater appellatur, vt cũ loquatur mendaciũ ex proprijs loquitur, quę hæresis a Simone Mago ortum duxit, qui suorum scœlerum meritissimas luit pęnas Et constituendus est iudex, à diabolo corruptus, sicuti & alij hæretici? Quomodo iudices? Audiamus, quid dicit Horatius. (Horatius.)

Malè verum examinat omnis.

Corruptus iudex Sed verus iudex D Pau. ad Ro c.8.dicens. Misit Deus filium suũ in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, quo caruit omni peccato, iuxta illud D Petri in 1 Epist.c.2. Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius; qui de peccato damnauit peccatum in carne, de humana videlicet peccatrice naturam peccatricem. Peccatricem dico (inquit D.Aug.in lib.1.Hypon.) non Deo authore, sed homine delinquente. Carnem absq; culpa suscipiens, & hanc innoxiam: crucifigens peccatum, quod nos damnauerat per inobedientiam in Adam terreno, in Adam cęlesti obediente damnatur qui mori voluit, vt mortem captiuaret, & vinceret, qua de re pulchrè, deuoteq; (Rom. 8. — 1. Petri 2. — 1.Hypon.)

loquitur

loquitur Isaias cap. 53. dicens Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, qui vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, in quo Deus posuit iniquitates omniū nostrum, qui iniquitates nostras portauit, iuxta illud Psal 128 Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, quæ pertulit, vt viuamus, iuxta illud D. Petri in 1. Epist c. 2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis Et si sanitas. Ergo vita. Id præuidens Oseas inquit cap. 6. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Nam re vera per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum; & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, qui habet claues mortis, & inferni Apocal c. 1. Et D. Pau. ad Rom. c 6. inquit, Christum crucifixum fuisse, vt destruatur corpus peccati, cuius quidē peccati finis mors esse dicitur. Quomodo igitur peccatum à Deo, sicuti & mors qui per sanguinis effusionem pacificauit omnia siue quæ in cœlis, siue quę in terris sunt? Vt propterea scriptum sit apud Ezechielem cap. 18. Nolo mortem peccatoris; sed magis vt conuertatur, & viuat. Et est perinde ac si diceret inquit D. Augustinus, mortem nolo peccatoris, quam non feci, sed ipse eam sibi dum in me prę uaricator extitisset, inuenit Sed reuertatur, & viuat, idest vitam miserante recipiat, quam, se peccante perdiderat. Et si Christus vicit mortem, iuxta illud Oseæ cap 13. O mors ero mors tua Absorta est mors in victoria 1. ad Corint. cap 15. Erubescant igitur, & conturbentur Hęretici, atq; conticescere discant, latrareq; desinant contra res diuinas accusantes perpetuò Deum de illorū morte, & diabolum illorum patrē excusantes, per cuius inuidiā mors introiuit in orbem terrarū Sap 2 Et nōne videtis impij hæretici, vos facere Deū peccatorē? Et præcipuè cū dicant, cogere hominem ad peccandum, qui potius trahit hominem ad gloriam. prius trahens hominem ad cognitionem veritatis & ad gratiā, iuxta illud Ps 83 gratiam, & gloriam dabit dominus Et non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia, beatus homo, qui sperat in te. Et Ps 40 Me aūt propter innocentiā suscepisti. Et beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum Ps 9. Et non ne mors peccatorum pessima; & pratiosa in conspectu domini mors sanctorum eius Ps. 33. & 115? Neq; vertitur in dubium hæc consequentia. Aliquis cogit hominē ad peccādum, Ergo cogens peccat;

Isaias 53. Psal. 128. D. Petrus 1. Epist. 2. Oseas 6. Rom. 6. Ezech. 18. Oseas 13. 1. ad Cor. 15 Sapient. 2. Psal. 83. Psal. 40. Psal. 93. Psal. 33. 115.

quoniam persuadet hominem ad peccandum. Ergo peccat, quia agentes & consentientes pari pœna puniuntur. Ergo magis persuadentes. Ergo magis cogentes. Quod totũ per iustitię actus manifestatur. Vis.n.coactiua necessitatem violentiæ concernit ex parte præcipientis. Etenim præcipit deformitatem, omnino alienam à sua puritate; alioquin & quanam Dei iustitia? Ipsa.n sine peccato est. Et si vult peccatum vtiq; iniustus: qui nihilominus iustus est, & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Peccatum autem iniustitiam cõcernit. Vera etenim lex. Ergo nulla iniustitia. Est.n peccatum iniustitia, quia deuiatio a recta regula, se conformante cum recta ratione. Et iniustitia est recedere ab incõmutabili bono ad commutabile bonũ se conuertere, tanquam ad vltimum finẽ; nam tunc esset frui bonis, quibus vti debemus. Tũ quia Deus in nullo deficere potest, & peccare est deficere. Quomodo neq; Christus, quia suppositum est diuinum, & illius opera sunt attribuenda supposito diuino; quandoquidẽ actiones suppositorũ esse dicuntur, vt dicatur impeccabilis, quia Deus homo. Et rectè quidem, quia humanitas Christi est instrumentũ verbo coniunctum, quo quod attribuitur Christo, verbo diuino attribuitur. siquidẽ actiones, quæ instrumento attribuuntur præcipuè, & magis sunt attribuendæ principali agenti, quod elicere possumus ex Scrip. de Cau. in propos. 1. nam causa instrumentaria, & coniuncta, & separata, à prima causa videtur habere efficaciam. Tum etiã, quia Christo gratia sine mensura fuit collata. Quomodo igitur peccare potest? Etenim gratia Christi non ratione entis sed ratione gratiæ, est infinita, & habens gratiam sine mensura, in peccatum incidere non potest. Gratia namq; sine mensura peccato contradicit. Et quia anima Christi ab instanti suæ vnionis ad corpus fuit beata, fruens diuina essentia; quomodo suo fini erat coniuncta. Tum quia fuit perfecta regula infallibilis omnium actuum humanorum, quomodo dicebatur metrum, & mensura illorum. Vnde optimè dicit D. Bonau. in 3. sent. dist. 12 art. 2. q 1. Plenitudinem gratiæ efficere secundum humanam naturam habere gratiam confirmationis, qua adeò liberum arbitrium confirmatur, vt nullo modo per culpam infirmari possit. Et quemadmodum beatus non potest damnari, sic non potest prævaricari. Et vnio diuinę naturæ, & humanę, in vnitate personæ efficit, vt idiomata communicentur, & ipsa frangi non potest, & sunt etiam ratione S. Thomę. Tum etiam, quia fuit Redemptor, & Saluator noster, de quo

scriptum

[Margin notes: Psal. — In Prol. Met. — Scriptor de Cau. in propos. 1. — 3. Sent. d. 12. art. 2. q. 1.]

scriptum est ad Hæbreos cap. 7. Talis decebat nobis, vt esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlo factus. Et si persona diuina, quomodo peccatum? Audiamus quid clamauerint Seraphim alter ad alterum dicentes. Sanctus, Sanctus Sanctus dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Isaiæ cap. 6. quod etiam dicebant illa quatuor animalia in Apocalypsi cap. 4. Hanc veritatem manifestarunt inimici eius. Dixit Iudas Matth. cap 27. Peccaui, tradens sanguinem iustum. Et ibidem vxor Pilati misit ad illum dicens. Nihil tibi, & iusto illi. Et Lucę 23. dixit latro in cruce. Hic nihil mali gessit. Et ibidem Centurio. Verè hic homo iustus erat, & alij, videntes quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur Signum pœnitentiæ eorum, & innocentiæ Christi, quam post suam acerbissimam passionem cognouerunt. Vnde dicit Boetius in libro de duabus naturis, & vna persona Christi, Christum ex omni statu aliquid assumpsisse: de statu ante peccatum innocentiam: de statu post peccatum pœnam & de statu comprehensionis peccandi impossibilitatem. Et quamuis habuerit illam potentiam, quam habent homines peccatores, cum assumpserit omnia, quæ sunt in natura nostra, itaut non solum dicatur perfectus Deus; sed etiam perfectus homo est ex anima, & humana carne subsistens, itaut ex sententia Damasceni omnia, quę in natura nostra plantauit Deus, assumpsit Dei verbũ, qui etiam dicit totum me assumpsit, vt me totum redimeret. Debemus igitur fateri, Christum assumpsisse illam potentiam, qua homines incidunt in peccatum, & est humana voluntas, quæ est potentia rationalis animæ; quæ tamen ad peccatum non fuit ordinata quandoquidem potentia ad ipsum peccatum diminuit de plenitudine libertatis; nam liberum arbitrium, peccando, deficit: at quoniam gratiæ plenitudo reperitur in Christo, illa deordinatio, & defectus non transiuit in actum. Tum quia dicimus Christum esse Deum hominem, & rectè quidem: nam ex sententia Arist. in prologo Metaphys. Actiones sunt singularium suppositum autem est diuinum; vnus quidem est Christus, non assumptione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. & vnus vnitate personæ, vt habemus in Symbolo Athanasij. Et tandem contra peruersos hæreticos potest esse illud D. Ioannis in prima Epistola cap. 2. Filioli mei hæc scribo, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum,

Ad Hębr. 7.
Isaiæ 6.
Apocal. 4.
Matth. 27.
Lucæ 23.
Ibidem.
Boet. de duabus Nat. & vna Persona Christi.
Prol. Metap.
Athanasij in symb.
1. Epist. 2.

Christum, iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm; sed etiam pro totius mundi. Omnis
Ibidem c. 3. *enim, qui facit peccatum, iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas; & scitis, quia ille apparuit, vt peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est; sed qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Et in hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Ex quibus omnibus manifestum est contra hæreticos, neq; peccatum, neque mortem, illud consequentem, esse a Deo, qui apud ipsos illorum auctor dicebatur, & impudentissimè, vt sui moris fuit, dixisse Lutherum, Deum nos cogere ad peccandum. Quare si Adam non peccasset, neque pœnas omnes per preuaricationem delicti sensisset. Vnde neque mortem.*

Confirmatur, Adamum in statu innocentiæ fuisse immortalem ex donis Dei.

IAm explicabatur, Deum amare hominem, qui amor illius bonitatem concernit, itaut sicuti ad creationem rerum eius bonitatem pro ratione adducimus; sic & ad amorem erga creaturas, nihil odio habens re vera eorum, quæ fecit. Vidit namque omnia, quę fecerat, & erãt valdè bona, vt prosequatur amore omnia,
Sapient. 11. *quæ sunt, Sapien cap 1. Et Genesis cap. 1. qui præcipuè in cha-*
Genes. 1. *ritate perpetua dilexit nos, quomodo neque in actu signato, neque in actu exercito nobis vult malum. Amare autem est alicui velle bonum, & si in actu exercito, signum amoris manifestari debet. Et si in hominibus, multo magis in Deum, iuxta illud, probatio amoris, exhibitio operis esse dicitur. Hoc animaduertens D. Ioan-*
1. Epist. c. 3. *nes in 1. Epistola scriptum reliquit. Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua; sed opere, & veritate. Et quid cognoscimus ex donis? Gratiam, & liberalitatem donantis, si magna donat. Et nonne Deus liberalissimus, & omnium ditissimus? Abundantissimè igitur, creando, donauit. Primo amor est donum in quo omnia donantur. Quid quęso est diligere? Affectu immo potius*
Psal. 8. *effectu explicatur. Videamus affectum. Dicitur enim Psal. 8. Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Perpendamus amoris effectum. Minuisti eum*

paulo-

paulominus ab angelis, gloria, & bonore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Omnia subiecisti sub pedibus eius. Neque amor auaritiam cognoscit in rem amatam, quæ in Deum cadere non valet. Et ditissimus in omnes, qui inuocant illum, quam veritatem expressit Scriptor de Causis in propositione uigesimaprima, dicens Primus est diues per seipsum, & est diues magis. O nia enim illo indigent, super omnia influente, super que nulla fit influxio; alioquin illa summa perfectione careret, quam volunt Philosophi in ipso reperiri 5. Metaphys part. 21. De quo dicit Dyonisius vniuersalissimè esse perfectum, cum omnium perfectiones in se excellentissimè contineat, in omnibus influens suas bonitates incessabili largitione. Tum quia Deus est magnificus, & qui magnificus, liberalis continuo est 4. Ethic cap. 12. & de magnificentia Dei dicitur magnificus in sanctitate, & Psal. 56. magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, quoniam magnificè fecit. Et non ne respectu amoris, suę liberalitatis, & diuitiarum in primo parente magnificè fecit? Si amor est in quo alia donantur Ex quibus colligitur, primum parentem fuisse creatum in gratia, quod quidem hoc modo deducitur. Adam fuit capax illius gratiæ. Deus illum amat, & ille amor amicitiam concernit, quomodo igitur non donauit illi ea, quæ spectant ad amicitiam? Amat Deus inanimata amore concupiscentię, quibus confert naturalia dona propter hominem, sicuti & cæteris creaturis: nam cum conferat formam, consequenter ea largitur omnibus, quæ formam consequuntur. Maius igitur bonum confert rationali creaturæ, quam cęteris, ratione carentibus; alioquin poterat dicere primus parens. Deus supposita creatione, ea mihi contulisti, quæ naturaliter statui animæ meæ conueniunt, cum des igni formam, illam conferendo, confers etiam caliditatem, quomodo tua liberalitas cognoscitur tantum in creando creaturam rationis participem? Actiones etenim, & proprietates non diuersantur, nisi per essentias diuersas, sicuti & proprietates, formas sequentes: nam per formæ abstractionem primò, & per se destruitur id, cuius est forma; quod & per ablationes proprietatum prętatur; sed non primò 9. Metaph. com 7. & 8. eiusdem com. 5. & ad hoc concurrit materia, iuxta illud Aristotelis in 2. de Ani part 94. carne molles apti mente: duri, inepti quomodo illi ingenio pollent, sed non isti. Testantur hoc apes, & formica, alijs animalibus prudentiores, ex prologo Metaph. Nam

de Cau. propos. 21.

5. Metap. 21.

4. Ethic. 12.

Psal. 56.

9. Metap. c. 7

8. Eius. c. 5.

1. Post 9.

2. de Aïa 94.

In Prol. Metaph.

cicadæ ad illa animalia collatione facta, nobis indicant. Testantur animalia sanguine prædita fibris, & animalia fibris carentia; cum illa ad timores procliuia dicantur: ista verò ex effectu ferocitate gaudent ex Aristotele in 2. de Partib. Anim. Et homines ex diuersitate complexionum, quibus de rebus verba facit Aristoteles in Problemmatibus sect. 30. Problem. 1. Non enim omnis sanguis concrescit, a quo tanquam à materia diuersitates complexionum proueniunt. Vnde non auferuntur istæ proprietates, consequentes formam, & apendices materiæ: qua ratione ab homine propensio ad risum, & discursus auferri non possunt. Sed donando Deus amorem, qui est amicitiæ, donat & gratiam, gratum facientem; quippè cum amor ille sit amor amicitiæ, & non concupiscentię. Et horum ratio est, quia inter amorem Dei hominis interuenit charitas. Et hoc fundamentum in hoc habere dicitur, quia amicitia dicit relationem reciprocam inter diligentem, & dilectum. Videt Deus, hominem esse illius creaturam, illum amat. Cognoscit homo, se esse illius creaturam, & omnia illius bona esse à Deo, illum redamat, quomodo inter hominem, & Deum amor amicitiæ interuenit. Et quomodo iste amor absque gratiæ interuentu? Et eò potissimùm, quia ex parte subiecti est capacitas ad recipiendum, & ex parte Dei ad conferendum. Quia liberalis. & diues. Donum namque animæ proportionatum est gratia, aut saltim est in potentia obedientiali, quæ sine gratia mortua est. Vidit Deus Adamum eo modo quo illi creauit. Ergo sine peccato & quia gratia peccato contrariatur. Cur igitur in gratia non est creatus? Et præsertim, quia à primo instanti fuit capax gratiæ, obicem non ponens. Et huius sententiæ semper fuit D. Thomas, vt videre est in prima parte sum. quæst. 95. art. 1. Et alibi sæpe. Neq; de liberalitate Dei quicquam est dubitandum, iuxta illud Psal. 44. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione, & recta ratione, quia suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius, quomodo dat escam illorum in tempore opportuno Psal. 144. Et Iacobi cap. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Attendamus Dei liberalitatem ex illo eiusdem Iacobi cap. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter. Et apud Ioan. cap. 10. scriptum est de Christo. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant, secundum illud Lucæ cap. 7.

[Margin notes: 2. de partib. c. 2.3. — Prob. sect. 30. prob. 1. — 1. part. q. 95. — Psal. 144. — Psal. 144. — Iac. c. 1. — Ibidem. — Ioan. 10. — Lucæ 7.]

Men-

Mensuram bonam, confertam, coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum, premians vltra condignum, quod manifestum est in peccatore, qui ad ipsum conuertitur, recipiente duplicia pro omnibus peccatis suis Isaiæ cap. 40. Scilicet gratiam, & gloriam secundum illud Psal. 35. gratiam, & gloriam dabit dominus. Et non immeritò, quia quo ad nostrum intelligendi modum prioritate excedit, & principalior est misericordia illius, quam iustitia, quomodo dicimus misericordiam esse illius proprietatem: requiritur namq. re vera aliquid in peccatore, dum in eo iustitia exercetur, & est peccatum, cadens sub illius iustitia vindicatiua, quo inimicitia supponitur inter Deum, & hominem peccatorem. Secundum illud Psal. 88. Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sua enim est vltio, & vindictam retribuit in hostes, & vltio peccatum supponit, qua de re optimè loquitur Ezechiel in cap. 28. Sed quo ad misericordiam requiritur illius clementia, qui & appellatur pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; nunquam verò pater iustitiæ. Quomodo verum est dicere, ex diuersis prouenire illius iustitiam, & misericordiam, illam ex peccatis: hanc vero ex Dei benignitate. Et quæ nam maior liberalitas? Quis igitur dubitat, donando primo parenti alia dona à donis naturalibus, hanc Dei liberalitatem non fuisse expertum? Donauit dona Spiritus Sancti Apostolis, immo & Spirit. Sanct venit super discipulos in linguis igneis, vt illos redderet sanctos. Scriptum est enim Ioan cap. 14. de patre, & filio, ad eum veniemus. & mansionem apud Deum faciemus. Et si filius datus est nobis Isaię 9. iuxta illud Ioan. 16. Exiui à patre, & veni in mundum, cur non & hoc conuenit Spiritui Sancto? Scriptum est enim Ioan. 17. Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos, quòd factum fuit, vt omnem veritatem illos doceret, iuxta illud Ioannis 14. Paraclitus Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcunque dixero vobis, qui de cœlo missus est 1. Petri cap. 5. & D. Paulus ad Rom. cap. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum; qui datus est nobis, qui datus est ratione sanctitatis. Modus autem quomodo datus est habetur in lib. Actuum Apostolorum cap. 2. quo in loco vtitur prophetia Ioelis c. 2 Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et Isa. 44. Effundā spiritum meum

Isaias 40. Psal. 35. Deut. 32. Ezech. 28. 2. ad Cor. 1. Ioan. 14. Idem 16. Ibidem 17. Idem 14. 1. Petri 5. Ioelis 2.

meum super semen tuum Et ista missio, quæ est habitudo missi ad mittentem, ab alio secundum originem procedens est missi, inquantum mittitur ab eo, a quo procedit, eo modo, quo flores ab arbore, vt sanctificetur illud, ad quem mittitur.

Sed iudicandum est, Adamum nobilissimæ conditionis, à Deo creatum, & amatum, non fuisse minoris conditionis, quam cęteri homines, quibus datur Spiritus Sanctus, & illius dona ex consequenti. Quid igitur prohibet dicere, esse creatum in gratia, quod etiam dicendum est de Angelis, homines quo ad naturam excedentibus? In quibus dicimus, esse Deum, sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante Credendum enim est, fuisse creatum iustum Vnde dicendum est, in instanti suę creationis illi donatum fuisse gratiam gratũ facientem; cum nulla inter Deum, & hominem esset inimicitia contracta, quæ quidem quoddam donum dicitur per quod amicitia inter hominem, & Deum contrahitur. Non enim est dicendum, fuisse tantùm in puris naturalibus creatum Adamum sicuti ceteræ creaturæ, quoniam in ipso vigebat sanctitas, quæ est per gratiam, gratum facientem, vt non derogemus liberalitati, amicitiæ, donis, & diuitijs diuinis. Et totum hoc recta ratione. Erat re vera melioris conditionis sicuti etiam creatus est quam sint modo Gentiles Philosophi, qui cognoscunt, & amant Deum cognitione, & amore naturali, in quem quidem feruntur sicuti in naturalem finem. Cum igitur fide careant, non est in eis, nisi eo modo, quo amant, at cognoscunt, sicuti Christus se manifestauit discipulis ad modum peregrini. Sed tunc re vera non mittitur, quo ad missionem inuisibilem, quia hoc modo semper mittitur ad sanctificandum, quod quidem præstatur gratia gratum faciente. Neque perfectè in creatura reperitur sicut cognitum in cognoscente, neq; vt amatum in amante nisi per cognitionem fidei, & amorem charitatis, quo modo dicitur esse in illo, sicut in templo, iuxta illud D. Pauli in prima Epist. ad Corinth cap. 3. An nescitis, quia templum Dei estis; & Spiritus Sanctus habitat in vobis? Et templum Dei sanctum est, quod estis vos Neq; mirum de Adamo, quia fuit iustus creatus, qui ex fide viuit. Neque est dicendum, Adamum habitualiter in instanti sua creationis tantùm diligere Deum; sed etiam actualiter ex charitate ratione iam dictæ amicitiæ, & in illis ex Theologorum sententia reperitur Spiritus Sanctus, & ex consequenti illius dona, quemadmodum cibus in ore illius qui comedit:

1. ad Cor.3.

in

in aliys verò,, qui solum habitualiter diligunt sicuti in ore illius, qui incæpit masticare. Quare in gratia creatus fuit Adam. Et hanc sententiam sequitur D. Augustinus in lib. 12. de Ciuitate Dei cap. 9. dicens. Deum fuisse in homine, simul condens naturam, & largiens gratiam. Vnde illa dona supernaturalia fuerunt donata, & inter cætera iustitia originalis & sanctitas quæ per peccatum amisit, statum, & conditionem perdens, & illam iustitiam originalem nunquam adinuenit, sicuti gratiam per pœnitentiam recuperauit, à qua quidem iustitia ipse, & sui posteri immortalitatem erant consecuturi, qui, peccando imperio mortis fuerunt subiecti. Et illud donum suæ posteritati erat transfundendum, si in peccatum non incidisset per quod innocentiam amiserunt. Neque amplius appellabatur status ille status naturæ institutæ; sed destitutæ, qui propterea in puris naturalibus relictus, interitui fuit subiectus, sicuti & cætera animalia quomodo animalium brutorum, & hominum vnus esse dicitur interitus, qui per peccatum illis similes redditi sunt: Et hoc nos docet Concilium Tridentinum sess 5. can. 1 Scilicet omnes homines in Adæ præuaricatione innocentiam perdidisse, factos immundos. Et in eadem sess. can. 2. scriptum est. Si quis Adę preuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserat nocuisse, & acceptam a Deo sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, anathema sit. Dona igitur illa fuerunt supernaturalia, & rectè quidem; quoniam naturalia dona, neque diabolo, neque primo parenti per peccati perpetrationem fuerunt ablata. Creauit namque Deus hominem rectum, illum virtute vestiens. Eccles. cap 7. Et Sapien. 2. Creauit Deus hominem inexterminabilem, ad imaginem, & similitudinem suam fecit illum, Genes. 1. Ex quibus colligitur, in puris naturalibus non fuisse creatum; sed in gratia, & ex consequenti media supernaturalia fuisse collata, quibus finem supernaturalem consequi posset. Media siquidem cum fine debitam proportionem habere debent. Sed illa dona cum peccato stare non valent, per quod mors in orbem terrarum introducta est, & in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt, vt ad Corint. in prima Epist cap 15. scriptum reliquit D. Paulus. Si quis enim per commissam culpam, aliquo beneficio priuetur, quod antea sibi suisq; posteris collatum fuit: quis non videt, illi collatum beneficium auferri, & pœnam pati ratione commissæ culpæ? Neque hic definit castigatio; sed donū suis posteris aufertur, quod quidem

12. de Ciuit. Dei c. 9.

Conc. Trid. sess. 5. can. 1.

Ibidē can. 2.

Eccles. 7.

Sapient. 2.

Genes. 1.

1. ad Cor. 15

quidem notum est in parentibus, committentibus crimen læsæ maiestatis. Et quoniam iustitia originalis in prima institutione primo parenti collata fuit, vtiq; hoc beneficium illi fuit collatum, vt quamdiu illius anima Deo esset subiecta, & vires inferiores animæ rationali, corpusq; animæ, donum originalis iustitiæ permaneret, & subiectio corporis ad animam. Et sic inferiorum virium ad rationem subiectio non erat naturalis, quia nulla esset amissio per peccatum, sicuti naturalia dona per illud non auferuntur; sed secundum supernaturale donum gratiæ. Non enim est dicendum, effectum maiorem habere efficaciam, & potentiorem esse sua causa. Et ex hoc confirmatur, quia peccatum gratiæ impedimentũ esse dicitur, cum ponatur obex a quo Adam in statu innocentiæ fuit immunis Et cum Dei perfecta sint opera, creaueritq; illum beatitudinis capacem, ad illam, nisi per gratiam peruenire non poterat. Consecutus est ergo a principio gratiam, quam per malum vsum liberi arbitrij perdidit, quam pœnitens consecutus est; sed nunquam originalem iustitiam, quę sine gratia esse non potest; cum tamen gratia sine illa esse possit Sic igitur mortalitas ex peccato, per quod iustitia originalis ablata est, à cuius priuatione interitus prouenit ratione dissonantiæ, quæ perpetua esse non potest. Ergo status iustitiæ originalis absque peccato erat, à qua immortalitas originem ducebat. Ergo in illo statu Adam erat immortalis. Adamum autem habuisse omnes virtutes in illo statu, manifestat nobis D. Thomas in Prima Parte Summę q. 95. art. 3 quam sententiam subsinet etiam D. Augustinus contra Iudeos, Paganos & Arrianos, dicens. Princeps vitiorum vicit Adamum de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum, & charitas est vinculum perfectionis. Talis namque erat primi status rectitudo, vt ratio diceretur Deo subiecta, & inferiores vires rationi. Et virtutes nihil aliud sunt, quam perfectiones quædam, quibus ratio ordinatur in Deum, & inferiores vires secundum regulam rationis, & charitas, & iustitia nullam imperfectionem important, quæ fuerunt in primo parente in primo illo statu, in quo creatus est, & quantum ad habitum, & quantum ad actum, quod etiam dicitur de fide. Sed non omnes virtutes, quantum ad actum; quoniam virtutes, aliquam imperfectionem concernentes, secundum habitum, minimè verò secũdum actum, vt manifestum est de pœnitentia, & misericordia, cum

1. part. sum. q. 95. art. 3.

illi statui repugnent & dolor, & culpa, & miseria. Quod non dicitur de virtutibus moralibus, circa passionem versantibus, vt temperantia, & fortitudo, quę vtroq; modo in Adamo reperiebantur, vt inquit D. Thomas in Prima Parte Summæ q.95.artic.3. Nullum igitur malum in Adamo, sed omne bonum suæ naturæ proportionatum. Ergo creatus fuit in gratia, quod etiam manifestatur ibi... in quæst.100. de pueris, qui cum nati fuissent in iustitia ori[g]inali, fuissent nati cum gratia. 1. part. sum q.95. art.3. Ibid. q.100 art.1.

Neq; dicatur in primo parente ad gratiam esse dispositionem, quæ ad formæ introductionem requiritur; siquidem tunc est dispositio, quando agens est particulare, determinatam habens virtutem. Agens verò vniuersale infinitam habet virtutem, cui omnia obediunt, nihil voluntati, & potentiæ suæ resistens. Et secundum sententiam Sancti Thomæ. homini, quando creatus est, gratia est collata per liberi arbitrij dispositionem: liberum namque arbitrium, à Deo motum, atq; excitatum illi cooperatur, assentiendo, vt sit causa motiua, ad hoc, vt gratiam iustificationis consequatur, quomodo se disponit, & præparat, & si velit, dissentire potest: nam non est veluti quid inanime, nihil agens, & ex consequenti non se habet merè passiuè ex Concilio Tridentino sess. 6.cap.6. Et si quis aliter sentiat, anathema sit, inquit Concilium. Conc. Trid. sess 6. cap.6. *Vnde dicẽdum est, Adamum in principio suæ creationis ad Deum conuersum, gratiam fuisse consecutum. Et in Prima Parte Summę quæst.95 art 1.ad 5. inquit Sanctus Doctor. Cum motus voluntatis sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis, primum hominem gratiæ consensisse, vt simul sit dispositio liberi arbitrij, & gratiæ infusio. Et hæc est opinio D.Thomæ de iustificatione impij, quę fit in instanti 1.2.quæst.113.art.7. & 8. Ex qua quidem doctrina manifestum redditur, quod supra dicebatur. Nam iustificatio impij fit per gratiam Spiritus Sancti, totaq; illius iustificatio fit per gratię infusionem, & originaliter in illius infusione consistit, quoniam per illam liberum arbitrium mouetur, & culpa remittitur. Sed infusio gratię fit in instanti; siquidem aliquam formam non imprimi in subiecto subito, prouenit, quoniam subiectum non est dispositum, quę dispositio fit in tempore. Agens autem naturale subitò disponere non potest, quoniam est resistentia ex parte materię ad virtutem agentis, finitæ virtutis existentis. Sed non ita est dicendum de virtute diuina, quæ, cum sit infinita, potest quamcunque materiam* 1.part. q 95. art.1. ad 5. 1.2.q.113.artic.7. 8.

creatam

creatam in instanti ad formam disponere, & multo magis liberum hominis arbitrium, cuius motus potest esse instantaneus secundum naturam Et in octauo articulo illius quaestionis inquit Sanctus Doctor, quatuor ad iustificationem requiri, quae tempore simul sunt, cum iustificatio impij non sit successiua; sed ordine naturę verum est, vnum alterum antecedere. Primum est gratiae infusio. Secundum est motus liberi arbitrij in Deum. Tertium est motus liberi arbitrij in peccatum. Quartum est remissio culpae; sed respectu causae dispositiuae dispositio praecedit. Nam in materia dispositio consideratur, seu potentia remota, vel propinqua, quam respicit agens; quomodo magis redditur apta ad recipiendam formam, quemadmodum & agens naturale ad eliciendam. Sed est animaduertendum, gratiam duobus modis considerari posse, semel inquantum est donum Dei habituale. Secundò inquantum est auxilium Dei, animam ad bonum mouentis. Primo modo ad gratiam requiritur aliqua praeparatio; quandoquidem nulla forma potest esse, nisi in materia disposita; quomodo intelligitur illud Regum 1. cap 4. Praeparate corda vestra domino. Et Amos cap. 4. Praeparare in occursum Dei tui. Secundo modo nulla praeparatio requiritur ex parte hominis, quasi praeueniens diuinum auxilium; sed quaecunque praeparatio est in homine, est ex auxilio Dei, ad bonum animam mouentis, & secundum hoc ipse bonus motus liberi arbitrij, a Deo moti, quo quis ad gratiam praeparatur, est actus liberi arbitrij, quomodo à Deo praeparatur. Quam veritatem determinat Sanctus Thomas de Veritate quęst. 28. art. 8. dicens. Si ordo naturae attendatur secundum rationem causae materialis, sic motus liberi arbitrij praecedit naturaliter gratiae infusionem, sicuti dispositio materialis formam: At econtra si attendatur secundum rationem causae formalis; quod etiam dicitur de rebus naturalibus: quippe cum dispositio est necessitas ad formam ratione causae materialis; praecedit namque substantialem formam ratione causę materialis, cum dispositio se teneat ex parte materiae; sed ex parte causae formalis, forma substantialis est prior, inquantum materiam perficit, & accidentia materialia. Et Deus in genere causae efficientis gratiam infundit, per quam mouetur liberum arbitrium ad illius dilectionem, & in peccatore ad peccati detestationem; quamuis in genere causae materialis prius expellatur peccatum, & prius sunt actus nostri, per quos ad gratiam praeparamur.

Marginalia: Ibid. art. 8. — 1. Reg. c. 4. — Amos 4. — De Ver. q. 28 art. 8.

ramur. Vnde est illud Prouerb 16. Hominis est præparare animam. Et Caiet in 1.2.q.113.art.8. inquit gratiam per modum naturę operari, & per modum liberi arbitrij; ideo infusio gratiæ gratum facientis, inquãtum operatur per modum liberi arbitrij, illud gratuitè mouet ad formę eductionem, & ad dispositionem, & sic preuenit eosdem, vt informatos gratia, & ipsam gratiam vt gratum facientem; quomodo Deus simul, & vnica actione infundendo gratiam, gratuitè mouet per liberum arbitrium hominem ad gratiam: quoniã in vsu liberi arbitrij homo redditur subiectum præparatum, & coaptatum gratiæ. Et hanc esse sententiam Angelici Doctoris patet in 12.q.112 art.2. ad primum, dicentis Præparatio hominis ad gratiam habendam quædam est simul cum infusione gratiæ & talis operatio est meritoria non gratię, quæ iam habetur sed gloriæ, quę non habetur. Alia est præparatio gratiæ imperfecta, quę aliquando præcedit donum gratiæ gratum facientis; quæ tamen est a Deo mouente. quæ ad meritum non sufficit, nondum existente homine per gratiam iustificato; cum nullum meritum possit esse, nisi ex gratia. Et totum hoc ex scriptura confirmari potest. Scriptum est enim in lib. Eccles cap. 11. Facilè est in oculis Dei subitò honestare pauperem. Fuit igitur primus parens creatus in gratia, quæ in creatione collata fuit propter liberi arbitrij dispositionem, sicuti & Angelis & Christo domino in primo instanti suæ conceptionis. 3 Parte Sum. quęst. 34. art. 3 Distinguit namque Doctor meus duplicem esse iustificationem; adultorum, qui per proprium actum iustificantur, & puerorum qui nõ per proprium actum fidei; sed per fidem parentum, & Ecclesiæ, atq; per meritũ Christi, iustificationẽ consequuntur: nam Christus concurrit, inquantum Deus, & inquantum homo: hoc secundo modo concurrens, inquantum est causa instrumentalis coniuncta, & anima quæ recipit. Deus autem excitat voluntatem, & homo faciendo quod in se est, gratiam à Deo consequitur. Prima istam in perfectione excedit sicuti actus habitu est perfectior. Ergo, cum illius sanctificatio sit perfectissima, sequitur, esse sanctificationem per modum liberi arbitrij in Deum. Gratiam tamen, peccando Adam, amisit, cum noluerit, mentem suam diuinæ voluntati subijcere, factaque est dissonantia inter superiores, & inferiores virtutes; quo pacto carnalis appetitus contra rationem rebellis redditus est, cui corpus subiectum esse noluit; & propterea corporales defectus, & tandem mors, illumque harmonicum

Prouerb 16. Caiet. 1 2 q. 113. art. 8. 1 2. q. 112. art. 2. Eccles. 11. 3. part q. 34. art. 3.

nicum concentum, qui ante peccatum persentiebatur, diabolus in dissonantiam vertit; vt dicere potuerint primi parentes, lacbrymas effundendo, versa est in luctum cithara nostra. Et per peccatum cum dona illa essent ablata, humana natura sæuissimum vulnus passa est, quod ad interitum vsque & Adamum, & suos posteros perduxit. Cumq; dona essent ablata, & quæ dona illa consequuntur, amisit, & inter cætera immortalitate priuatus, est mortalis redditus, quia destitutus, relictusq; est in puris naturalibus Et quamuis gratia gratum faciens, & originalis iustitia dona supernaturalia dicantur, mihi illorum opinio arridet, qui dicunt, realiter inter se distingui, & non sola ratione. Est namque iustitiæ originalis habitus humanæ naturę: nam si primus parens in peccatum non incidisset, filios, iustitia originali præditos, genuisset, vt manifestum sit, a iustitia originali naturam aspici; sed non sic gratia gratum faciens, quę personam aspicere videtur. Totum hoc rei euentus declarat; siquidem verum est dicere, originale peccatum naturę peccatum esse appellandum: actuale verò personæ. Et primus parens peccando, quod quidem peccatum ad posteros transmissum est, quid sibi, & suis posteris amisit? Re vera iustitiam originalem sanctitatem & gratiam; sed per pœnitentiam originalem iustitiam non recuperauit, omnino sibi, & suis posteris amissam; sicuti sibi sanctitatem, & gratiam recuperauit Tum quia gratia, & iustitia originalis diuersimodè ad Deum ordinem habere videntur; iustitia illa, inquantum est finis naturalis; gratia verò ad ipsum, inquantum est finis supernaturalis. Præterea. Illa cum peccato permanere potest; at nullo modo gratia gratum faciens. Contraria enim sunt illa, quæ mutuo se expellunt, quod quidem est intelligendum respectu hominis, qui iam peccatum perpetrauit. Confirmatur ex sententia quorundam Theologorum, quia Eua post peccatum commissum, adhuc in iustitia originali permanebat: siquidem cum nuda esset, erubescentiam non patiebatur. sicuti primus parens passus est, statim vt in peccatum incidit, à qua, post sui viri peccatum, correpta est Vnde illorum sententia digna est, quę commendetur, qui arbitrati sunt, iustitiam originalem, & gratiam non identificari: sed esse veluti radicem iustitiæ originalis, inquantum subdit supremum hominis Deo: Et est doctrina Caietani in 1. part quæst. 9[5]. art. 1. Et D. Tho. quæst. 100. art. 1 ad 2. Et propterea Adam creatus est in iustitia originali, & in gratia,

1. part. q. 95. art. 1. Et D. Thom. q. 100. art. 1. ad 2.

quasi

uasi iustitia originalis fuerit gratia gratis data, fundata super atiam gratum facientem, quæ concessa est vsque ad peccatum eclusiuè, siue fuerit cum gratia gratum faciente, siue non. Et aietanus dicit, quod per primum peccatum in mente Euæ siue opere, amissa gratia, est etiam amissa iustitia originalis, non mpliciter, idest totaliter, sed quo ad aliquid, scilicet quo ad effeus supernaturales, quoniam simpliciter erat adimenda, quousq; rimus parens in peccatum incideret Et illa opinio ex hoc conrmari potest, quia iustitia originalis gratuitum donum humaæ naturæ appellatur. Et tota natura in viro, & muliere repeitur; sed potissimum in viro; quandoquidem in generatione, cum t principium vnde motus, habet rationem causæ efficientis. Et lam opiniònem substinent Caietanus in Prima Parte Summæ uæst. 95. art. 2. Et Ferrariensis in 4. Contra Gentes cap. 52. Et e vera est sententia D. Thomæ Et hoc iustitiæ originalis donum eseruiebat, vt esset auxilium, quo homo ab omnibus defectibus ræseruaretur, quod quidem in peccatum incidendo Adam, sibi, & suis posteris amisit, quippe quod donum naturæ nuncupatur, uo sui posteri essent gauisi, stante originali iustitia, quæ Deum ro fine habebat, quod cum esset supernaturale donum a supremo, upernaturaliq; donatore elargitum est, sicuti & gratia; sed priium donum naturam primo, & per se aspiciens, ad Deum erat rdinatum, tanquam ad finem naturalem: gratia verò personam spiciens primo, & per se ad eundem, tanquam ad finem supernaturalem. Ex quibus sequitur, hominem non fuisse à Deo creatum, icuti nunc generatur, pronum ad malum pœnis, interituique ubiectum, qui ante peccatum ratione illius doni, & est originalis ustitia, immortalis reddebatur. In illo namq; statu nulla erat issentio; sed summa pax percipiebatur; sed post perpetratum peccatum dissentiones: vnde & ingens bellum insurrexit; pax euauit, anima gratia priuata est, quam postea per pœnitentiam ecuperauit; sed non fœlicissimum illum statum, in quo innocenem vitam ducebat, neque iustitiam originalem naturaq; vulneata remansit vulnere pessimo, illum, omnesq; suos posteros perlucente in omnes miserias, & tandem vsque ad interitum. Verum etenim est dicere, pœnitentiam esse motum liberi arbitrij, non oncurrentis merè passiuè ad gratiam, a Deo moti ratione illius inis, qui quidem actus intentionẽ, & remissionem suscipit quemadmodum & gratia; quandoquidem inter spirituales qualitates

1. part. q. 95. art. 2.
Ferr. 4 cõtra Gent. cap. 52

connumeratur. Quo igitur maior, vel minor dispositio, gratia intensior, vel remissior recipitur; siquidem contritio recipit gradus; & motus intensiores, & remissiores liberi arbitrij sunt ad gratiam vltima dispositio. Et quamuis scriptum sit apud Lucam cap. 15. de filio prodigo. Date ei Stolam primam. Hoc de gratia gratum faciente intelligitur, sub quocunq; gradu existente: quomodo quis per pœnitentiam totam gratiam recuperare potest & maiorem quo ad actus intensos, & extensos. Quod quidem ex hoc confirmari potest, quia lumen gloriæ, per charitatis gradus mensuratur, quod mensurat beatitudinem. Vnde & gratia, medium ad lumen gloriæ. Recuperauit igitur Adam post peccatum per pœnitentiam primam gratiam, id est gratiam gratum facientem; sed non originalem iustitiam, quæ fuit donum naturæ collatum; gratiam verò personæ. Vnde ortam esse pugnam inter Spiritum, & carnem dicitur, à qua quidem, cum innocentem vitam duceret Adam, erat immunis, qui, post pœnalitates persentiens, interitui miser subiectus remansit. Vbi igitur non est culpa, neque pœna est infligenda, quæ est per ablationem illorum donorum. Immortalis ergo erat Adam ratione doni iustitiæ originalis, quod in illo statu contulit Deus, qui dicebatur status innocentiæ, quæ iustitia originalis in tribus consistebat: ratio namque primò Deo dicebatur subiecta: inferiores vires animæ superioribus subdebantur: & corpus animæ erat subiectum. Videamus quæso quis determinatus ordo, & qua consonantia. Primum secundi causa dicebatur, & secundum tertij: cum enim ratio diceretur Deo subiecta, vires inferiores superioribus erant subiectæ, & corpus animæ. Et ad hoc concurrebat donum gratiæ. Deus enim neque à dæmonibus, neq; ab homine dona naturalia abstulit. Immortalis ergo erat Adam in statu innocentiæ per donum iustitiæ originalis, illi à Deo collatum. Videmus igitur quid primo parenti donum iustitiæ originalis profuisset, si per peccatum ei ablatum non fuisset. sicuti ablata sunt ea, quæ illud donum consequuntur. Testantur hoc Apostoli, quibus collatum est donum Spiritus Sancti, & ex consequenti ea, quæ illud donum concomitantur; quandoquidem accessorium sequitur naturam sui principalis. Quomodo igitur stantibus illis donis, Adam erat mortalis?

Lucæ 15.

Dubitationi respondetur, qua quis confirmare posset, Adamum primum parentem in illo statu fuisse mortalem, & est quia genuisset.

NEq; propterea generatio à primis parentibus in illo primo statu erat auferenda, quoniam illis instrumenta, generationi deseruientia, fuerũt collata, & Deus, et natura nihil agunt frustra 1. de Cœlo par., 2 Qui propterea dedit virtutem, in semine existentem, qua ratione & mulier fuit formata & amore erant vniendi, qui est virtus vnitiua, omnium parens, de quibus scriptum est in lib Genes cap. 2. Et erunt duo in carne vna, & ibidem scriptũ est, Deum dixisse. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, volens Deus continuam esse generationem 2 de Ortu, et Int. par. 59. & post peccatum in specie, inserens appetitum & in homine, & in cęteris animalibus essendi diuinum, cuius gratia agunt omnia, quęcunq; agunt secundum naturam, cum naturalissimũ operum omnium viuentium, quęcunq; perfecta, et non mutilata sunt, aut generationem spontaneam habent, facere aliud, quale ipsum, animal quidem animal, planta autem plantam, & ipso semper diuino participent, secundum quod possunt 2. de Anima part. 34. Sed in coitu duo sunt consideranda ex 1. par. Sum. q. 98 art. 2. Vnum, quod est naturę, scilicet coniunctio masculi, & fęminæ ad generandum; quandoquidem in generatione virtus actiua & passiua requiruntur, quarum altera, scilicet actiua est in masculo, passiua autem in fœmina Extrahenda namq; est ab agente forma ex vtero materiæ requiritur ergo causa agens, mouens materiam, & est pater, & propterea mater habet rationem materiæ, quæ fœminæ assimilatur in 1. Physicorum part. 81. quæ duę causæ in vnam reduci non possunt, neq; in idem numero, neque in idem specie. Nihil enim idem à seipso moueri, vel pati potest, quomodo dicimus, mulierem in viri adiutorium fuisse factam. Secundum, quod in generatione consideratur est deformitas inordinatæ concupiscentiæ, quæ in illo statu aliena fuisset, quia inferiores vires rationi erant subditæ, qua ratione dicendum est, libidine, & fœditate caruisse, neque in furias, ignemq; ruissent, sicuti post peccatum, qua de re cecinit Virgilius.

1. de Cę. 52
Genes. 2.
2. de Ort. & Inter. 59.
2. de Aĩa 34.
1. p. sum. q. 98. art. 2.
1. Phys. 81.

Virgilius. In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem.

Multoties homines amore insanientes, vt in Conuiuio inquit diuinus Plato, qua de re dixit idem Poeta. Totaq; vagatur vrbe furens, ardor persentitur, vulnusq; ad intra patiuntur amantes, iuxta illud eiusdem Poetæ de Didone verba faciens.

Est, idest edit mollis flamma medullas

Idem. Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus;

Vritur infelix Dido.

Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.

Sed in primo felicissimo statu coitus non fuisset vitiosa actio, sed quid naturale, ad quem post peccatum homines ingenti libidinoso ardore concitantur, fœditatem ex eo contrahentes, qui iumentis cõparantur, similesq; illis redduntur. Et excepto illo magno sacramento matrimonij dico in Christo, & in Ecclesia, dummodo fiant actus, illi correspondẽtes omnes alij venerei actus sunt prohibendi.

Magist. 2. Sẽtent. d. 20. *Et illam veritatem substinet Magist. Sent. in 2. dist. 20. dicens. Si non peccassent primi homines sine omni peccato, & macula in Paradiso carnali copula conuenissent, & esset ibi thorus immaculatus. & commixtio sine concupiscentia: atque genitalibus membris, sicut cæteris imperarent, vt ibi nullum motum illicitum sentirent, nullumque pruritum carnis persensissent: quandoquidem hæc lethalis ęgritudo membris humanis ex peccato inhæsit. Genuissent itaque filios in Paradiso per coitum immaculatum, & sine corruptione. Et rectè quidem: nam videmus, qui pruritus excitantur post peccatum, qui motus titillationis, & quæ turgentia qua de re disputat Aristot. in Problemmatibus sect. 4. Totum hoc testatur erubescentia illius actus. Vnde similis iumentis homo redditus est post peccatum, quorum vnus est interitus, & æqua vtriusque conditio, nihilq; quo ad hoc homo habet iumento amplius, & est illius inferior portio, in qua vita animalis consistit. Neque voluit Deus generationem propter humanæ speciei cõseruationem in statu innocentiæ, sicuti Peripatetici existimarunt, hac ratione continuam facientes generationem; quamquidem voluit in statu naturę destitutę, & restitutæ; sed vt electi ad vitam æternam in determinatum numerum multiplicarentur. Vnde illa indiuidua fuissent perpetua; cum non fuissent homines in lucem editi eo modo, quo post peccatum fuerunt geniti, qui quidem post perpetratum peccatum dono originalis iustitiæ, cęterisq; donis supernaturalibus orbati sunt, quæ peccando, à*

primo

primo parente fuerunt ablata, & illis posteri per suum peccatum caruerunt Et quamuis quidam ex Sanctis Patribus contrariam substinuerint sententiam, generationem scilicet per coitum non esse explendam, vt D. Chrysostomus, & Gregorius Nissenus; sed hominum multiplicationem esse futuram eo modo, quo Angeli fuerunt multiplicati, quod diuina virtute erat præstandum; Nihilominus cæteri Theologi contrariam subsistunt sententiam. Et quamuis aliquando D. Augustinus eam sententiam tueretur; retractauit tamen se in Retractationibus cap. 10. Et si quis aliam sententiam excipiat ex sanctis, intelligendi sunt in statu innocentiæ non esse futuram generationem eo modo, quo fuit post lapsum, & vt est modo, quoniam hoc tempore, & post peccatum est cum libidine, & fœditate. Vnde in omnium primo statu natura esset consideranda, quæ est nascentium generatio 5. Metaphys. part 5. Sed in cæteris statibus consideratur vitium. Tunc enim natura vitium non contraxisset, & propterea inquit D. Bonauentura in 2. Sententiarum dist. 20. art 1. quæst. 1. ad vltimum, carnale dupliciter considerari posse, vel a carne, inquantum dicit naturam: vel à carne, inquantum dicit vitium, & hoc secundo modo, in primo statu sexuum commistio nõ fuisset opus carnale, quia ille actus vitio careret: esset nihilominus carnale, secundum hoc, quod caro sonat in naturam; sed esset spirituale opus, quia natura, & opus naturæ concordant spiritui, & gratiæ. Remoueatur igitur ab illo actu in statu iustitiæ originalis turpitudo concupiscentiæ, & ex consequenti fœditas, quoniam membra erant obedientia, & ratio dominabatur. Et tunc fuisset generatio non propter conseruationem speciei, sed propter indiuiduorum multiplicationem. Et quamuis potuisset Deus totum hoc præstare, idest multiplicare homines absq; generationis actu. Dicendum, non esse considerandum, quid Deus præstare potest, quia res ad finem perducendæ sunt eo modo, quo sunt productæ, & per illa determinata media, quæ requiruntur ad determinatum finem quibus à Deo confertur efficacia. Et propterea illud est magis congruum diuinæ sapientiæ, & bonitati, vt rebus omnibus proprietates conferret, & proprium agentis est dare, quod est causa extrinseca, & patientis est recipere, quomodo neq; ex se vir ad generationem concurrit neq; mulier ex se. Quare necessaria fuit commixtio vnius ad alterum: auxilium siquidem recipit mulier à viro, & vir à muliere. Et quamuis dicat Damascenus, Adamum fuisse in Paradiso

D. Chrysost. Greg. Niss.

5. Me. 5.

2. Sent. d. 20. art. 1.

radiso terrestri, sicut angelus quidam. Hoc est intelligendum per spiritualem mentem; cum tamen vitam animalem degeret, quantum ad corpus; qui tamen post resurrectionem homo spiritualis, secundum animam efficitur, & secundum corpus, vt docet

1.par.sum q 98.ar.2.ad 1 12.Met.38.

D. Thom. in Prima Parte Summæ quæst 98. art 2. ad primum. Etenim cum à primo principio dependeat natura 12. Metap. parte 38. Cur igitur naturales proprietates auferre? Vnde si Adam cognouisset Euam in statu innocentię, quam non cognouit per coitum in Paradiso, quia modicum post formationem mulieris per peccatum primi parentes de illo loco expulsi sunt. Vel quia expectabatur ab illis diuina auctoritas ad terminatum tempus commixtionis, a qua diuinum mandatum acceperunt, nihilominus Adam fuisset incorruptibilis, innocenter viuendo, qui per naturam corruptibilis reddebatur. Quomodo dicimus, esse immortalem, & posse non mori; sicuti mortalis erat, quia poterat mori: nam tandem effectus demonstrauit naturali cursu, & per peccatum morti fuisse subiectum. Et propterea fateri cogimur, in illo statu, nullas pati calamitates, nullasq; molestias, cum immunitas à culpa reddat hominem a pœna immunem Sed absq; culpa ille status. Ergo & absque pœna. Sed peracta culpa, pœna mortis, successit; non quod Adam statim mortuus sit; sed in suis causis naturalibus in quibus dicitur relictus, mortuus est, quemadmodum dicimus, entia, etsi actu non sunt in determinato tempore, vt rosa in hieme remanere nihilominus in suis causis quæ futura sunt in actu tempore determinato. Vel vt dicunt Medici, hominem, in quo nulla spes vitæ reperitur, esse mortuum. Amisit namque originalem iustitiam, & sæuum vulnus passus est, & per illam ab interitu se præseruare poterat, & per animam, quę illa virtute potiebatur, a Deo collata. Non igitur neganda est Adæ immortalitas, si genuissent primi parentes in statu iustitię originalis. Sed an manserit carnis integritas, explicabitur. Satis est non posse concludi, etsi primi parentes in illo statu concurrissent ad generationem, non propterea morti fuisse obnoxios.

Digressio

Digreſſio quo ad primi parentis immortalitatem, & mortalitatem.

EST animaduertendum ex ſententia Sancti Thomę in 1. 2. quæſtione 85. art. 5. Duobus modis alterius cauſam conſiderari poſſe: vno modo per ſe, altero modo per accidens. Tunc dicimus cauſam per ſe, quando ſecundum virtutem ſuæ naturę quæ eſt forma effectus perficitur, per ſe à cauſa intentus. Agens namq; finem per quem agit intendit ſicuti finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria. Et cum mors, & alij defectus ſint præter intentionem peccantis, non dicimus, peccatum mortis et aliorum defectuum eſſe cauſam. Cauſa alicuius per accidens dicitur, quando ad remotionem probibens refertur. vt ſi quis columnā euellendo, per accidens lapidem ſuper columnam exiſtentē, moueat. 8 de Phyſ. Au. par. 32. Quomodo primi parentis peccatum eſſe cauſam mortis, & omnium defectuum, in humana natura exiſtentium, teſtantur Theologi, Nam peccatum, quod a primo parēte perpetratum eſt, ipſi fuit mortale, ſuis autem poſteris originale, quod cum originali iuſtitia eſſe nequit. Ablatum igitur fuit illud donū, per quod non ſolum inferiores vires ſub ratione abſq; omni deordinatione continebātur, eiq; obſequium præſtabant, ſed et ratio Deo erat ſubiecta nullusq; erat defectus. Sed amota iuſtitia originali per peccatū, humana natura quantum ad animam, cum potētiæ ordine carerent, vulnerata remanſit, quomodo primus parens, & ſui poſteri interitui fuerunt obnoxij Subtractio etenim iuſtitię originalis pœnæ rōnem habere dicitur; ſicuti & gratię ſubtractio ponit in eſſe pœnam. Nam per illius ſubtractionem corporis paſſiones, & mors inſurgunt, et per hanc animæ: immo per iſtas animę, & corporis; quia per illam mors, aliįq; defectus, priuatioq; diuinæ viſionis, pœna corporis, & damni. Per illam priuationem, quę eſt gratię pœna damni, & ſenſus in adultis. Mortale etenim peccatum vitiat, & deordinat deordinatione perfecta, cum conſiſtat in auerſione à Deo, & eius contemptu, & deliberationis conſenſu. Et quoniam iuſtitia originalis duobus modis conſiderari poteſt, aut inquantum dicit habitum quendam, regulantem naturam in ſtatu innocentiæ:

1. 2. q. 85. a. 1.

Ex li. de ſub. or. cap. 2.

8. Phyſ. 32.

aut inquãtum dicit omnium virium rectificationem plenariam? Primo modo illi culpa opponitur, & est in ratione. Secundo modo non solum habet esse in ratione; verum etiam in viribus inferioribus, quomodo non solum aufertur per culpam; sed etiam per pœnam, siue per aliquod, habens aliquo modo ratione culpæ, & aliquo modo rationem pœnæ, & est peccatum veniale. Pœna igitur mortis est ratione peccati primi parentis. Et quamuis illi defectus à peccante non sint intenti. Sunt tamen secundum vindicatiuam iustitiam Dei ordinati, illam contra peccatum exercentis,

Deuer.c.33 *iuxta illud Deuteron.cap 32. Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Ex quibus multis Philosophorum argumentis satisfacere possumus, qui omnia naturali ordine considerantes, miserrimè a veritatis tramite recesserunt. Nam dona illa, quibus Adam mortem euitare poterat, fuerunt supernaturalia, quæ per peccatum amisit; qua ratione ante peccatum supernaturalis sequebatur effectus. immortalitas scilicet, quę nullo modo materiam rerum naturalium principium sequitur. Status namq; supernaturalis dignitate naturalem excedit. cum superioris ordinis, & conditionis esse dicatur; quandoquidem & in gratia, & in statu originalis iustitiæ fuit creatus primus parens. Gratia autem gratum faciens, in qua fuit creatus, finem supernaturalem concernebat; sicuti & nunc gloriam rationales creaturæ consequuntur, quorum omnium finis, & conferens est Deus, agens, & finis supernaturalis Et per originalem iustitiam, naturæ integritas seruabatur, vt ratio Deo subderetur, rationi inferiores animę vires, & animę corpus. Vnde sequebatur ille rithmus, qui per peccatum in dissonantiam versus est. Testis est mors, quæ in dissolutione cõsistit, qui si permansisset in Adamo omnino ab eo esset aliena inimica mors, & à suis posteris. Macula re vera in illius anima contracta est, vires naturales deficiunt: defecit namq; iustitia, sicut & sanctitas. Et quis effectus supernaturalis à re naturali, si contracta est inimicitia inter Deum, & hominem, qui per ablationem donorum, remansit in puris naturalibus? Ad effectus namq; supernaturales causa supernaturalis requiritur, quę multoties alijs causis vtitur, volens, vt in honore habeantur, quæ ab ipso dependent, & quo ad creationem, & quo ad conseruationem. Et multa sunt mala, quæ ex peccato proueniunt, cum gratuitis expolietur, & in naturalibus vulneratur, quomodo verum est dicere, quod bonum naturæ diminuatur, qua de re optimè loqui-*

tur

tur D. Thomas in 12. quæst.85.art.1. Qui loquens de bono natu-ræ ait. Bonum naturæ tripliciter dici potest. Primo modo ipsa principia naturæ, ex quibus ipsa natura constituitur, & proprietates, ex his causatę. Et hoc bonum neque tollitur, neq; diminuitur per peccatum, cuius doctrinæ ratio reddi potest, quia anima rationalis secundum se, & secundum suas potentias est immortalis. Quare non possunt diminui. Secundo modo quatenus homo à natura habet naturalem inclinationem ad bonum scilicet ad virtutem, & est naturæ bonum, quod per peccatum diminuitur; quia per humanos actus fit quædam inclinatio ad similes actus, nam tunc diminuitur inclinatio ad bonum, quod illi contrariatur, vt sit defectus inclinationis ad illam virtutem. Tertio modo potest dici bonum naturæ donum originalis iustitię, quod fuit in primo homine collatum toti humanæ naturæ, quod fuit totaliter ablatum per peccatum primi parentis, ex cuius boni ablatione per originale peccatum, sequitur interitus, & viuere naturæ bonum appellatur, sicuti esse & viuere viuentibus est esse. Tum quia viuere est moueri, & motus est bonum naturę; motus etenim est vita omnium eorum, quæ natura consistũt 8.Physic. part 1. aufert igitur peccatum bonum naturę. Neque tantùm per peccatum, quomodo mutatur status à statu naturæ institutæ ad statum naturæ destitutæ, vt propterea in puluerem Adam, & sui posteri redacti fuerint; verùm etiam quia naturalia principia concurrunt. Vnde est animaduertendum Adamum in illo felicissimo statu ex principijs contrarijs esse compositum, vt in prima parte explicatum est, & ex consequenti ex materia, contrariorum susceptiua, quomodo ex necessitate materiæ & ratione contrariorum interitui obnoxius esse dicebatur. Siquidem contrarietas. Ergo pugna. Ergo aliquando victoria, cum violentiam patiantur, eo quod maximè distant inter se, itaut contrarietas perpetuitatem nullo modo secum patitur, & nisi pugnent ad inuicem, sed ab aliquo regulentur, hominem in latitudine sanitatis permanere, perspicuum est; cum inter illas verus, suauisq; harmonicus concentus percipiatur. Nam & quæ maior dissonantia, quàm illa, quæ inter graue, & acutum persentitur? Ex graue nihilominus, & acuto musicus concentus generatur. Et nunquam harmonicus concentus resultat, nisi inter voces debita symetria, proportioque intercipiatur. Concentus namq; harmonicus nihil aliud est, nisi diuersarum chordarum concordia, perfectaq; symetria, quæ

12. q 85.ar.1

non

non euenit ex discrepantibus, donec discrepent. nam augeatur acutum in concentu musico, concordia dissoluitur, & illa, quæ antea percipiebatur suauis, iucundaque harmonia, in dissonantiam vertitur. Et quemadmodum res se habent in magno mundo; ita & in paruo mundo se habere dicendum est. Magnus autem mundus ex principijs contrarijs componitur, qui tamen adbuc non dissolutus est, neque interit; cum elementa Deus concordi pace ligauerit, ex quibus vnus iste mundus inferior resultat, qua de re optimè disputat Aristoteles in libro de Mundo ad Alexandrum cap. 6. Sicuti & Poetę cecinerunt de illa confusione, quę chaos dicebatur, a Deo in ordinem directa, & concordi pace ligata, de qua dicit Ouidius in 1. Methamor.

De Mũdo ad Alex. cap. 6. Ouidius in 1. Metham.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia, cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe;
Quem dixere chaos, rudis, indigestaq; moles.
Quæ postquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo,
Dissociata locis concordi pace ligauit.

Ibidem.

De qua etiam loquens ibidem ait.

Hanc Deus, & melior litem natura diremit.
Nam cœlo terras, & terris abscidit vndas,
Et liquidum spisso secreuit ab aere cœlum.

Sic in statu innocentiæ in paruo mundo concordi, amabiliq; pace elementa cum suis qualitatibus erant ligata, quę summa pace fruebantur, concurrente Deo per dona naturalia, & supernaturalia. Donauit animam rationis participem, immortalem, iustitiam originalem, & sanctitatem, calorem naturalem in debita proportione: & concordiæ causa erat æqualitas, vt alterum altero non plus polleret. Est enim æquabilitas concordiæ seruatrix, salus & magni, & parui mundi. Lites igitur in eo statu inter qualitates non interueniebant. Quare & nulla disgregatio ab illa pendens, quę ex sententia Empedoclis statim sequitur, dum lites interponuntur inter ea, quæ per amicitiam vnita, colligataque sunt; & rectè quidem, cum amor per vnitiuam virtutem definiatur. Dicitur enim in libro 1. Regum cap. 18. Animam Ionathæ animæ Dauid esse conglutinatam. Sed inimica ea potissimum esse dicimus, quæ maximè contraria sunt, quę mutuò se expellunt, quomodo res disgregantur. Et totum hoc animaduertens Aesculapius, optimè cognoscens, inter qualitates mutuum inferre amorem, mutuamq; concordiam, artem medicam composuit, symetriam,

1. Reg. 18.

metriam, consonantiamque intendens; quandoquidem sanitatem perpendens, vtique symetria erat perpendenda, in qua sanitas ab amore proueniens, consistit, qua de re optimè loquitur diuinus Plato in Conuiuio Contulit igitur Deus primo parenti immortalitatem, media illi proportionata conferendo. Plato in Cõuiuio.

Et nè error contingat in hoc, est animaduertendum, hominem esse corpus naturale compositum ex consequenti ex materia, & forma, materia sunt quatuor vocata elementa, forma verò secundum rei veritatem est anima intellectiua. Est enim vnum, & istius vnitatis ratio ad actum, et potentiam refertur, ex quibus vnum resultare dicitur per se 8. Metaphys. part. 15 Et potentia ad materiam reducitur, forma verò ad actum, 12. eiusdem par. 26. Metaph. 15. *ex duobus namque entibus in actu non fit vnum per se. Et quoniam materia concurrit ad esse, & ad motum elementorum iudicandum est, illa ex materia, & forma esse composita: sunt etenim naturalia corpora. Et quoniam materia suo naturali appetitu nunquam est priuata, illius appetitus est dicendus diuersus pro motus, & mutationum diuersitate, quo modo etiam fateri cogimur, & materierum naturas diuersari secundum modum naturarum transmutationũ, vt satis doctè disputant Arist. & Auer. in 8. Metaphys. part 12. & 12. eiusdem part 10. & vberius in libro de Substantia Orbis. Omnes istę potentię esse desinunt; cum tamen nunquam potentia vniuersalis, quæ absoluta dicitur, desinat, sicuti manifestum est per aduentum nouæ formæ, & noui loci in partibus corporis cœlestis. Ergo elementa, quia habent sibi inuicem potentias ad nouas formas, sunt generabilia, & corruptibilia. Est igitur homo ex illis compositus, principium habens quo ad materiam, generabilis, et corruptibilis. Et quid à principio generabile, & corruptibile? Vtiq; interitus. Naturaliter igitur cum materia nouam appetat formam, interitus hominis est excogitandus, ex principijs contrarijs prouenies, ex quibus humanum corpus est cõpositum, quomodo naturali cursu interitui subiectum redditur: Ex quibus colligitur, corpus primi parentis non esse compositum, nisi ex pura elementorum substantia, nullam habens partem de natura cœlestis corporis, quod cum contrarijs careat, & subiecto, vt explicatum est in prima parte ex sententia Aristotelis in primo de Cœlo part. 20. ab interitu immune esse dicitur. Homo autem est corpus naturale mixtum. Concurrunt ergo elementa ad mixtionem, & non cœleste corpus; quandoquidem*

12. Eius. 26. 8. Metah. 12. 12. Eius. 10. In libro de sub. or. 1. de Cœ. 20.

in

in corpore mixto necessariò actiones, & passiones reperiuntur ad inuicem, quomodo contrarietas est statuenda, ponens in esse interitum, vt propterea requirantur primæ qualitates, à quibus secundæ ortum ducunt, quæ sunt contrariæ ad mixtionem concurrentes; alioquin cogimur fateri, esse partem cœli alterabilem, & diminui cœlum, quia partes ad mixtionem veniunt. Neque generantur illæ partes de nouo, cum non subdatur generationi, & interitui, neque alijs motibus; sed tantum motui locali secundum
1 de Cœlo. *circulum, vt scriptum est in primo de Cœlo. & in secundo de Or-*
2. de Ortu, & Interitu. *tu, & Interitu. Et ex repugnantia ex parte motus, & ex parte corporis, & loci. Resoluitur namque mixtum in ea, ex quibus componitur. Venit per te ad mixtum cœleste corpus, mouetur igitur super lineam rectam, quo modo grauitate, & leuitate participat: grauitate respectu generationis mixti, leuitate respectu interitus, quia resoluitur in ea ex quibus cōponitur, & ad suum tendit locum componens, quod non solum est falsum, verum etiam absurdum, siquidem cœlum est corpus simplex. & vnius corporis*
1. de Cœ. 8. *simplicis vnicus est motus simplex ex primo de Cœlo part 8. & vltra. Non enim motus corporis cœlestis potest esse violentus, cum motus circularis contrario careat, & motus violentus motui naturali contrarietur. Falsa est igitur illorum opinio, qui rati sunt, corpus Adæ esse compositum ex corpore cœlesti. Neque est recipienda illorum sententia, qui arbitrati sunt, corpora cœlestia venire ad humani corporis constitutionem quasi conciliantia, & ligantia elementa, & asserunt esse lucem, quam affirmant esse corpus, quod non est dicendum, sed tantum veniunt secundum virtutem ratione istorum instrumentorum, scilicet motus, & luminis, per quæ formæ ex materiæ gremio educuntur. Cœlum namque*
2. de Cœ. 42 *agit in hæc inferiora motu, & lumine, 2. de Cœlo part. 42. &*
De Sub. Or. c. 2. *Auerroes in libro de Substantia Orbis cap 2. Quomodo dicimus, solem, & hominem generare hominem. Et hanc veritatem docet*
2. Phys. 26. *D. Thomas in Prima Parte Summæ quest. 91. art 1. ad 2. vbi*
1. par. summ. q. 91. art. 1. ad 2. *dicit. Nec est verum quod quidam dicunt, aliquid de quinta essentia materialiter ad compositionem humani corporis aduenire, ponentes, animam vniri corpori mediante quadam luce. Primo,*
Damascen. *quia lux non est corpus; nam secundum sententiam Damasceni est dicenda qualitas ignis, quam sententiam sequitur Auicenna, & secundum Aristotelem est actus lucidi, siue illius forma. Et ista cum adueniat, & recedat accidens est iudicanda; siquidem*

aduenit,

aduenit, & recedit ab illo, & non mutatur species. Est ergo accidens, & clarum est conuenire in specie aerem lucidum, & tenebrosum. Et re vera non est dicendum, lucem esse corpus; ne cogamur fateri dari corporum penetrationem. Tum quia est per se sensibilis, quod non dicitur de substantia. Et quia alicui accidit, non potest dici substantia; siquidem substantia verè & propriè est ens, accidentis esse est, inesse 7. Metaphys. part 2. Vt sit ens, quia entis, & quod verè est nulli accidit 1. de Physico Auditu part. 27. 7. Metaph. 2. 1. Phys. 27.
Secundo (inquit D. Thomas) impossibile est, aliquid de quinta essentia, vel a corpore cœlesti diuidi, vel elementis permisceri, cum cœleste corpus sit impassibile, & propterea non venit in compositionem mixtorum corporum, nisi secundū suæ virtutis effectum. Sed à prædominio formauit Deus hominem de limo terræ, vt scriptum est in libro Genes. cap. 2. in quo elementa superiora in eo secundum virtutem prædominantur, scilicet ignis, & aer; quoniam vita præcipuè in calido consistit quod est ignis & humido, quod est aeris. Genes. c. 2. *Inferiora verò elementa abundant in eo secundum substantiam; alioquin non posset esse in eo mixtionis æqualitas, nisi inferiora elementa abundarent in eo secundum substantiam. Et ideo dicitur corpus hominis de limo terræ formatum, quia limus dicitur terra, aquæ permixta vt videre est apud D. Thomam in Prima Parte Summæ quæst. 91. art. 1. Nam in limo terræ est terra, & aqua, conglutinans partes terræ, & aquæ. Et de alijs elementis non facit mentionem scriptura. Tum quia minus abundant secundum quantitatem. Tum etiam sensu non percipiuntur. Et scriptura rudi populo tradebatur: ita respondet Sanctus Thomas ibidem ad quartum.* 1. part. q. 91. art. 1. Ibidem ad 4 *Quare non est dicendum, in corpore primi parentis esse æqualitatem, quo ad pondus, quæ æqualitas non est assignanda secundum rem, sed nec tantùm secundum intellectum, quomodo non est dicendum assignandum esse corpus mixtum æquale ad pondus, quod manifestauit Auerroes in libro primo de Cœlo com. 7. Vbi dicit illud corpus mixtum vbicunque collocaretur quiesceret, cum tamen omne mixtum moueatur naturaliter secundum motum elementi prædominātis inquit ibidem Aristoteles; itaut corporis mixti sit motus secundū prædominium simplicis elementi prędominium habentis.* 1. de Cœ c. 7 Ibidem. *Inquit enim D. Bonauentura in 2. sentent. distinc. 17. art. 2. quęst. 3. Sicut impossibile est, quod verum aurum ęquetur argento in quantitate, & valore; sic impossibile est, elementa actiua, & passiua adęquari inuicem* 2. Sent. d. 17. art. 2. q. 3.

quo ad statum miseriæ debetur homini æqualitas, sed diminuta, quoniam est status imperfectus, quomodo permiscetur inæqualitati, & discordię & quo ad possibilitatem, & quo ad necessitatem, itaut sit verum dicere quod cantauit Ouidius primo Metamorphosis. Ouid. 1. Metam.

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.

Et de hac loquitur D. Paulus ad Rom. cap. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis, quomodo sequitur mors, & propterea ibidem dicit D. Paulus. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniam ille status miseriæ nuncupatur, inæqualitatiq; permiscetur, & per peccatum discordia orta est, gratia Dei requiritur. Vnde respondet. Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Videamus hoc esse verum; cum dicat mente se legi Dei inseruire, carne autem legi peccati; Vt propterea maxime interueniant discordię inter spiritum, & animam, quando caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, quæ castigatione indiget, quò in obsequium spiritus redigatur, iuxta illud eiusdem 1. ad Corinth. cap. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; etenim caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem, hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis, ad Galat. cap. 5 Quos hortabatur Apostolus, vt spiritu ambularent, vt desideria carnis non perficerent. Quapropter re vera ille status miseriæ status appellari potest, secundum illud Prouerb. cap. 14. Miseros facit populos peccatum, & Psal 37. Miser factus sum, & curuatus sum tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebā à gemitu cordis mei. At secundum statum medium, qui est innocentiæ status, humano corpori æqualitas media debetur, quæ à discordia & repugnantia miscibilium erat aliena in actu per adiutorium intrinsecum animę, gubernantis, & per adiutorium extrinsecum alimenti, nutrientis. Fuit namq; ita creatus primus parens, vt quandiu Deo subditus remaneret, & portio inferior rationi, & caro spiritui per donum iustitiæ originalis, vt non pateretur inordinatam concupiscentiam, nullum lāgnorem, quo modo iustitia originalis ligamentum quoddam dicebatur habituale, vt portio inferior, superiorq́, ad Deum perfectissimum

Ad Rom. 7. — Ibidem. — Ibidem. — 1. Ad Corin. — Ad Galat. 5. — Prouer. 14 — Psal. 37.

haberent

haberent ordinem; sed per peccatum rebellio orta est, amissaque est originalis iustitia, & mors, quam comminatus est Deus, introiuit in orbem terrarum. Perpendantur igitur per peccatum quę, & quantę inaequalitates. Est enim peccatum iniustitia, & iniquitas, iuxta illud Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Sed si loquamur de naturali statu corporis primi parentis, etiam in statu innocentiae fuit aequalitas, quo ad iustitiam, minimè verò quo ad pondus, quomodo mensurari non possunt secundum imaginationem naturalem; quamuis possit esse mathematica. Et quoniam qualitates motiuae sequuntur quatuor primas qualitates dabitur vtiq; praedominium, & in membris determinatis, & in toto corpore. Signum: nam cor omnium calidissimum, quod frigiditate cerebri indiget, qua illius caliditas compescatur, & euentatione pulmonis. Ergo differunt in qualitatibus motiuis, vt non omnes eadem grauitate, & leuitate sint praeditae. Signum esse potest pulmo, cuius caro est adeò porosa, vt spongiae assimiletur, qui si in aqua apponatur, illum supernatare dicimus, non sic cor: nam illius caro non est rara, sicut caro pulmonis, sed densa, ideo si in aqua apponatur, deorsum tendit. Et hanc veritatem ligna supernatantia testantur, & ferrum. Quo ad totum corpus est praedominium, quoniam humores praedominantur. Et quomodo non praedominium grauitatis, si praedominatur atra bilis, proportione respondens elemento terrae, ista faex omnium elementorum, omnium grauissima: illa verò faex omnium humorum? Derelinquitur faex indefecatione vini, crassissima illa quidem, cui assimilatur humor melancholicus, quem sanguinis fecem esse affirmat Galenus 4. Aphoris com 77. Qui habet in sanguine consistentiam, qualis est in vinis faex 6 Aphoris.com 11. Quae multoties cum atra bile confunditur, cum tamen ista humorem melancholicum in molestia qualitatis excedat, quippe quae ex flaua bile assata generetur; sed ille humor ex sanguinis limo, & face, qui si non euacuetur, paulo post atra futura est, inquit Galenus in 6. Aphoris com 53. Vnde quando quis inuenerit apud Medicos, atram bilem ex sanguinis faece generari glossanda est auctoritas de humore melancholico. Dicit enim Galenus ibidem, eam, quę est veluti faex sanguinis, nondum atram bilem nominamus; sed humorem melancholicum, cum volumus exquisitè loqui, sed nominibus abutentes, & atram bilem aliquando vocamus. Neque absq; ratione, quippe cum in sanguine, duę partes considerentur,

Psal. 50.

Gal. 4. Aph.

6. Eiusd. 11.

6. Eiusd. 53.

Ibidem.

rentur, & tenues, & crassa: partes tenues in flauam bilem facillimè vertuntur; crassæ verò in atram, seu in humorem melancholicum 2. de Differ. Feb cap. 9. Sed re vera humor melancholicus est prauia dispositio ad atram bilem. Dicit enim ibidem Galenus ex sanguine supra modum efferuescēte ad humorem melancholicum fieri transmutationē, & affirmat, se accipere humorem melancholicum, qui non dum in atram bilem transiuit, sed in quodam confinio esse, quæ propriè fit ex bile combusta, sed multoties confunduntur ista vocabula, vt dicatur, atram bilem fieri ex sanguinis fæce, qua de re loquitur Galenus in libro secundo de Crisibus cap. duodecimo, quamuis hæc malefica dicatur, derodens partes, in quibus collecta est: illa verò mitior, & præcipuè quando non moram traxerit in animali, & quando non habet commercium cum aliquo humore abundanti, & præter naturam 3. Prognost. com. 27. Et ab illa ferina fiunt deliramenta tertio de Locis Affectis cap. 7. Vnde non est assignanda complexio, quę consistat in ęqualitate ponderis, quod quidem, & nobis colores indicare videntur efflorescentes in cute, similes humoribus prædominium habentibus; nisi fiat retrogurgitatio, ex sententia Hippocratis in lib. de Humoribus, cui sententiæ se subscribit Galenus in libro primo Aphorism. com. 2. Fundamentum namq; subiectumq; qualitatis, cæterorumq; accidentium est substantia 4. Metaphys. part. 2. Quæ si est naturalis, quia componitur ex materia, & forma inquantum composita sine quantitate esse non potest, quoniam quemadmodum accidentia propria formam substantialem insequuntur, ex illa pullulantia, atque emanantia; ita quantitas materiam, & terminata quantitas materiam formatam. Ergo cum sit prędominium qualitatis, & quanti prædominium esse dicitur. Ergo non est assignanda complexio æqualis ad pondus; quia actio præstari debet a proportione maioris inæqualitatis; quomodo dicimus in maiori quanto maiorem virtutem esse collocandam, et complexiones & in speciebus, & in indiuiduis reddi diuersas pro diuersitate primarum qualitatum, quæ cum in humoribus fundamentum habere dicantur, humoris prædominium necessariò est excogitandum. Signum esse potest fœcunditas, & sterilitas, & inclinationes ad diuersa exercitia. Et propterea gradus in mixto sunt excogitandi, ad hoc, vt fiat actio, qui gradus sunt in qualitatibus, & in quantitate: nam qualitas suscipit magis, & minus, sicuti & quantitas, quo ad dimensiones, magis, et minus se extendēdo. Tum

[Margin notes: 2. De Diff. Feb 9. — Ibidem. — 2. de Cris. 12 — 3. Prog. 27. — 3. de Locis Aff. 7. — De Humoribus. — 1. Aph. 2. — 4. Met. 2.]

4. Meteor. 1 *quia qualitates aliæ sunt actiuæ, aliæ verò passiuæ ex 4. Meteororum cap. 1. actiuæ formæ rationem habere dicuntur, passiuæ autem materiæ; etenim ad vnitatem ista requiruntur & potentia, & actus, sicuti & ad actionem: nam causa actiua supra passum prædominium habere dicitur, quandoquidem illius resistentia est superanda. Quomodo igitur æqualitas? Non enim posset fieri mixtum per se vnum, quoniam aut tantum potentia considératur, aut tantum actus, sed requiritur actus, sicuti & potentia. Vnde istarum qualitatum non est perpendenda indiuisibilitas. Et*
2. Collig. 22 *totum hoc explicat Auerroes in 2. Colliget cap. 22. Nunquam inuenitur temperata complexio in proportione quatuor qualitatum, hoc est temperantia, quæ est secundum extremitates: sicut non potest inueniri temperata complexio appropriata vni qualitati actiuæ, quia qualibet actiua habet gradum suæ operationis propter vnam qualitatem passiuam propriam ei, quæ stat loco materiæ. Et cum vna se habeat loco actiuæ, & altera loco passiuæ,*
Ibidem. *inquit ibidem Auerroes vna habet locum formæ, & altera materiæ. Et si ita non esset complexionatum, non esset vnum in forma; immo essent duo, nec esset recepta vna operatio in suo termino, si duæ qualitates contrariæ dominantes essent super ipsum ambæ æquales in potentia, vel in actu, quia ex duabus rebus in actu contrarijs vnum in actu fieri non potest, & etiam de duabus non contrarijs, sicuti non fit ex duabus lineis in actu*
2. Eius. c. 1. *vna linea in actu. Hoc idem expressit Auerroes in secundo Colliget cap. primo, vbi dicit, quod dominans super corpora partium consimilium est aqua, & terra, quomodo habent coagula-*
2. de Ort. & Int. 49. *tionem, & firmitudinem, quomodo dicit Aristot. in secundo de Ortu, & Interitu parte 49. Terram inesse omnibus mixtis corporibus, quia vnumquodque est multum, & maximè in proprio loco; & aquam, quia indigent terminari ipsa composita, quæ inter simplicia est facilis terminationis, & terra sine humida non potest consistere, quæ continentis rationem habere dicitur: nam si ex ipsa omnino humidum auferatur, vtique terra decidet. Et qualitates concurrentes ad firmitatem, & complementum sunt illæ, quæ faciunt concoctionem. & dicitur caliditas fundata in humiditate aerea, quæ concoctionem perfectam operatur, & est illa, quæ per elixationem celebratur, vt explicatum*
4. Meteor. 4. *est in quarto Meteororum cap. 4. Et totum hoc colligi potest ex diuersitate complexionum, non solum in masculis facta comparatione*

tione

tione ad inuicem; verum etiam in complexionibus fœminarum, facta collatione inter eas, & inter illas, & mares, ficuti fecundæ qualitates atteftantur, & inter fpecies diuerfas animalium, quod quidem per proprietates diuerfas refpectu diuerfarum formarum cognofcere poffumus, quoniam materiæ propria habent formas proprias, à quibus propriæ affectiones emanant, quod manifeftat Auerroes in 8 Phyf com. 46 & 4 de Cœlo com. 37. 8. Phyf. 46.
Quam veritatem defumpfit ex libro primo de Hift. Animal. cap. primo, & 8. Metaphyf. parte 11. Quomodo dicimus, diuerfitatem membrorum in animalibus reperiri, propterea quod formæ diuerfa effe dicuntur. 1. de Anima com 53. Vnde dicendum eft, 1. de Hift. Animal. 1. 8. Metap. 11. 1. de Aīa 53.
corpus primi parentis in ftatu innocentiæ carere æqualitate ponderis, fed tantum æqualitatem habere quo ad iuftitiam, in quo terræ elementum prædominabatur. Quo ad iuftitiam confirmatur, quoniam fi iuftitia originalis maiora efficiebat in Adamo, et minora caufare poterat. Maius autem eft aliquem ab interitu præferuare, quàm efficere æqualitatem ad iuftitiam; quippe cũ æqualitas ifta iuftitiam originalem concomitatur Et ad illam multæ caufæ concurrunt; elementa, quæ funt caufæ materiales: forma & eft anima intellectiua, quæ requifiuit determinatum, proportionatumque fubiectum, vt optima refultaret complexio; volente hoc, atque determinante caufa efficiente & fuit prima caufa, per iam explicatum donum, concurrentibus cæteris caufis tanquam inftrumenta: ad quem effectum locus concurrebat, ficuti & tempus. Fuit namque pofitus in Paradifo terreftri, quem plantauerat Deus à principio, qui dicebatur Paradifus voluptatis, quomodo a loco alterationes non patiebatur, tempus nihil moleftiæ inferebat. Et per illum donum fuiffet refiftentia nè in miferias incideret. Sed non fic extra illum ftatum in quo quidem æqualitas ad iuftitiam eft concedenda; fed præter iam caufas enumeratas requiritur caufa particularis efficiens, & eft pater, cum generatio fiat a fimili, ficuti & mater materialiter concurrens ad generationem, & tunc neceffariò fequitur peccatum, fecundum illud Pfal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus fum, Pfal. 50.
& in peccatis concepit me mater mea. Locus non omnibus eft proportionatus; & fi proportionatus à fecundis caufis alteratur. Tempus eft omnium inferiorum edax. Neque in omni ætate contingit illa æqualitas, fed in fine augmenti, in quo virtus, & membra iam funt roborata, durante iuuentutis ætate· nam fenectus ipfa

morbus est, in qua virtus deficit; licèt comparatiuè possit esse in omnibus ętatibus, præcipuè tamen in ætate florenti. Quomodo resistentia esse non potest, deficiente virtute, quod videns Propheta, ad Deum conuersus, aiebat, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me, orans ne proijceret eum in tempore senectutis, in quo nihil aliud reperitur præter laborem. & dolorem Psal. 70. Non igitur est dicendum de Adamo id, quod eueniebat in statu iustitię originalis, euenire in statu naturę destitutę, cum mutentur cõditiones propter donorum ablationem; quippe qui morti non erat subditus; quoniam esset seruata illa æqualitas iustitiæ, consistens in debita mensura, qua in sua dispositione retinendus erat, vt excessus nullus esset futurus, quo ad interitum tenderet, quem credendum est (cum Dei opera sint perfecta) fuisse creatum, secundum eam perfectionem, quo ad complexionem, qua nulla melior ex cogitari posset, vna excepta, cõplexione Christi domini, & Beatæ Virginis; quandoquidẽ ad creationem non concurrit causa defectiua, sicuti concurrit ad generationem, in qua concurrit causa particularis. Quare non est assignanda omnimoda æqualis virtus ne cogamur fateri, nullas sequi operationes, siquidem dentur agens, & patiens, quo ad æquales virtutes, istud in agendo, patiens verò ex parte resistentiæ, non frangerentur elementa vsq; ad minima ratione æqualis resistentiæ. Destruerentur igitur actiones, sicuti & mixtio. Tum quia calor, quo anima operatur, cũ illius instrumentum esse dicatur, operationes perficit. Prædominabatur ergo naturalis calor: & recta ratione; quoniam omnium perfectissima complexio sanguinea est reputanda, quæ iudicatur temperata ad cæteras facta collatione; cum tamen caliditas, & humiditas in eo vigeant, qui propterea tempore veris proportione respondet. Et eò potissimum, quia calido, & humido generatur, & viuit, & nutritur, & augetur, & generat, ex quibus elicitur, complexionem primi parentis fuisse proportionatam perfectissimę animæ, quam illi, creando Deus infudit; nulla nihilominus pugna; sed summa concor dia, quia status erat naturæ institutæ iustitia originali permanen te, innocenter vitam ducendo. Fuit igitur tũ sufficiens talis complexio in primo parente consistens in ea dispositione, vt animam intellectiuam reciperet, qua operationes sibi debitas ederet. Ex quibus patet, mortalitatem in primo parente non esse ex parte animæ immortalis, & non sicut existimauit Alexander, qui, ex purissima elementorum mixtione esse eductam, falsissimè ratus est, neque

Psal. 70.

secundum

secundum sententiam Auerrois, quam arbitror esse ex doctrina Aristotelis eductam, existimantis, esse vnicum intellectum in omnibus hominibus; sed ex parte materiæ, priuationis, & contrarij, & tunc interitus naturalis, eo modo quo naturalia currunt, appellatur.

Quid sentiendum de interitu primi parentis post perpetrationem peccati.

VT optimè intelligantur ea, quę huc vsq; posteritati mandata sunt, perpendendum est, aliquid duobus modis naturale appellari posse, & inquantum naturas habere dicitur, & sunt corpora, quæ componuntur ex materia, & forma, quæ sub nomine naturæ continentur, secundo de Physico Auditu part. 7. & vltra, & 2. Phys.t.7.
5. Metaphys. part 5. Secundo modo, illud est naturale dicendum, 5. Metaph.5.
quod, cum secundum naturam existat, ipsam naturam consequitur, sicuti dicimus, lectũ deorsum moueri ratione suæ grauitatis, & ignem dicimus moueri sursum, & terram deorsum: sic enim à natura comparatum est, ut grauia deorsum ferantur, & leuia sursum, quod quies in proprijs locis indicat, finis motus, & locus finis, forma, atq; perfectio locati illius, quod secundum naturam mouetur. Aliquid igitur naturale esse dicimus, & secundum formam, & etiam secundum materiam. Sed forma naturalis per verum motum, veramque mutationem ex materiæ intimis penetralibus est elicienda, qua esse, & vnicum esse substantiæ communicatur. Causa ergo agens formam præcedens, quæ est vnde motus principium, necessariò requiritur, vt sit secundum naturã, hoc ab agente præstari. Requiruntur autem illę duæ naturę, & quia sunt principia, ex quibus omnia fiunt, et vt præstentur actiones, & passiones, quoniam formæ est agere, & mouere, alterius facultatis est, pati, & moueri 2. de Or. & Int. p. 53. Non. n. dicimus, actionẽ esse 2. De Ortu,
materia; alioquin una esset dicenda omnium actio, quandoquidem vna est materia per omnium formarum priuationẽ, quæ nihilominus diuersitas per diuersas formas prę stratur, earũ re vera principiũ actiuum, qũo ignis sursum fertur, & excalefacit rõne suæ formæ; et à qua ratione sui principij passiui caliditatẽ recipit; & Int.53.

itaquod ratione istorum principiorum idem dicitur esse actus, & potentiæ particeps cum agat, moueat, & sit in actu ratione formæ: mouetur, patitur, & est in potentia per materiam. Est enim materia, omnium formarum naturalium receptaculum; & accipere est pati, assumiturq; perfectio per principium actiuum, & est forma, quæ est actus, atq; perfectio. Vnde digna est, quæ magis, 2 Phys. 12. *& perfectiori modo nomen, & rationem naturæ sortiatur 2.* 5. Met. 5. *de Physico Auditu part. 12.5. Metaphys. 5. & 1. de Partibus Ani-* 1 de Partib. Anim. c. 1. *malium cap. 1 Vnumquodq; enim tunc magis dicitur, cum actu* 2. de Aiā 2. *est, quam cum potentia, forma verò est actus, & materia poten-* 8. Met. 15. *tia 2 de Anima part. 2. & 8. Metaphys. 15. Immo quod propriè* 2. de Aiā 7. *est actus est 2. de Anima part. 7. Et agens passum nobilitate ex-* 3. eiusdē 19. *cedit 3 eiusdem. 9 Et propterea illud magis nomen, & rationem naturalis sortitur, quod est tale secundum formam, quam illud, quod est tale secundum materiam. Vnde exagitatur ab Aristote-* 2. Phys. 7. *le sententia Antiphontis in 2. Physicorum par. 7. Qui arbitratus* Antiphon. *est, materiam tantùm naturam esse appellandam, quemadmodum à ueritate est omnino aliena Antiquorum sententia, qui rati sunt, solam materiam esse tantùm substantiam, omnino formam à substantia excludentes, quod videre licet apud Aristotelem in 7. Me-* 7. Metaph. 8. *taphys. part. 8. Quamuis aliqui eorum, vt Empedocles, & De-* 2. Phys. 22. *mocritus modicè illam tetigerint, & ferè per somnium 2. Physic. part. 22. Sed re vera permanente forma, compositum est in actu, per cuius separationem destruitur primo, & per se diciturq; æqui-* 2. de Aiā 8. & 9. *uocè tale 2. de Anima part. 8. & 9. Et argumentum Antiphontis a signo erat desumptum. Signum namq; erat solam materiam naturam esse vocandam, quoniam si quis lignum sub terram effoderit, accipiatque potentiam putredo, vt sit germen, non fit lectum, sed lignum. Sed Philosophus iste non distinxit inter formam substantialem, & accidentalem. Nam fiat germinatio illa, quis dubitat, germinationem illam esse viam ad naturam, quæ est forma, per quam germinatum habet esse, & vnum esse, quod quidem est à forma substantiali? Apponatur securis ad radicem, deperditur illius germinati nomen, & definitio, quoniam reipsa, & actu destruitur forma, quod quidem verum esse dicimus in quantum illud corpus habet rationem naturalis corporis, in quo natura habere dicitur principium, & causam motus, & quietis illius, in quo est, primo, per se, & non secundum accidens 2 Physi-* 2. Phys. 3. *corum part. 3. Sed artifex, mouendo materiam, formam introducit,*

ducit, quæ, quoniam est artificiosa, meritò inter formas ex cathegorijs accidentium est ascribenda, per quam artificiale corpus nomen, definitionemque retinet, eo modo, quo naturale corpus per suam formam, a qua, cum sit substantia, esse substantiale recipit. Vnaqueque enim forma, cum sit, aut ex cathegoria substantiæ, aut accidentis, suum esse communicare dicitur. Nullum etenim corpus est tale, neque naturale, neque artificiale, cum fuerit in potentia: nam corpus artificiosum est in actu per artem, naturale verò per naturam, et tunc actu esse fatemur, quando ambo actu sunt formata, quæ constituitur definitio per quā formam, ad interrogationem factam per quid, respondemus. Et istæ formæ necessariò causam agentem requirunt, extrahentem illud, quod est de potentiá ad actum, & est forma, existens in potentia in materia, 12 Metaphys. com. 18. & 44. Sed agens duobus modis considerari potest. Et inquantum naturæ limites non transcendit, & inquantum naturæ vires excedit. Primum particulare agens nuncupatur; secundum vniuersale: illud est vniuocum, hoc autem æquiuocum, vel potius analogum, eo modo, quo dicimus, Deum esse agens. Agentia particularia determinatam materiam mouent, vt determinata forma, quæ est actus, ex materię visceribus eliciatur, habens determinatam virtutem ratione habita ad determinatam formam, quoniam & illius vires finitę esse dicuntur, nihil plus illo valentes; sed agenti primo vniuersali vniuersa materia, omniaque entia subijciuntur, eiq; omnia seruiunt, obediuntque, vt verset totam materiam eamque nihili faciens quo ad creationis actum, illamque dum est, consilio voluntatis suæ mouens, quomodo & operari dicimus. Agens particulare agit, & propter finem agere dicitur, a quo mouetur ad agendum motu secundum similitudinem; quo modo vult formam tanquam finem, & bonum, per quod quidem agit, ne sua actio ociosa, inanisq; reddatur: nihil etenim tale est in fundamento naturæ, & creaturę. Quapropter eligit sibi non quamcunque materiam, sed determinatam, proportionatas habentem conditiones, apendicesque, quibus determinatum finem consequi possit, alioquin fine frustraretur, quem per suas operationes intendit. Faber etenim, ad conficiendum gladium elicit ferrum, cuius quidem duplex finis esse videtur: primò formam gladij, operando operationes fabriles, determinatis, proportionatisque instrumentis, quibus introducitur forma, vult introducere. Signum, quandoquidem

12 Metaph. 18 & 44.

R 4 dem

dem cũ iam introducta fuerit forma, ab operatione quiescit, cum iam finem, quo quiescit, & per quem agebat, fuerit consecutus; & habitibus prȩsentibus in materia, cesset motus. Alter finis est operatio corporis artificiosi, quomodo illi confert formam, qua operationes edere possit; quandoquidem si a securi auferatur acies; quia aufertur illius forma, cessat operatio formæ, operatio namque formam sequitur, quæ quidem ociosa esse nequit, dum agens suas edit operationes, illo corpore vtens, vt est suȩ operationis instrumentum: est etenim finis gladij, cuius formam artifex intendit principalis, acies, & cuspis; sed incidendi, & perforandi gratia, quæ operationes auferuntur, si acies, & cuspis à gladio auferantur, quibus operationibus deuenire licet in formȩ cognitionem à posteriori. Faber igitur ad opus suum perficiendum ferrum elegit, & non paleam, neque lanam. Nam in naturalibus quælibet forma habet materiam propriam; sed in artificialibus idem lignum & arcæ, & lectice materia esse potest; verùm si actio est perficienda, materia fini proportionata est eligenda, quomodo conditiones, seu materiæ apendices requiruntur, quas vult artifex, auferendo quod arti, & debitæ formȩ introducendæ, debitoq; fini non est proportionatum, quomodo iudicat ferrum, & non paleam esse eligendum. Sed omnes conditiones, apendicesq; auferre non valet; siquidem illud ferrum, ex quo fit ensis est frangibile, hebetatur, rubiginemq; contrahit, quæ omnia ex naturali ferri dispositione proueniunt quas conditiones si posset Artifex omnino auferret, quȩ causæ dicuntur, ne agens per illud instrumentum finem consequatur; quippe cum per illam formam ex conditionibus iam explicatis operationes edere non potest; & si vellet processu temporis materia non obediret, quȩ si quo ad aliqua sit in potentia, non tamen ad omnia ad voluntatem artificis. Ita de homine asserendum est, cui quidem inest aliquid naturale secundum formam, & sunt operationes, ab anima emanantes. Est enim anima principium vegetandi in plantis; in animalibus, principiũ sentiendi, & intelligendi in homine 2. de Anima part. 24 Et aliqua & homini, & cæteris animatis naturalia secundum materiam esse dicuntur. At materiæ conditio duobus modis considerari potest, & secundum aptitudinem ad formam; & inquantum in ipsa aliquid secundum necessitatem consequitur, quomodo corpus humanum, quod est a natura, illiusque complexio ad temperiem est redacta, facta collatione cum cæterorum animalium complexionibus

xionibus, vt possit esse organum temperatum, proportionatumque sensus tactus. Vnde necessarium est, ex quatuor elementis esse compositum. Nam forma hominis in rei veritate est intellectus possibilis, nullam aliam retinens naturam, nisi hanc, quod sit possibilis, nihilque eorum, quæ sunt esse dicitur, antequam intelligat, in omnia fieri consistens, tabulę in qua nihil actu scriptum est, persimilis, quodammodo omnia, quod doctissimè explicauit Aristoteles in tertio de Anima. Ad hoc autem, vt sequatur intelligendi actus, requiritur, corpus humanum sensu 3. De Aña 5. 18.14.37.
tactus esse pręditum, quo alij sensus substentantur, per quos homo intelligit ex prologo Metaphys. cuius quidem organum medium est inter contraria secundo de Anima parte 118. Necessarium est igitur, corpus animatum esse mixtum, & ex contrarijs compositum. Ergo interitus est a materia, & à materiæ conditionibus, quę a natura eligitur, & præstitit quod præstare potuit, quę si posset incorruptibilem materiam eligeret, sicuti Artifex libentissimè ferrum eligeret, si posset, quod nunquam hebetaret, frangeretur, neque rubiginem contraheret, quæ quidem conditiones ex materiæ necessitate pullulant, atque emanant. Sed agens supernaturale est Deus, qui imperfectiones, à materia prouenientes, auferre potest, qui quidem materię necessitatem prohibere valet. Nam omnes creaturæ, habita ratione ad suam voluntatem, in potentia obedientiali esse dicuntur, ad agendum, & recipiendum quicquid Deus vult, vt naturæ defectus supplere possit, quod nequit efficere natura, neque agentia particularia; quandoquidem nullum agens infinitę virtutis esse dicitur, nisi Deus, qui dona homini supernaturalia donando, consecutiuè quę dona sequuntur, donauit. Immortalitas etenim donum iustitiæ originalis consequitur eo modo, quo accidentia propria formam sequuntur, & vmbra corpus. Immortalis igitur in statu innocentiæ dicendus erat primus parens, & ratione suæ formæ, quæ est anima rationalis, immortalis, & ratione principalis agentis, & est Deus, & ratione doni, cui non erat auferendum, si in peccatum non incidisset, in quod cum inciderit, vulnus sæuissimum passus est, remanens ipse, cum suis posteris in puris naturalibus, & tunc quid sibi velint materiæ conditiones intellexit, hebetudinem, rubiginem, & fractionem contrahendo. Nihil etenim tale à forma, quę immortalitate gaudet, originem ducebat, de foris aduenientē

2. De Anima 118.

ueniente per creationem, quæ æternitate fruitur a parte post, quæ non educitur ex gremio materię, quo modo educuntur cæteræ naturales formæ, extensæ, & diuisę ad extensionem, & diuisionem materię. Et ideò optimè dicit D. Thomas in Prima Parte Summæ quæst. 97. art. 1. Aliquid posse dici incorruptibile tribus modis; vno modo ex parte carentiæ materiæ, & contrarij, quod manifestum est de Angelis, & corporibus cœlestibus: Secundo modo ex parte formæ; siquidem rei corruptibili per naturam inhæret aliqua dispositio, per quam ab ipsa corruptione totaliter prohibetur, quod dicitur incorruptibile secundum gloriam. Dicit enim D. Augustinus in Epistola 50. ad Dioscorum, tanta potenti natura fecit Deus animam, vt ex eius plenitudine redundet in corpore plenitudo sanitatis, & incorruptionis vigor. Tertio modo ex parte causæ efficientis; quomodo ex sententia diuini Platonis in Timæo intelligentiæ, seu Angeli sunt incorruptibiles, dicentis. O dÿ secundi vestra natura corruptibiles estis; voluntate tamen mea vos perpetuos facio. Quare & ratione suæ formæ scilicet animæ intellectiuæ, quæ non traducitur ex parentibus, sicut cęterę animæ, ex illo Isaiæ cap 42. dicentis ex persona Dei. Omnem flatum ego feci, idest omnem animam rationalem, quæ dicitur spiritus, ex illo Lucę cap 23. Et Psal 30. In manus tuas commendo spiritum meum. Vnde dicitur Ecclesi. cap. vltimo. Donec spiritus reuertatur ad Deum, qui dedit illum. Inspirauit etenim Deus in faciem primi parentis spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem. Gen. cap. 2. Et in libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap 14. scriptum est, animas rationales per coitum non seminari, sicuti cæteræ animæ, sub illa existentes, ad quas concurrit pater, tanquam causa efficiens, & semen ab eo proueniens, tanquam causa instrumentaria. Non enim est forma subsistens, quemadmodum rationalis anima, quæ non potest esse, nisi in substantia composita: sed illa causa instrumentaria non concurrit; quomodo dicimus traductionem propriè illam esse dicendam in generatione animatorum, quæ fit per seminis decisionem. Et ratio potissima esse potest, quia anima intellectiua non educitur, ex materiæ intimis visceribus, quomodo optimè dixit Aristoteles in 2. de Generatione Animalium cap 3. Mens humana deforis aduenit, eaq. sola diuina est, & illius actio non communicat cum actione corporis. Et quomodo virtus actiua, in materia existens, concurrit ad productionem immaterialis effectus, sicuti est virtus in

1 part. Sum. q 97. art. 1.

D. Aug. Epistola 50.

Plato in Timæo.

Isaias 42.

Lucæ 23. Psal. 30. Eccles. vlt.

Genes. 2. de Ecc. dog. 14.

2. De Gener. Anim. 3.

in semine existens? quomodo intellectus noster habet operationem, in qua corpus non communicat; alioquin fateri cogeremur, aliquem dare per generationem totam animam suam, & vita priuari, ab anima proueniente. Iam enim confirmatum est, cum homo constet ex anima & corpore, non prouenire à corpore, quia non corpus, sicuti est anima, fieret ex corpore quod non solum est falsum, verum etiam absurdum. Dicere namque animam esse corpus, est contra omnes Philosophos, & Theologos. At si quis dixerit, esse ex anima, vel est ex parte, vel ex tota, & quia anima caret quantitate molis, non ex parte. Confert igitur illi totam suam animam, quæ est principium vitæ in habente animam. Ergo & totam vitam. Et totum hoc non solum est falsum, verum etiam concitat nos ad risum; quia idem esset viuum, & mortuum: viuum, quia videmus operationes vitales: mortuum, quia dedit totam animam. Et in veritate maxima est discrepantia inter cæteras animas, & animam intelligendi: nam videmus, excellens sensibile sensum destruere intellectum verò maiores perfectiones assumere, quo magis obiectum intelligibile perfectionibus superat 3. de Anima part 7. Non enim est virtus organica, de qua re scriptum est in 1. eiusdem part. 65. Intellectus videtur aduenire, substantia quadam existens; at non corrumpi. Maximè enim corrumperetur vtique ab ea, quæ est in senio debilitate, quomodo dicimus de oculo, quod si senex haberet oculum, vt iuuenis, videret, vt iuuenis. Sed intellectus habet rationem diuini, existens quid impassibile. Dicitur enim in 1. de Anima 82. Anima aliquid esse melius, & præstantius impossibile est; impossibilius autem adhuc in intellectu, rationabilissimum enim esse hûc antiquissimum, & dominum secundum naturam. Neque propterea inter potentias organicas est adscribendus, sicuti sensus, qui quidem duobus modis destruitur, aut propria destructione, & est per sui obiecti excellentiam, vt patet de habitantibus iuxta Nili catharatas; cum illa gens, quæ illum locum accolit ob sonitus magnitudinem, sensu audiendi careat; qui quidem per accidens destruitur, quoniam subiectum destruitur. Vnde non est dicendum, hoc de intellectu veritatem habere, cum non sit corporis actus, a corpore dependentiam habente. At vtroque modo sensus destrui videtur & per se, quando excellentia obiecti illum destruit; & per accidens, ex destructione organi. Vnde per Dei voluntatem Adam in statu innocentiæ erat immortalis; istaque immortalitas

3.de Aĩa 7.
1.Eiuſ.65.
1.de Aĩa 82.
Ioan 15.

non

non fuit per aliquam vim, in corpore existentem; sed inerat vis quædam animæ supernaturaliter, diuinitusq; data, per quam corpus ab omni corruptione præseruari poterat, quamdiu Deo subiecta mansisset, quæ virtus à iustitia originali non videtur esse distincta; itaut perfecta harmonia persentiretur, quæ per peccatum primi parentis in dissonantiam versa est. Quomodo primus parens interitui subiectus remansit, sicuti & sui posteri. Nam quo pacto iustitia originalis cum illius peccato remanere poterat? Successit pugna, vicit diabolus, vicit caro, vicit mors, & ad malum remansit procliuitas. Tranquillitas igitur ablata est; gratia tamen immortalis erat reddendus. Contulit namq; Deus primo parenti gratiam, neq; absq; maxima ratione: nam & ditissimus, & liberalissimus est; sed habita ratione ad aliquod extrinsecum, illam ei dono dedit, vt iustitia Dei etiam donum conseruaretur; quomodo dicere possumus gratiam Dei fuisse vitam æternam, conseruantem scilicet iustitiam originalem, qua homo æternitate frueretur, cui Deus gratia sua cooperabatur non propterea liberum tollens arbitrium; sed illum in manu consilij sui relinquens. Optimè enim distinguuntur quatuor dona, a Deo homini donata. Primum est habitus gratiæ, quò natura perficitur, ad hoc vt portiones Deo subijciantur. Secundum est conseruatio illius doni, siquidem id absq; eius auxilio præstari non potest, quomodo ad conseruationem concurrit, iuxta illud, sine me nihil potestis facere: quid enim agere possunt secundę causæ, nisi prima concurrat, quæ eis efficaciam confert? Tertium est auxilium generale, sicuti & concursus cum causis secundis. Sed tandem confert auxilium excitans, quo homo vtitur prioribus donis, per quæ si velit, operationes edere possit; sed per vltimum donum facit hominem velle, & operari. Et isto dono non indigebat Adam, sed alijs iam explicatis. Et hanc doctrinam sustinet Bellarminus secundum sententiam D. Augustini in libro de Gratia primi hominis cap.4 Et hanc sententiam videre licet apud Aug in libro de Correptione, & Gratia cap.12. Confertur namq; cibus homini, vt comedat, sed comedere non vult, liberum arbitrium respuit; non cogitur liberum arbitrium, confertur cibus, vt viuere possit homo, si velit vitam, quo pacto intelligitur illud, vocaui, & renuistis; tota die expandi manus meas ad populum, non credentem, sed contradicentem mihi. At si conferatur cibus, & in os apponatur, confertur, vt possit viuere, & vt viuat: ita

Bellarm. De Gratia primi hominis cap.4.

Deus

Deus per auxilia illa confert, vt benè possit operari, si velit: at per illam specialem motionem, & excitationem faciens vti habitu gratiæ, confert velle, & operari, & ista gratia non indigebat primus parens; sed non post peccatum commissum, sed erat in potestate hominis vti illa gratia, qua si vtebatur, perseuerasset iustitia originalis, & si voluisset, ad illam conseruandam, nihilominus liberum arbitrium requirebatur, sed non auxilium excitans; sed per habitualem gratiam, quam peccando amisit, & ex consequenti iustitiam originalem, remanente natura vulnerata, & homines interitui subiecti. Gratia igitur immortalis primus parens erat reddendus. Et hac doctrina multæ ratiocinationis in contrarium a Philosophis propositæ, naturam gratiæ ignorantibus, enodantur; itaut corpus primi parentis per diuina dona illi collata, immortalitate erat gauisurus; alioquin illius immortalitas per peccatum non esset ablata, sicuti neque angelo dona naturalia, peccando, Deus abstulit. Nam ad infinitam Dei potentiam recurrendum est. Et si anima innocentiæ veste vestita est, quomodo corpus, illius instrumentum pœnam luere debet? Quare primi parentis corpus à contrarijs lædi non poterat. Calor naturalis, qui continuò erat vigorandus, debilitatem non contraxisset. Et vigilantia hominis, omniumque rerum scientia illum ab omnibus defendissent, præcauebantq; ne detrimentum à causis intrinsecis, & extrinsecis persentiret. Nunquid enim frustra dona supernaturalia collata fuerunt? Et si à Deo, quomodo frustra? Indigebat fortasse armis ad sui defensionem? Nullo modo. Omnia illius imperio subiecta sunt. Et quibus armis vir bonus indiget? Audiamus Horatium in 1. Car. ode 22. Horatius. 1. Car. ode 22.

Integer vitæ, scelerisq; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.
Siue per Syrtes iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hidaspes.
Namq; me silua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & vltra
Terminum curis vagor expeditis,
Fugit inermem.

Fuit

Fuit re vera creatus Adam cum supernaturali rectitudine, donum re vera supernaturale. Et quare? quia dando illi donum ea, quæ donum insequuntur contulit; alioquin & quis nam ordo? Et quoniam supernaturale fuit donum, insequebantur illud donum ea, quæ sunt supra naturæ cursum. Et totum hoc confirmatur per illius doni ablationem. Dum dono illo Adam frueretur, re vera nulla concertatio, summa pax. Quare & immortalitas. Sed ablato dono, ea omnia visa sunt, quæ materiam, illiusque conditiones concernunt. Perpendamus inordinationes post peccatum, quo illud donum fuit ablatum, discordia inter potentias, & inimicitia inter Deum, & hominem, mutatio status, prævalens materia, sæuum vulnus, concomitans hominem vsque ad mortem, ablatio gratiæ, & tandem inimica mors. Quare illa à natura præstari non poterant, motus inordinati ab ipsa prouenientes per peccatum, tanquam per remouens prohibens, quos iustitia originalis prohibebat, qui perpetui esse non poterant, motusq́, illi in quietem, tanquam in finem terminandi erant, & est interitus, quo omnes discordiæ sedantur. Quinimo in illo fœlicissimo statu summa prouidentia primis parentibus multitudo angelorum data fuit, vt illos in custodiã haberẽt, iuxta illud Ps. 90.

Psal. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, nè vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, nihil ei nocere valens; & recta ratione,*

Psal. 36. *secundum illud Psal. 36. Iustus cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Prouisum est de ligno vitæ, à quo vires erant recipiendæ, quod quidem maiorem habet efficaciam, quam cætera Paradisi ligna; quandoquidem meritò lignum vitæ dicebatur sicuti lignum scientiæ boni, & mali, mortis. Quare a contrarijs non lædebatur primus parens, quod quidem eueniebat per iustitiæ originalis donum, qua iam explicatus harmonicus concentus resultabat. Et licèt ex terra creatus; ea virtute*

Eccles. 17. *nihilominus fuit vestitus, qua materiæ appetitus compescebatur, nè nouam appeteret formam, sicuti semper nũc appetere videmus, cum anima humana immortalitate gauderet, operante hoc diuina virtute, & bonitate, materiæ capacitatem, quæ modo adeò auida esse dicitur, vt nunquam illius appetitus expleatur, omnino explesset, qui per naturalem potentiam expleri non potest; cum tamen ad Deum in statu innocentiæ respectu hominis esset in potentia,*

potentia, non naturali, quomodo semper appetit, sed obedientiali, de qua dicitur apud Matth. cap. 8. Imperasse vento, & mari, magnamq; tranquillitatem esse factam, de quo homines mirati sunt, dicentes: qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Et recta ratione, quia nullam in creando inuenit resistentiam, & quę resistentia post creationem? terribilis namq; est, & quis ei resistere potest? Sed ei omne genu curuatur, mouens omnia sicut amatum, & desideratum. 12. Metaphys. part. 36. Omnia appetentia illius esse diuinum. 2. de Anima part. 34. Immortalitas igitur in Adamo, si in illo statu permansisset, supernaturalis erat dicenda. Matth. 8. 12. Metap. 36 2. de Aïa 34.

Immortalis erat Adam in statu innocentiæ, & vnde erat dicendus immortalis, præter illam causam, quæ erat iustitia originalis.

ALia causæ assignantur, præter iustitiam originalem, quibus elici potest immortalitas primi parentis. Et quoniam vita in calido, & humido consistere dicitur, & continuò humidum absumitur, naturalis calidi pabulum, quo viuimus, & operamur, eo anima, tanquam instrumento vtens, quæ primo, & per se causa esse, & viuere dicitur in triplici genere causæ, humidum ratione absumptionis deterioratur, quod etsi reficiatur, non ita purum, sincerumque, eo modo, quo antea erat, reficitur; quippe quod siccitatem contrahit. Et omnia, quę sunt ortui, interituiq; obnoxia secundum certam, determinatamq; periodum intereunt, vt expressit Aristoteles in libro secundo de Ortu, & Interitu in calce. Vnde pręter iam explicatum donum praecepit Deus Adę, vt de omni ligno Paradisi comederet, qui & de ligno vitæ erat comesturus, quod quidem adeò illius naturam adiuuare potuisset, eamq; vigorare, vt diutius in hoc mundo vitam degeret; sed non in æternum. Nam & quid in æternum, beatitudinis vera capax, & nunquam videre diuinam essentiam, sicuti est; vel potius per modum transeuntis? Nullus namq; in hac vita constitutus, videt Deum, sicuti est, sed cum apparuerit, similes ei erimus & videbimus eum, sicuti est, inquit 2. de Ortu, & Int. in fine.

D. Ioan.

Ioan. in 1. Epistola.c.3. D. Ioan. in 1. Epistola cap. 3. Nunc enim cognoscimus ex parte, tunc cognoscam, sicut cognitus sum inquit D. Paulus; cum tamen dicat, se cognoscere ex parte 1. ad Corinth. cap. 12 Secundum illud, quod scriptum est ad Rom. cap. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.

1. ad Cor. 12.

Ad Rom 1.

Sed lignum vitæ quodammodo erat causa immortalitatis; at non simpliciter, quod animaduertit Sanctus Thomas in Prima Parte Summæ quæst. 97. art. 4. Nam homo in eo statu habuit duo remedia ad vitæ conseruationem contra duos defectus. Primum est amissio humidi radicalis per calidi innati actionem: quo ad istum defectum Adamo per esum aliorum alimentorum subueniebatur. Secundum defectus esse poterat debilitas virtutis actiuæ. In principio etenim virtus actiua speciei est adeò fortis, vt possit conuertere de alimento non tantùm, quod est sufficiens ad restaurationem substantiæ deperditæ; sed etiam quod sufficit ad augmentum. Verùm processu temporis quod aggeneratur non est sufficiens ad augmentum; sed tantùm ad restaurationem substantiæ deperditæ. Et quoniam in senectute non sufficit ad hoc; inde est, sequi decrementum, & tandem interitum; contra quem defectum per esum ligni vitæ subueniebatur, vim habentis fortificandi virtutem speciei contra debilitatem, prouenientem ex admixtione extranei, inquit D. Thomas, & sic ad tollendam mortem ex senio prouenientem, & est sententia D. Augustini in 14. de Ciuitate Dei cap. 26. Et non rarò alibi, dicentis, cibus aderat ne esuriret, potus, ne sitiret, lignum vitæ, ne illum senectus dissolueret. Nam ex partibus homogeneis fiunt etherogeneæ, ad perfectionem deuenientes, & tunc nutritum non amplius augetur secundum veram augmentationem, quæ secundum omnes magnitudines esse dicitur: at eousque est augmentatio, quousque ossa augentur, deueniuntq; ad perfectam consistentiam. In principio namque ossa mollia esse cognoscimus sensu tactus, quemadmodum & ipsa caro, quomodo maxima facilitate fit augmentatio. cum vltimam perfectionem non acquisierint; sed per continuam actionem caloris naturalis ossa ad siccitatem tendunt, quemadmodum & caro, qua ratione duritiem contrahunt: Et omnium natura constantium terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti esse dicitur.

1. par. Sum. q. 97. art. 4.

2. de Aiā 41. 2. de Anima part 41. Et tunc caro secundum omnes magnitudines non extenditur, quomodo vera cessat augmentatio, & pinguedo generatur. Vera siquidem augmentatio magnitudines omnes

omnes expostulat, initium ducens à magnitudine longitudinem, tandem ad latitudinem & profunditatem. Nam corpora naturalia sunt perfecta. Quare & terminata ratione formæ, cuius est terminare, cum sit terminus. Habent igitur omnes magnitudines. Et totum hoc alteratione præstatur, quæ propriè in animalibus reperitur, trāsumptiuè in rebus inanimis: nam secundum raritatem, per alterationem factam conuenit aeri, & aquæ: & secundum accumulationem est in corporibus consimiliū partium compositis, vt in mineris. Signum esse potest, quia pueri non impinguantur, cum augeantur, qui quidem tunc impinguantur, cum ad ætatem consistentem peruenerint, nisi impedimentum interueniat, & inter cætera impedimenta est exercitatio Veneris: quod ex animalibus castratis confirmare licet, alia animalia testibus prædita in pinguedinem excedentibus: quemadmodum homines, vitam consistentem degentes pinguiores euadunt, qui non ita facilè propter diminutionem caloris ad venereum actum concitantur; siquidem per immodicum illum usum homines melancholici euadunt ex sententia omnium Medicorum. Melancholia autem siccitate abundat: quomodo calor innatus deperditur in caliditate, & humiditate consistens, præualentq́; contrariæ qualitates, in quibus secundum virtutem mors abdita latitat, quæ in humore melancholico subiectantur; cum tamen à Medicis moderatus coitus, & licitus prçcipiatur, ad quem nutritio est, adeò necessaria, vt sine illa venerea actio exerceri non possit, iuxta illud Terentij. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Oritur igitur cibi appetentia, & potus desiderium Et quoniam cibus est deglutiendus, in quo soliditas viget, eo modo solidus deglutiri non potest, dentibus igitur debet conteri, quò facilius attrahatur, & a naturali calore facilius in ventriculo concoquatur, vbi prima concoctio celebratur. Et alimentum, quo viuens alitur, cum ad partis iam deperditæ restaurationem sit necessarium, substantia, ex quatuor elementis composita, deperditur. Illa igitur, iam deperdita, reficienda proponitur. Et in illa substantia, qua viuens alitur, duæ partes sunt cōsiderandæ, partes in quibus abundat tenuitas; & quç sunt crassæ. Natura alterando cibum, & potum, concoctionem operans, ex partibus tenuioribus chylosam generat substantiā, qua quidem alteratione, & generatio sequitur, & interitus; interitus cibi aliam sumendo formam, & ex consequenti generatio substantiæ chylosæ, quia interitus vnius generatio alterius esse dicitur, &

S cum

cum reciprocatione. Neque hic alteratio desinit quemadmodum neque interitus, & generatio; siquidem illa substantia tenuis chylosa ad intestina demandatur, & per vlteriorem actionem calidi innati, semper animæ beneficio per venas mesaraicas ad ipsum hepar demandatur, sanguinis officinã, quomodo fit noua generatio, quia noua forma, quomodo antiqua forma deperditur, & noua acquiritur. In hepate sanguificatio celebratur; quippe cum illa substantia chylosa sanguificatur, deperditurq; nomen. et definitio chyli, & acquiritur nomen, & definitio sanguinis, quomodo humores generantur, & sanguis per venas, & arterias tanquam per aquæductus, per vniuersum corpus transfunditur. Cumq; carnes, & ossa minutissimis angustissimisq; poris sint prædita, tunc beneficio caloris innati aperientis, et virtutis attractricis membrorum per uniuersum corpus nutrimentum distribuitur, totumq; corpus nutrimentum sumit. Et hanc veritatem expressit Auerroes in 1.
1. de Ort. & Int. c. 38. *de Ortu, & Interitu com. 38. dicens. In membro naturaliter reperiri causam extensionis in omnes dimensiones: quandoquidem a naturali calore fit rarefactio, humiditasque cibalis se in omnibus poris diffundit, qui illa humiditate replentur, transmutanturque in partes carneas minimas: vnde omnia foramina rarefiunt, processuque temporis fit agglutinatio, qua ratione membra nutriuntur, & augentur. Quare per materiæ fluxum fit augmentatio, sicuti & corpus animatum nutritur, quæ quidem cum concoctione celebrentur, à calore naturali ea omnia præstantur, quam veritatem vberius explicauit Aristoteles in lib. quarto*
4. Meteor. *Meteororum: Quomodo per alicuius aduentum totum maius redditur, sicuti euenit, si quis in igne ligna apponat, aut in vino generoso aquam in ea quantitate, vt vini species non soluatur; quamuis propriè augmentatio in viuentibus reperiatur, & eo præsertim etherogenea, quæ ex homogeneis fiunt, & secundum formam, & secundum figuram augentur, qua de re optimè lo-*
1. de Ortu, & Int. *quitur Arist. in libro primo de Ortu, & interitu. Dicimus enim augmentationem, quæ per nutritionem paratur, esse motum, qui fit in quantitate ab illo, quod augmentum præstat mediante anima, & naturali calore, in quo manet idem, quod augetur secundum formam per rei extrinseca accessum, & fit per cibum ratione materiæ, quæ est partium nutriendarum, donec deueniatur ad debitum magnitudinis terminum. Et ista est generatio secundum partes; propriè autem augmentatio est appellanda, quæ per nutri-*

nutritionem præstatur. Illa namque in categoria substantiæ esse dicitur & ratione formæ, & ratione substantiæ composita: ista verò propriè in categoria quantitatis ratione omnium dimensionum quo ad omnes partes, nisi quid probibeat, vt constat in atrophia, in qua nutritio probibetur. Vnde carnes, & ossa, aliæque partes corporis, præcedente alteratione, generantur, quæ actiones per contactum præstantur. Sunt etenim naturales, quomodo partialis interitus succedit, sicuti & partialis generatio. Et totum hoc manifestum est ex his, quę memoriæ mandauit Arist. in pri o de Ortu, & Interitu part. 41. Sed partes crassæ, graues, & amarore præditæ cum nutritioni deseruire nequeant quoniam attrahi non possunt, careantque dulcedine, qua nutritio prę statur, valdè amica naturæ: per amarores, & a bile natura ad expellendum molestatur, vt ratione & quantitatis, & malæ qualitatis ab acrimonia, & bilis, & salsedinis, illas noxas natura persentiens, deiectiones excitantur, vtiturque natura expultrice virtute. Hanc veritatem nos docuit Aristoteles in libro de Sensu, & Sensato cap. 4. dicens. Calidum augmentat, struitque nutrimentum, & leue quidem attrahit; amarum autem & salsum propter grauitatem relinquit. Vnde fit sequestratio, naturæ opus, ratione alterius formæ introducendæ, quo indiuiduum in esse conseruatur. Cibus re vera ad grauitatem tendit, & grauia sic sunt à natura comparata, vt deorsum ruere dicantur; & tamen sanguis, & ex consequenti nutrimentum per sequestrationem quæ est leuitatis a grauitate per vniuersum corpus demandatur, quomodo dicimus, nutritionem præstare. Vnde perpendendum est, omnes causas quo ad naturales effectus concurrere 8 Metaphysic. part. 12. Quandoquidem materia, in qua res naturales fundamentum habere dicuntur, sicuti & causa efficiens, principium vnde motus omnes alias causas secum ducunt. Nutriendum est animatum corpus, quò vitam consequatur. Requiritur igitur instrumentalis causa. Ergo & causa efficiens, qua instrumentum operatur: illa est calor naturalis; sed efficiens est anima, principium quo omnium operationum naturalium. Requiritur igitur materia, & est nutrimentũ; & totum hoc ratione finis; quippe cũ agens propter finem agat, à quo mouetur. Omnia namq; transmutabilia materia habere dicuntur vel subiectum. Materia nutritionis est priuata illa forma, quam dicimus esse in potentia ad receptionem: omne etenim recipiens est denudatum a natura illius, quod est recipien-

1. de Ort. & Int. 41.

De Sensu, & Sen. 4.

8. Met. 12.

3. de Ani. 4. *cipiendum 3 de Ani. par. 4. Nam cum materia semper est coniuncta potentia, quare & priuatio, & ex consequenti appetitus, ex his*
1. Physic. in calce. *quæ scripta sunt in calce lib. 1. de Phys. Aud. qua, cum sit imperfecta, ad perfectum est reducenda, quomodo dispositiones ad finē proportionatę requiruntur: finis autē nutritionis, vitam concernit. Quare & esse, partialemq; generationem. Signum, quoniam venena, quę sunt toto genere præter naturam, idonea nutritioni nō redduntur, interitum causantia, sicuti in aceto ad vinum, qua nam dispositio, cum ex vino acetum fieri possit; at non ex aceto vinum*
8. Met. 14. 8. *Metaphys. part 14. Omne autem mixtum ex elementis componitur; & quia nullum simplex elementum nutrit, ex mixtis mixtum nutriri debet. Inquirenda est igitur proportio inter nutrimentum, & nutritum. Excogitandi igitur sunt gradus, qui inter nutritum, & nutrimentum intercipi debent, vt fiat agglutinatio, & assimilatio. Re vera alimentum, quod per os assumitur, ad hoc, vt fames sedetur, sitisq; extinguatur per quod substantia deperdita restauratur, quæ per actionem caloris innati erat deperdita, requiritur. Vnde alens ex illis est compositum, quæ sunt grauia, & leuia: grauia deorsum magno impetu ruunt: leuia verò, & subtilia facillimè de loco ad locum cientur, qui est sursum, & præsertim beneficio facultatis attrahentis. Sed quoniam omne, quod mouetur, ab alio moueri necessarium est, quod satis doctè disputat Arist. in lib septimo Physicorum in principio, & in nutritione ratione substantiæ deperditæ, necessariò agens requiritur; de causa agente dupliciter loqui contingit, & inquantum causa primaria, & inquantum instrumentum. Cumque ista operatio vitalis dicatur, rectâ ratione a principio vitali ortum ducit, & est anima, quę, cum principium vegetandi esse dicatur, & principium nutritionis esse dicitur, & ista operatio est ab illa in triplici causarum genere; & est causa instrumentaria, calor scilicet innatus, quo anima vtitur ad actiones vitales peragendas. Forma igitur est perpendenda, & ratione*
2. Phys. 26. *materiæ, cum sint in categoria relationis 2. Physicorum parte 26. Et ratione causæ agentis, quam quidem, dum operatur, aspicit. Causæ autem agentis necessitas ex hoc confirmari potest quia in principio nutrimentum erat dissimile, & contrarium. Efficit igitur agens, vt simile reddatur. In principio namque cruditas in alimento vigebat; sed ab anima ope caloris innati persimile reddi dicitur. Vnde crudum, & in potentia erat nutrimentum,*

quod beneficio naturalium facultatum per instrumentum caloris actu nutrimentum efficitur, quod quidem nutrito assimilatur in substantia, quantitate, & qualitate. In substantia ratione formæ: in quantitate, quia intentio naturæ est augere tempore determinato, secundum omnes dimensiones determinatas ratione determinatæ formę, cuius munus sicuti est separare, & distinguere; ita etiam est terminare: In qualitate: nam per aduenientes qualitates, quę sunt eiusdem speciei, gradus augentur, redditurque subiectum fortius, ad operationes naturales peragendas. Et quoniam calidum, & humidum primogenia vitæ esse dicuntur principia, per illas etiam qualitates nutritio perficitur, cũ a centro ad circumferentiam vsq; & ducatur, & trahatur alimẽtum. Fit autem attractio ratione similitudinis a natura, vacuum odio habente cane peius & angue, ad quam nutritionem tres actus præcipuè concurrunt, scilicet appositio extranei, assimilatio, & vnio. Appositio ratione maioris quanti: assimilatio, quia cum ad partialem generationem reducatur, seu potius aggeneratio, debet fieri a simili: Et vnio; nam corpus nutritur ratione substantiæ deperditę, quomodo sub vnica forma causatur vnio. Respicitur ergo forma in nutritione, cuius finis est, vt nutritum per nutrimentum conseruetur. Et quia actu nutrimentum leuitate præditum est respectu materiæ fœculentę in qua terrestreitas abundat, quam, natura concoquendo, segregauit, quæ propterea deijcitur; inde est, quod beneficio similitudinis, vacui, tenuitatis materię, & agentis instrumentarij, beneficio animę ad diuersa loca nutrimentum trahatur, quomodo maior quantitas resultat; siquidem non potest fieri caro, quę quantitatibus careat; quomodo extensiuè quantitas suscipit magis, & minus; & totum hoc per illam propositionem satis vulgatam. Qui dat formam, ea etiam confert, quæ formam consequuntur; qua ratione, sicuti quantitas interminata dicitur perpetua socia materiæ omnino consideratę proprium propriorum materiæ; ita quantitas terminata sequitur formam determinatam, quod quidem fit per continuam mutationem, quod alteratione præstatur. Et hoc manifestum est ex his, quę scripta sunt ab Auerroe in primo de Physico Auditu com. 62. dicente. In spermate apud generationem hominis, non cessant partes spermatis recedere, & partes fieri hominis, donec forma humana perficiatur. Et hoc si forma recipit partitionem, quomodo necessariò dicimus, generationem 1. de Physic. Au. 62.

esse successiuam, vt paulatim fiat consecutio quantitatis, ad quam requiritur rarefactio à calore, cuius est rarefacere aperiendo, porique aperiuntur, per quos illa humiditas transit ratione nutritionis, immo copiosioris nutritionis, & maioris augmenti, crescente forma, & figura. Et totum hoc verum est ratione dulcedinis, in qua leuitas abundat, quæ citissimè distribuuntur, non salsa, & amara, in quibus grauitas abundat, & grauia sunt resistentia respectu motus de loco ad locum. Et ratione pororum fit attractio, beneficio caloris rarefacientis, attrahentis, demandantisque nutrimentum ad partes nutriendas: calidi namq; est attrahere,
4. Meteor. *& rarefacere scriptum reliquit Aristoteles in libro quarto Meteororum, quod quidem euenit ratione materiæ leuis, dulcedine præditæ, facta collatione ad materiam, in qua viget salsedo. Et hanc*
4. de Simp. Med. Facul. 15.16. *veritatem docet etiam Galenus in 4. de Simplicium Medic. Facultatibus cap 15. & 16. Et rationem reddit, quoniam quod nutrit a similitudine, quæ est cum eo, quod nutritur, dulce apparet; dissimilitudine verò non dulce, quod quidem alimentum concoctione tale euadere videmus in pomis, cum ante maturationem in ipsis vigeat aciditas, quæ propterea non sunt nutritioni idonea, quod quidem & experientia nobis indicat, & ibidem testatur Galenus. Et eò potissimum, quia nutrimur ex quibus constamus, & natura in generatione hominis abijcit amarores, sed ex purissimo sanguine generatur fœtus, vt sanguine dulci nutriatur; nam alij humores dulcedine carent, cum vera pituita potius*
Ibid.c.20. *insipida sit appellanda. Totum hoc à signo explicat Galenus in eodem libro quarto cap.20. dicens. In aqua, quę est in lacu Palestinæ, in caua Syria, quem alij mare vocant mortuum, alij stagnum bituminosum gustantibus non solum gustari salsedinem, sed & amarorem, qua ratione nullum in eo neque animal, neque planta reperiri conspicitur, & si ibi pisces adessent, itaut in stagnum inijcerentur, celeriter mori conspiceret; adeò est inimicum omnibus hominibus, id quod exactum habet amarorem, quod quidem nutrimentum in substantiam aliti conuerti non potest, carnis speciem non recipiens, vt non possit esse potentia caro, nisi dulce, quomodo recipit eandem formam carnis, & ossis. Et istæ operationes fiunt per virtutes, operationesque naturales, cum anima, & calor naturalis attractiuè ad attrahendum nutrimentum potentia tale excitent, quæ in membris implantata, incipiens natura a centro ad circunferentiam vsque, nullam violentiam patiens*

in attrahendo, cum attractio naturalis dicatur, eo modo quo lapis herculeus ferrum attrahit, & non per aliquod agens extrinsecum, virtute extrinseca operans, quomodo absq; violentia attractio esse non potest, vt colligitur ex doctrina Auerrois in lib. septimo Physicorum com 10. Concurrit retentio, etenim nisi retinea- 7. Phys. 10.
tur cibus, non potest fieri concoctio, neque assimilatio, & ex consequenti neque nutritio. Et si concoctio. Ergo sequestratio, & expulsio, quæ omnia per villos attrahentes, retinentes, & expellentes præstantur. Confert autem occasionem nutriendi naturę inanitio, cum nutritio sit euacuati repletio, quæ quidem inanitio duplex esse dicitur, quarum altera est excrementorum: & altera naturalis substantiæ nostræ, continuò defluentis, quæ nutritioni ex aduerso opponitur. Vnde non est neganda pororum per rarefactionem adapertio, qui non ita sensibus sunt manifesti. Nam & quomodo sudores per cutem emanant? Qui si immoderati appareant, adhibentur medicamenta frigida, quibus densatur cutis, meatusq; illi clauduntur ratione frigiditatis, cuius munus est condensare. Non autem sudores euenire dicuntur, quia cutis diuiditur; quia diuisione soluitur continuum, doloresq; excitantur. Et quoniam iste motus perpetuus esse non potest, neque adeò purus naturalis calor reficitur, ista necessariò interueniunt, senectus, detrementum, marasmus, & tandem interitus. Vnde optimè sequentia carmina flebili cantu decantata fuerunt.

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & duræ capit inclementia mortis.

Etenim quibus nam causis longitudo vitæ attribuitur, nisi calido, & humido? Est enim frigiditas naturæ inimica, opus naturę non ingrediens, nisi per accidens: & hoc experientia comprobatur: nam qui maxima auiditate ad Venerem concitantur, in eodem actu perseuerantes, citò ad senectutis ætatem labuntur, & ex consequenti facillimè ad interitũ tendunt: refrigeratur namque, siccaturvè corpus, & istæ qualitates vltimò remanent; quandoquidem in uenerea exercitatione calidũ, & humidum emittuntur, in quibus vita consistit, sicuti interitus in contrarijs qualitatibus: Signum, quoniam fœminæ, in quibus maior viget humiditas, maribus longioris vitę esse dicuntur, quemadmodum & passeres masculi fœminis vitam breuiorem degunt, in quibus maximè viget luxuria: sicuti & castrati, insulasq; habitantes vi-

tam longiorem viuunt, illarum qualitatum beneficio. Cum igitur naturali cursu corpus exiccetur, processuque temporis ad marasmum & interitum tendat, quomodo diminuitur corpus, prouenit illa diminutio ex materiæ necessitate, quemadmodum, & alij defectus euenire, asserunt Philosophi, & ex caloris naturalis imbecillitate, per quem operationes omnes vigorari non possunt. Sed huic defectui in statu innocentiæ per esum ligni vitę subueniebatur, vim habentis fortiorem reddere debilitatem, ex admixtione extranei prouenientem: quomodo primus parens in senectutem non incidisset, in quam post peccatum incidimus necessitate materiæ, vt non possim non summopere laudare, quod Poeta Florentinus cantauit, dicens. Petrarca.

Se del consiglio mio punto ti fidi;
E sforzar posso, egli è pur' il migliore,
Fuggir vecchiezza, i suoi molti fastidi.

Quod de vltimo senio intelligendum esse arbitror, in quo diminuitur, deficitque homo. Sed arbor illa per modum medicinæ consumptionem prohibuisset. Quare fastidiosam vitam non fuisset expertus primus parens in statu innocentiæ; quamuis immortalem vitam simpliciter non præstasset; cum virtus, in anima existens pro corporis conseruatione, originem a ligno vitæ non traheret; sed tantùm illi vita tributa fuisset, vt ad determinatum tempus extenderetur, quo finito, ad spiritualem vitam fuisset translatus; indigebatque primus parens, lignum illud pluries comedere, quo vita elongaretur, vt tandem ad statum gloriæ, ad quem erat creatus, transferretur. Nihil etenim Deus frustra facere dicitur. Et quamuis humidum radicale per continuam actionem naturalis caloris deperderetur; à naturali nihilominus dispositione non remouebatur; sed potius ad perfectionem naturæ humanæ conferre poterat. Scriptum namque est in Prima Parte Summę à D. Thoma quæst. 97. artic. septimo ad 2. In nutritione quandam passionem reperiri, alterationem quidem ex parte nutrimenti, quod in substantiam aliti conuertitur; at non propterea concludi potest, corpus illud passibile dici posse; sed cibum assumptum esse passibilem. Cuius rei signum aliqua ex parte esse potest, puerorum nutritio, per quam humidum deperditum restauratur, qui propterea augentur, maioremque perfectionem assumunt. Sed per nutrimentum ratione alterationis paulatim ad interitum tendimus, generatioq; 1.part. Sum. q. 97. art. 7. ad 2.

sequitur

sequitur partialis, quibus formatrix virtus est necessaria carnis, & ossis, cum caro carni addatur, & os ossi. Vnde & materia est consideranda, cum motus iste circa quantitatem versetur. Nam augens est potentia quantum scilicet potentia caro, & potentia os, & quod augetur est actu quantum, idest actu caro, & actu os. Et necessariò terminus requiritur, tum ex parte formæ substantialis, quæ est anima; tum ex parte formę accidentalis, illam formam insequentis; & propterea caro aucta est terminata, quę quidem quantitas, inquantum est fluens pro subiecto habet primam materiam quantam, quę beneficio formę tum substantialis, tum accidentalis, & est figura dicitur quanta tanta. Augmentationis subiectum est totum; quandoquidem illud, quod augetur, est quantum formatum Ergo in actu est auctum ratione quatuor elementorum, ex quibus naturalis illius corporis fit nutritio, per quorum aduentum sequitur mixtionis forma, quæ homogeneorum forma appellatur; cum tamen cęterarum partium anima forma sit appellanda; quia anima est forma corporis animati. Vnde corpora mixta animata nutriuntur, ex quibus constant; qualitatesque refractę, & castigatæ sunt conseruandę, quibus mixtum corpus conseruatur, quod ab ortu nutrimentum sumens, semper dum viuit, idem numero manet; cum idem numero subiectum transmutationis remaneat. Augmentatio namque fit secundum formam, non secundum materiam, quæ multoties totum dicitur. Materia namque (vt dicebatur) deperditur, idest materiales partes. Et hęc est differentia inter subiectum motus, & generationis. Ibi subiectum, totius rationem habens, manet; sed non in generatione secundum illam definitionem generationis, assignatam in 1. de Ortu, & Int. par. 23. Generatio est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente, vt subiecto. Et motus augmenti ab initio ex pluribus motibus componitur, & ex pluribus quietibus. Ad perfectionem namque motus, quies, finis motus, interuenit, & motus, & quies secundum sensibile tempus apparent, cum motus augmenti a sensu comprehendatur. Signum, quia pro diuersitate temporis, diuersa etiam redditur magnitudo, vt explicat Auerroes in 3. de Physico Auditu com 6. Sed ratione nutritionis duo subiecta sunt consideranda primum est nutrimentum secundum est nutrimentum suscipiens. Principale subiectum est nutrimentū non manens idem, quemadmodum manet idem secundariū vsq; ad extremum

1. de Ort. & Int. 23.

3. Phys. c. 6.

vitæ

tam longiorem viuunt, illarum qualitatum beneficio. Cum igitur naturali cursu corpus exiccetur, processuque temporis ad marasmum & interitum tendat, quomodo diminuitur corpus, prouenit illa diminutio ex materiæ necessitate, quemadmodum, & alij defectus euenire, asserunt Philosophi, & ex caloris naturalis imbecillitate, per quem operationes omnes vigorari non possunt. Sed huic defectui in statu innocentiæ per esum ligni vitę subueniebatur, vim habentis fortiorem reddere debilitatem, ex ad mixtione extranei prouenientem: quomodo primus parens in senectutem non incidisset, in quam post peccatum incidimus necessitate materiæ, vt non possim non summopere laudare, quod Poeta

Petrarca. *Florentinus cantauit, dicens.*

Se del consiglio mio punto ti fidi;
E sforzar posso, egli è pur' il migliore,
Fuggir vecchiezza, i suoi molti fastidi.

Quod de vltimo senio intelligendum esse arbitror, in quo diminuitur, deficitque homo. Sed arbor illa per modum medicinæ consumptionem prohibuisset. Quare fastidiosam vitam non fuisset expertus primus parens in statu innocentiæ; quamuis immortalem vitam simpliciter non præstasset; cum virtus, in anima existens pro corporis conseruatione, originem a ligno vitæ non traheret; sed tantùm illi vita tributa fuisset, vt ad determinatum tempus extenderetur, quo finito, ad spiritualem vitam fuisset translatus; indigebatque primus parens, lignum illud pluries comedere, quo vita elongaretur, vt tandem ad statum gloriæ, ad quem erat creatus, transferretur. Nihil etenim Deus frustra facere dicitur. Et quamuis humidum radicale per continuam actionem naturalis caloris deperderetur; à naturali nihilominus dispositione non remouebatur; sed potius ad perfectionem naturæ humanæ conferre poterat. Scriptum namque est in Prima Parte Summę à D. Thoma quæst. 97. ar-

1.part. Sum. q. 97. art. 7. ad 2. *tic. septimo ad 2. In nutritione quandam passionem reperiri, alterationem quidem ex parte nutrimenti, quod in substantiam aliti conuertitur; at non propterea concludi potest, corpus illud passibile dici posse; sed cibum assumptum esse passibilem. Cuius rei signum aliqua ex parte esse potest, puerorum nutritio, per quam humidum deperditum restauratur, qui propterea augentur, maioremque perfectionem assumunt. Sed per nutrimentum ratione alterationis paulatim ad interitum tendimus, generatioq;*

sequitur

sequitur partialis, quibus formatrix virtus est necessaria carnis, & ossis, cum caro carni addatur, & os ossi. Vnde & materia est consideranda, cum motus iste circa quantitatem versetur. Nam augens est potentia quantum scilicet potentia caro, & potentia os, & quod augetur est actu quantum, idest actu caro, & actu os. Et necessariò terminus requiritur, tum ex parte formæ substantialis, quæ est anima; tum ex parte formę accidentalis, illam formam insequentis; & propterea caro aucta est terminata, quę quidem quantitas, inquantum est fluens pro subiecto habet primam materiam quantam, quę beneficio formę tum substantialis, tum accidentalis, & est figura dicitur quanta tanta. Augmentationis subiectum est totum; quandoquidem illud, quod augetur, est quantum formatum Ergo in actu est auctum ratione quatuor elementorum, ex quibus naturalis illius corporis fit nutritio, per quorum aduentum sequitur mixtionis forma, quæ homogeneorum forma appellatur; cum tamen cęterarum partium anima forma sit appellanda; quia anima est forma corporis animati. Vnde corpora mixta animata nutriuntur, ex quibus constant; qualitatesque refractę, & castigatæ sunt conseruandę, quibus mixtum corpus conseruatur, quod ab ortu nutrimentum sumens, semper dum viuit, idem numero manet; cum idem numero subiectum transmutationis remaneat. Augmentatio namque fit secundum formam, non secundum materiam, quæ multoties totum dicitur. Materia namque (vt dicebatur) deperditur, idest materiales partes. Et hęc est differentia inter subiectum motus, & generationis. Ibi subiectum, totius rationem habens, manet; sed non in generatione secundum illam definitionem generationis, assignatam in 1. de Ortu, & Int. par. 23. 1. de Ort. & Int. 23. *Generatio est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente, vt subiecto. Et motus augmenti ab initio ex pluribus motibus componitur, & ex pluribus quietibus. Ad perfectionem namque motus, quies, finis motus, interuenit, & motus, & quies secundum sensibile tempus apparent, cum motus augmenti a sensu comprehendatur. Signum, quia pro diuersitate temporis, diuersa etiam redditur magnitudo, vt explicat Auerroes in 3. de* 3. Phys. c. 6. *Physico Auditu com 6. Sed ratione nutritionis duo subiecta sunt consideranda: primum est nutrimentum: secundum est nutrimentum suscipiens. Principale subiectum est nutrimentũ non manens idem, quemadmodum manet idem secundariũ vsq; ad extremum*

vitæ

vitæ spiritum, in quibus agens agit. Cogimur ergo fateri rationem esse constituendam. Quare & alterationem, & totum remanere, retinens rationem formæ, quod in prima parte confirmatum est, partibus materialibus fluentibus, quæ si fluant, & humidum deperditur; & propterea ad hoc, vt restauretur deperditum, sequaturque vera augmentatio, materia exterior requiritur, vt sequatur accessus molis, & virtutis, quomodo totum extenditur ad partium extensionem, quod quidem nutritione efficitur. Vnde requiritur motus localis omnium primus, alteratio, & generatio. 8. Physicorum part. 54. & 55. Ad augmentationem dispositiones præuię; illum namque motum præcedunt. Nam alimentum diuersas recipit formas, quoniam est mutatio vnius substantiæ in aliam. Antecedit ergo nutritio partialem generationem, quę est via ad formam, quæ est substantia, quolibet accidente prior 7. Metaphys. part. 4. Vnde in nutritione idem subiectum non remanet sicuti & in alteratione, & augmentatione, & diminutione, contrahiturq́; processu temporis debilitas, cum actiua virtus non ita perfectè suas operationes perficere queat. Sed nihil horum in primo parente, quo ad statum perfectionis creatum, perfectissimæ complexionis, nihil sentiens detrimenti quo ad qualitates nullam patiens pletoriam quo ad vasa, nullam augmentationem veram quo ad omnes partes, quę futura erat in posteris etiamsi perseuerasset in iustitia originali cum generandi essent non ipse, qui fuit creatus qui nutriebatur, debilitatemq́; non contraxisset; quoniam illi defectui per ligni vitæ comestionem supplebatur, præueniendo, nè debilitatem persentiret, in cuius anima virtus aderat, per quam agens non repateretur, quam virtutem amisit, peccando, qua immortalis dicebatur. Vnde si de ligno vitę post peccatum comedisset, cum innocentiam perdidisset, in pœnam mortis nihilominus incidisset; quamuis virtutem contulisset elongandi vitam: non enim proprietates sunt auferendæ a rebus; confortasset etenim nutritiuam virtutem, quemadmodum subcineritius Eliæ panis illam confortauit, virtutemq́; contulit, vt ambularet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsq; ad montem Dei Horeb. 3 Regum cap. 19. Fortior igitur facta est illius virtus qua posset illuc ambulare, & præsertim, quia lignum illud lignum vitæ appellabatur, idest per cuius comestionem vita elongabatur, totum hoc operante diuina virtute, quam illi elargitus est. Indigebat igitur Adam ligno vitæ ea ratione, &

8. Physic. 54. 55

7. Metaph. 4.

3. Reg. 19.

alijs

alijs cibis ratione vitæ animalis, quandoquidem ad operationem animæ vegetatiuæ, quæ eſt generare, perueniri non poteſt, niſi per reſtaurationem calidi innati, qui continuò conſumitur, & per ſeminis generationem, quod ſuperfluum alimenti nuncupatur. Requiritur igitur alimentum, quod auget ſemen, inſtrumentum formatiuæ virtutis per illius partem aeream, & ſpirituoſam, per quam fœcundum redditur. Non enim vult Deus naturæ ordinem deſtruere, originem ducentem a cauſis naturalibus, quomodo dicimus in ſeminibus vitale principium reperiri, quo vita communicatur. Ex quibus ſumitur occaſio inquirendi, an nutrimentum conuertatur in veritatem humanæ naturæ Ex quo tamen apparet, Adamum immortalem a Deo fuiſſe creatum in ſtatu iuſtitiæ originalis, & eſt ſtatus innocentiæ.

Nutrimentum conuertitur in ſubſtantiam humanæ naturæ, in omnibus, qui nutriuntur, ſicuti & in Adamo in ſtatu innocentiæ, qui non propterea interitui ſubditus dicebatur.

QVoniam omnes Philoſophi Peripatetici vno ore conſentiunt nutrimentum in humanæ naturæ ſubſtantiam conuerti, quod affirmandum etiam eſt de Adamo in ſtatu innocentiæ. Et quia dubitatio oriri poterat de illius interitu, quomodo in ſubſtantiam nutriti conuertebatur, & in alijs etiam, explicandum eſt, vt non propterea colligere liceat, illi interitui fuiſſe ſubiectum. Quæ nutrienda ſunt re vera corpora mixta eſſe dicuntur animata. Requiritur igitur corpus nutriens: quod ſimplex eſſe non poteſt: non enim facultatem hanc habere dicuntur corpora ſimplicia, vt nutritioni ex ſe idonea reddi poſſint: quandoquidem nutritum, ex quibus conſtat, nutritur. Ergo ex mixtis, vt ſeruetur ſymetria, proportioq; inter corpus nutriens, & nutritum. Eo quippe modo philoſophari licet in nutritione, quemadmodum & in generatione: eſt enim nutritio partialis generatio, ſicuti iam confirmatum eſt. At quoniam nullum ſimplex elementum per ſe ſolum gene-

generationi est idoneum, ita neque nutritioni. Mixta igitur corpora adeò nutritioni necessaria esse dicuntur, sicuti & generationi, vt sine illis mixtum corpus nutriri non possit, neque generari. Et quoniam nutritio naturę est opus, naturam concurrere ad nutritionem, iudicandum est. Generatio namque, tam totius, quàm etiam partialis, & est partium substantiæ mixtæ, quo ad homogeneas, & etherogeneas, inter naturæ opera connumeratur. Naturę igitur & ad generationem, & ad nutritionem concurrunt. Et quoniam inter naturas potissimum materia, & forma recensentur. Illas igitur ad eius opera concurrere fateri cogimur, & ex consequenti ad generationem, & nutritionem. Si enim forma concurrit, sicuti simpliciter est necessaria, cum generatio, & nutritio ad formam viæ esse dicantur, illa ad formam totalem, hæc verò ad determinatam partem compositæ substantiæ, sequitur, & materiam esse necessariam, cum per illam forma substentetur, cum nomen, & rationem subiecti retineat. Et si dixerimus, concurrere formam, concursus sine materia fieri nequit; quippe quæ materia est propter formam, inquantum tota perfectio materię à forma ortum ducit. Introducenda est virtus conseruatiua in mixto, ad hoc, vt forma in materia remaneat, quò mixtum viuat, vt forma mixti persistat in materia, iam a vero agente ex materiæ gremio exhausta, requiruntur igitur dispositiones ex parte materię. Signum esse potest, quia cum morbosam qualitatem contrahit, aut venenosam quæ est toto genere præter naturam, forma separatur, qua, cum sit materialis, destruitur. Indiget igitur alimento mixtum, vt vis animæ conseruetur, quò possit conseruari naturalis calor, per quem animæ operationes perficiuntur, quod quidem materiæ rationem habere dicitur, quæ est illa, ex qua fit aliquid cum insit, vt æs statuę, & argentum phialæ Nutrimentum igitur concurrit, tanquam materia, per quod diuersæ formæ ex materiæ gremio eliciuntur, itaut conuertatur in substantiam nutriti. Scriptum namq; est in libro primo de Ortu, & Interitu part 25. Ex potentia substantia in actu substantiam, generatio esse dicitur: quæ autem circa magnitudinem, augmentatio, & diminutio, et quæ circa passiones, alteratio, vt omnis transmutatio sit de potentia ad actum; & recta ratione, quia munus agentis est extrahere id, quod est de potentia ad actum. Et in his, quæ augentur, potentia in ampliorem locum: in minorem autem est eorum, quæ diminuuntur, quæ omnia absq; materia

fieri

fieri non possunt; quoniam materia secundum se magnitudines secum ducit, sicuti forma proprietates. Et totum hoc expressit Aristoteles in 1. eiusdem part. 39. vbi dicitur. Quod est potestate caro, actu caro fieri dicitur, & corruptione caro euadit. Et totum hoc fit beneficio caloris innati, quomodo per concoctionem vlteriorem, quod est potentia caro fit actu caro per formam carnis, quam acquisiuit materia per causæ agentis operationem. A forma etenim similitudines proueniunt. Ergo est augmentum per similitudinem; quandoquidem cum antea alimentum esset dissimile, per vlteriorem concoctionem simile redditur, & adeò simile, vt sub illa forma remaneat, in quod conuertitur; quomodo dicimus, illud, quod est actu sanguis, operante calore, in carnem vertitur diciturque actu caro, præcedentesque formę per nouæ formæ aduentum destruuntur, iuxta illud Auerrois in libro de Substantia Orbis cap 1. Vnum subiectum habere plusquam vnam formam, impossibile est. Non enim caro amplius est sub forma sanguinis, quia abolita est forma sanguinis, sed antea potentia, nunc verò actu; quia actu per formam carnis; sed antea in potentia; cum tamen esset actu sub forma sanguinis in potentia existens materia ad formam carnis, quæ processu temporis est in actu, tribuens nomen, & definitionem, quod forma pręstatur, quæ dicitur quod quid erat esse. Vnde & maior quantitas quia per carnis additionem, quantitas extenditur. Totum hoc exemplo omnium appositissimo declaratur. Sit ignis actu, esse nequit absque materia, in qua subiectatur caliditas. Nunquid per lignorum iuxta positionem ignis generatur? Absit, quoniam ante appositionem lignorum erat ignis per materiam determinatam, apponatur in actu igni magna lignorum congeries non dicimus ignem esse generatum, quia iam actu erat ignis, sed ignem dicimus esse augmentatum; sed antequam ex lignis forma ignis ab agente ex materiæ gremio esset educta, in materia lignorum aderat ignis in potentia; quandoquidem ligna erant combustibilia; sed post eductionem formæ ligna actu comburuntur. Ita dicendum est de alimento; illud, quoad ignem adurentem, & omnia in sui ipsius conuertentem, & hoc, quo ad calorem naturalem, vitam conseruantem beneficio suarum operationum, vt conseruet substantiam, eousque existens, quousq; alitur. Et per alimentum præparatur substantia ad operationes beneficio caloris naturalis, quod videre est apud Aristot. in 2. de Anima part. 48.

[Margin notes: 1. Eiusd. 39. — De sub. or. 1. — 2. de Anima part. 48.]

Et

Et propterea dicimus, nutrimentum materiæ rationem habere, quod in substantiam aliti conuertitur. Et quoniam quod nutritur, est animatum, & nutrimentum tandem pars viuentis esse dicitur, quemadmodum cæteræ partes per formam informantur, & habent esse; ita alimentum iam conuersum in substantiam aliti per eandem formam informatur, & habet esse. Hoc enim habet totum ipsum à forma, ergo & illius partes. Verum est igitur dicere, aliquid de alimento in substantiam nutriti conuerti, & in veritatem humanæ naturæ. Quod & de Adamo erat dicendum in statu innocentiæ per comestionem ciborum, de quibus præcepit Deus, vt comederet. Nec propterea interitui Adam subiectus dicebatur, quoniam per nutrimentum exercebantur operationes animales, per lignum vitæ erat conseruandus ad determinatum statum, & per donum iustitię originalis, si illud per peccatum non perdidisset, ab interitu erat conseruandus. Neque fiat instantia de excrementorum excretione; siquidem vita primi parentis in eo statu erat animalis. Et cibus ex quatuor elementis componitur, quo elementatum est reficiendum restaurandúmque. Elementa autem quædam sunt crassa; quædam verò subtilia. Partes crassę non sunt nutritioni idoneæ, quomodo in substantiam nutriti conuerti non possunt, quomodo illas natura despiciens, per determinata loca excernuntur. Esset enim irrationabile in cibo assumpto aliquam non reperiri fœculentiam; & propterea superfluitates sunt emittendæ, secundum illud Horatij dictum.

Horatius.

Omne superuacuum pleno de pectore manat.

Sed diuinitus fuisset prouisum, nullam ex eo sequi indecentiam, inquit Sanctus Thomas in Prima Parte Summæ quæst. 97. art. tertio ad 4. Neque nobis molestiam inferant verba Domini apud Mattheum cap. 15. dicentis. Omne, quod intrat in os, in ventrem vadit, & per secessum emittitur. Nam hoc intelligitur per partes, quibus expurgatur, quod est expurgandum, & sunt partes crassę, quæ deseruire nutritioni non possunt; siquidem est separandum tenue a crasso: crassum distribui non potest; cum non possit attrahi a venis mesaraicis, sicuti attrahitur tenue, & subtile, quæ quidem venæ in animalibus eo modo in ipsis reperiuntur, sicuti radices in plantis, per quas totum nutritur, quomodo excernuntur excrementa. Et hanc doctrinam domini explicans D. Marcus Euangelista in cap. 7. dicit. Nonne intelligitis,

1. part. Sum. q 97. artic. 3. ad 4.

Matth. 15.

Marci 7.

tis, quia omne extrinsecus introiens in homine, non potest eum communicare, quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in descensum venit, purgans omnes escas? Vnde dictio omnis non designat totum integritate, sed totum in quantitate, inquit D Tho. in 2. Sentent. 30 quæst. 2. art. 1. ad 1. *Erat igitur illa* 2 Senten. 3. q. 2. a. 1. ad 1. *actio naturalis in primo parente, inquantum erat corpus naturale, quæ actiones præstabantur à causis naturalibus, sed non propterea erat dicendus mortalis, ratione status, & doni supernaturalis à Deo donati. Sed deordinatio à peccato originem traxit, per quod inimica mors introiuit in orbem terrarum. Nulla tamen fuisset deordinatio, si Adam permansisset in statu innocentiæ, etiam si in illo statu genuisset: Nam etsi generatio sine seminis emissione esse non potest, assumanturque per illam duplices illæ humiditates per illius emissionem, quod est alimenti superfluum, & humiditas cibalis, & humiditas radicalis, quæ communicantur per generationem genito, per quam fit perfecta mixtio, quomodo verum est dicere posteros duplici modo fuisse in lumbis primi parentis, & secundum naturalem corpulentiam, & secundum virtutem seminalem, causam omnium indiuiduorum, existentium sub humana specie, vt propterea Aristoteles dixerit, in semine omnium inesse virtutem, facientem semina fœcunditate gaudere, & est substantia spiritualis, in eo existens, & præsertim in spumosa illius parte, & naturam in spiritu existentem, proportione elemento stellarum respondentem, quomodo vita confertur vegetabilis, sensibilis, & animalis. Totum hoc manifestum est in plantis ratione seminis, quibus per virtutem, in seminibus existentem, iam à planta decisis, & per communicationem illius virtutis, fœcundæ redduntur, vt possint remanere in specie. Vnde semen quod superflui rationem habet generantis, superfluum dici nequit, habita ratione ad genitum, quippe cum totum fundamentum generationis in illa humiditate radicali consistit, quæ genito confertur per generationem; nihilominus Adam in illo statu ab interitu fuisset immunis, & hoc propter ordinationẽ omnium, quæ sunt in homine ad Deum, vt ad supernaturalem finem, illius immortalitatem volentem, animam immortalem creantem, conferendo illi diuinitus supernaturalem quandam virtutem, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quandiu Deo subiecta mansisset. Cum enim rationalis anima excedat corporalis materiæ proportionem, conueniens fuit, vt in principio ei*

virtus daretur, per quam corpus conseruare posset supra naturam corporalis materiæ, vt testatus est D. Thomas in Prima Par-
1. par. q. 97. art. 1. *te Summę quęst. 97. art. 1. Et ista immortalitas non erat ex consequenti ex naturæ viribus; sed per diuinæ gratiæ donum, conferendo Adæ remedium contra mortem per illud gratiæ donum. Vnde Adam in statu innocentię generasset, semenque illius fuisset superfluitas vltimi cibi; nam illius vita, habita ratione ad corpus, erat animalis, sed nihil inordinatum persensisset: maxima siquidem est contradictio, iustitia originalis, & inordinatio, & tunc fuisset inordinatio, si feruorem concupiscentię fuisset passus, qui moderari non potest, iuxta illud Poetę dictum.*

in furias, ignemq; ruunt.

Aberat igitur ab ipso ardor libidinis, animique inquietudo, qui tamen fuisset fœcundus, nullam inordinatam passionem patiens, consistentem in concupiscentia inordinata, quandoquidem omnes illius actiones certa ordinataque mensura erant mensurandę, & erat mensura rationis, non deuiantis a modo, specie, & ordine, imitans suum creatorem, qui fecit omnia in pondere, numero,
Sap. 11. *& mensura. Sapient. 11. Et rectè quidem iuxta illud eiusdem*
Ibidem 9. *libri cap. 9. Qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua consti-*
Ibidem 8. *tuisti hominem, ibidemque scriptum est cap. 8. Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: Et horum ratio reddi potest, quia in statu illo felicissimo non erat lex membrorum, legi mentis repugnans, & hoc ratione doni diuini, & non ratione naturalis conditionis, nullaq; rebellio carnis ad spiritum, neque adhuc diabolus tentauit primam matrem, nihil concupiscens de re a Deo prohibita, quam persensit post diaboli tentationem, quæ à concupiscentia sua abstracta, & illecta, quæ iam concepit, & pariens peccatum, peccatum verò, cum consumatum fuerit a primo parente, mortem genuit, propterea inquit lex. Non concupisces. Vnde vitium contractum est, quia concupiscentia, animę potentia vitiata, quoniam fuit excessus in appetendo, a qua rebellio orta est, & natura languorem passa est, vires amittendo, febrem patiendo, vel sæuissimum vulnus. Vnde per nutrimentum non poterat esse discessus ab illo statu, neque ab illa conditione, in quibus primi parentes creati fuerunt; percipiebatur nihilominus delectatio per comestionem, sed excludebatur ardor libidinis, & animi inquietudo, & non sicut quibusdam euenire solet, quorum animus semper est in patinis, & quorum deus*

venter

venter eſt. Neque ſicut Epicureis, dicentibus absque aliqua verecundia, qui porcis aſſimilantur. Ede, bibe, lude poſt mortem nulla voluptas. Nihil igitur vetat dicere, in Adamo nutrimentum fuiſſe conuerſum in ſubſtantiam nutriti; & in illo ſtatu fuiſſe immortalem, quandoquidem per alias rationes interitui non fuiſſet ſubiectus.

Quid ſit dicendum de interitu à cauſa extrinſeca, prouceniente, an ſcilicet Adam in ſtatu innocentiæ à cauſa extrinſeca lædi poterat, eiq; interitum inferendo?

QVoniam mors multoties à cauſa extrinſeca prouenit, inquirendum eſt, an primus parens a cauſa extrinſeca læſionem ſuſcipere poſſet, per quam in mortem incurrere poterat? Diſtinguebatur etenim mors in naturalem, prouenientem a principijs intrinſecis, & violentam, à cauſa extrinſeca. Sed in illo ſtatu neque minimam quidem læſionem pati poterat primus omnium parens, cum & fortitudine, & potentia, & ſapientia potiretur. Robuſtus erat per donum iuſtitiæ originalis, qua omnia nociua, ſi nocumenta præſtare voluiſſent, aut poſſent, repellere poterat, omnia ſubijciens Deus ſub pedibus eius; & ſi nociua illi nocere potuiſſent, præcauere cognouerat. Tum quia diuina prouidentia præſtabatur, quod violentam mortem pati non poſſet. Etenim impium innocentem occidere, hoc in ſtatu naturæ lapſæ verificatur. Et ſi ille ſtatus erat innocentiæ, quomodo impietas? Diuina etenim iuſtitia vnicuique ſecundum opera ſua reddit. Et ſi fortis reſiſtentia eſt conſideranda, ſi opus fuiſſet. Eſt namque fortitudo animi robur, & ſtrenuitas ad ea perferenda, quæ mortem concernunt, labores, ærumnas, & demum ad omnia, quæ grauia ſunt, & terribilia eſſe videntur. Duobus ſiquidem modis conſideratur fortitudo, & inquantum dicit animi firmitatem, quomodo conſideratur, inquantum generalis eſt virtus, vel potius conditio cuiuſlibet virtutis, cum ad virtutem firmiter, & immobiliter requiratur: Secundo modo inquantum dicit animi firmitatem in illis repellendis, atque ſuſtinendis,

in quibus perdifficile est firmitatem habere; quomodo definitur esse periculorum susceptionem, & laborum susceptionem; unde Virg. 1. Aen. *prouenit magnanimitas, quomodo magnanimum Virgilius vocat Aeneam, & de socijs inquit grauiora passos fuisse. Et de Teu-* Horatius 1. Car. ode 7. *cro loquens Horatius, qui tristes affatus amicos, illos solari volens, aiebat, cum se vinxisset tempora populea corona.*

Quo nos cumq; feret melior fortuna parente,
Ibimus ò socij, comitesque.
Nil desperandum, Teucro duce, & auspice Teucro.
O fortes peioraq; passi.
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas.

Consideremus fortitudinem, cui magnanimitas coniuncta est. Chrysippus. *Vel ex sententia Chrysippi est scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo, summæ legi parens, sine timore,* Cic. 5. Tusc. *quod videre est apud Ciceronem in quinta Tusculana, qua virtute præditus erat primus parens in statu innocentiæ, a qua robur, firmitatemque recipiebat. Neque à virtute retrahi potuisset, si in illo statu permansisset, quomodo mediocritas conseruabatur, ne in vitium laberetur, in qua virtus consistit, iuxta illud* Horatius. *Horatij.*

Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.

Signum horum esse potest quia, cum magnanimitas fortitudinem sequatur, ei pusilanimitas magis est opposita, quàm inflatio, 4. Ethic. c. 3 *inquit Arist. in 4. Ethicorum cap. 3. Et de fortitudine loquens* 3. Eiusd. 6. *Philosophus in 3. Ethic. cap. 6. dicebat, esse mediocritatem, quæ circa timores, fiduciasque versatur. Definitur etenim virtus* 2. Eiusd. 6. *ibidem in secundo libro cap. 6. Esse habitum electiuum in mediocritate consistentem, quantum ad nos, vt sit mediocritas duorum vitiorum, alterius per excessum, alterius verò per defectum: alia namq. sunt vitia, quæ sunt per defectum ab eo, quod fieri debet: alia verò superant & in affectibus, & in actionibus: virtus verò* Horatius. *medium & inuenit & eligit, secundum illud Horatij.*

Virtus est medium vitiorum vtrinq; redactum.

Et nisi hoc dixerimus, & sit excessus, per translationem ille fortis appellatur, quomodo dicimus, fortem esse intrepidum, timoris expertem, nihil timentem ea, quæ terribilia esse dicuntur, quæ simpliciter mala dicuntur, quomodo dicimus, timorem esse opinionem impendentis mali; cum tamen ad virum fortem spectet, quædam timere, illaque timere, honestum esse dicatur; sed non timere,

re, turpe, vt infamiam, est hominis impudentis; econtrà verò illam timere, & modestus, verecundusque dicitur. Sed ille vir fortis esse dicitur, qui circa præclaram mortem impauidus fuerit, quomodo dicimus de ijs, quæ in bello accidunt, sicut dum est in mare, & quando à morbis inficitur, tunc vir fortis impauidus est, secundùm illud Poetæ.

Pulchrum mori succurrit in armis.

Quam mortē desiderauit Aeneas apud Virg. in 1. *Aeneid. dicens.* Virg. Aen. 1.

O terque, quaterq́, beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere: ò Danaûm fortissime gentis
Tytide, me ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq́; animam hanc effundere dextra?
Seuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector: vbi ingens
Sarpedon: vbi tot Simois correpta sub vndis.
Scuta virûm, galeasque, & fortia corpora voluit.

Quomodo cupiebat Diuus Paulus dissolui, & esse cum Christo dicens. Infelix quis liberabit me de corpore mortis huius? Et Dauid Psalm. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes* Psal. 41. *aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Fortitudo igitur erat in causa in primo parente, ne læderetur ab extrinsecis, quam peccando amisit, quia abscondit se Adam, & vxor illius à facie domini Dei in ligno Paradisi qui vocatus à domino, ait. Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui, eo quod nûdus essem, & abscondi me. Genes. cap.* 3. *Et vnde timor? quia mortem, quam illi comminatus fuerat Deus, expectabat: ita enim definitur timor* 3 *Ethic. cap.* 6 *Etenim quemadmo-* 3 Ethic. c. 6. *dum amor foras timorem expellit; sic & fortitudo cohibet. Sed illa virtus non perseuerauit, qua rectè viuitur, & dum perseuerat nullus malè vtitur, quæ definitio omnibus virtutibus conuenire videtur. Et si addantur ista verba: quam Deus in nobis sine nobis operatur, illæ particulæ à D. Amb. adduntur, hàbita ratione ad* D. Ambros. *virtutes infusas, quę à Deo in nobis sine nobis agentibus causantur: nam hęc est differentia inter virtutes morales, & Theologicas, quod illę ad Deum relationem habent, inquantum est finis naturalis: istæ verò ad eundem, inquantum est finis supernaturalis, quæ per illam virtutem perfectionem assumunt, quę est vinculum perfectionis, & charitas dicitur, sine qua bôna opera sunt imperfecta,*

vt bona esse dicantur quo ad substantiã operis;sed non quo ad modum charitatis; non tamen sunt excludendæ a nomine,& ratione
2.2 q.23.a 7 *virtutis. Ita docet D. Tho. in 2.2.q.23.art.7. Quibus non confertur vita æterna.Vnde est illud Luc.7. Dimissa sunt ei peccata mul*
Lucæ c. 7 *ta,quoniam dilexit multum,& cui minus dimittitur,minus diligit.Et totum hoc explicat D.Pau in 1.Epist.ad Corin.c.13 Per*
1.ad Cor.13 *totum caput illam charitatem summis laudibus extollit, dicens. Si linguis hominum loquar,et angelorum,charitatem autem non habeam,factus sum,velut æs sonans,aut cymbalum tinniens Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas:& si tradidero corpus meum,itaut ardeam,charitatem aũt non habuero nihil mihi prodest. quod est intelligendum, quo ad vitam æternam,quę prodest dispositiuè, quia non diriguntur illa bona opera ad supernaturalem finem; & si Deus sit remunerator, quo ad bona temporalia,cum ad illum terminentur,vt in finem naturalem. Aderat igitur in primo parente, dum innocenter viuebat, animi firmitas, quo ad omnes virtutes, & præcipuè in illis, in quibus sustinendis,repellendisq́;firmitatem habere laboriosum est,nullo indigens labore ad illas comparandas, quemadmodum indigemus post peccatum primi parentis, iuxta illud.*

Virtutem posuere dij sudore parandam.

Horat. in Arte Poetica. *Et illud, quod cecinit Horatius in Arte Poetica.*

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitq́, puer, sudauit, & alsit:
Abstinuit Venere, & vino, qui Pythia cantat
Tibicem, didicit prius, extimuitq́; magistrum.

Sed laborem, sudoremq́; voluit Deus in Adamo post peccatum,
Genes 3. *ex illo Genesis cap.tertio. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: Nec immerito propter Dei maledictionem. Inquit enim: maledicta terra in opere tuo, in labore comedes ex ea cunctis diebus vitę tuę. Maledictio Dei,& vita iucunda? Nullo modo. Perpendamus illius benedictionem. Aperis tu manum tuam, & imples*
Psal. 144. *omne animal benedictione, Psal.144. & quid à benedictione?*
Ibidem 64. *Audiamus Proph Ps.64.Benedices coronæ anni benignitatis tuę: & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium, idest abundabunt greges fœtibus, & valles abundabunt frumen-*
Ibidem. *to. Et ibidem. Visitasti terram,& inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Sed post peccatum homo nascitur ad laborem, sicuti*

sicuti auis aduolandum ex libro Iob cap. 5. Et non sine ratione, vt colligitur ex verbis domini, dicentis, terram esse illi germinaturam spinas, & tribulos, suffocantes sementem patrisfamilias, quę tamen auferendę sunt, ad hoc vt terra pręstet fructum suum Et totum hoc fuit, quia maledicta est terra in opere Adami. & fuit peccatum; cum aliqui legant propter te, & alij in transgressione tua Fortitudinem igitur amisit Adam Dei praeceptum transgrediendo, non omnimodam, sed eam, qua resistere poterat contrarijs si opus fuisset. Et bonum prouenient ex iustitia originali per illius ablationem fuit ablatum. Nam illa bona sequebantur originalem iustitiam, cui, sicut & posteris mors, & alia mala successerunt, & ad bonum fuit diminuta inclinatio, scilicet ad virtutem; quippe cum aliquid habeat inclinationem ad vnum contrariorum, diminuitur ad aliud inclinatio, peccatum autem inclinat ad malum. Ergo ad virtutem inclinatio diminuitur. Sed auferri non potest omnimoda inclinatio ad virtutem, quemadmodum bona natura non auferuntur: nam peccatum non diminuit naturam, neq; illius proprietatem; quandoquidem non possunt suscipere magis, & minus. Sed est diminutio ratione impedimenti, pertingendi ad terminum; remanet etenim radix inclinationis, quomodo dicimus de diaphano corpore, habente inclinationem ad suscipiendam lucem, sed minuitur inclinatio ex parte nebulae superuenientis; remanet nihilominus semper habilitas ad susceptionem lucis ex parte corporis, ita Diuus Thomas in 1. 2. quaest 85. art. 1. & 2. Quomodo dicimus, per peccatum originale in nobis succedere inclinationem ad actum inordinatum, non directè, sed indirectè, & fit per remouens prohibens, & est originalis iustitia, qua prohibebantur inordinati motus, quemadmodum ex ægritudine corporali indirectè sequitur inclinatio ad motus corporales inordinatos, vt inquit D. Thomas ibidem q. 82. art. 1. ad 3. Ex quibus colligitur, Adamum, cum fuisset fortis in illo statu, fuisse etiam potentem, cum esset roboratus naturalibus, vigorantibus suam fortitudinem, suamq; potentiam, & supernaturalibus.

1. 2. q. 85 artic. 1. 2.

Ibidē q. 82. art. 1. ad 3.

Tum etiam, quia primus parens omnium rerum naturas cognoscebat, cum omnibus nomina imposuisset, conuenientia eorum naturis; quippe qui habuit scientiam naturalem, & infusam. Vnde erat sapiens ad praecauenda nociua, licèt nihil ei nocere potuisset, etiam operante diuina prouidentia, per quam iam de-

terminatum erat vt nullum detrimentum in corpore pateretur, nisi prius à mentis innocentia deuiasset, vt inquit D. Thomas in
2. Sentent. d. 19. art. 4. *2. Sent. distinc. 29. art. 4. Cúmque corpus illius immediatè à Deo ortum ducens maxima dispositione esset decoratum, omniumque perfectissima complexione vigeret, perfectam, aliísque meliorem animam sortitus est. Actus enim materię capacitatem requirunt,*
2. de Aĩ 24. *quomodo fiunt in patiente benè disposito 2. de Anima part. 24.*
Ibidem 94 *scriptum est enim in 2. eiusdem part. 92. Carne molles esse aptos mente, duros verò ineptos, vt promptitudo ad intelligendum, à corporis temperatura ortum ducat; quod quidem & apes, & for-*
In Pro. Met. *micæ testantur, quę alia animalia prudentia superant ex prologo Metaph sicuti & diuersitate sanguinis redditur manifestum, & quo ad operationes intellectus, & sensitiuæ virtutis, quod col-*
2. de par. An. cap. 3. 4. *ligitur ex sanguine fibroso, & carente fibris. 2. de part. Anim cap. 3. & 4. Si viget fibris animalia sunt robusta; timida verò; quia carent fibris, quod etiam ex memoria colligere licet, & ex memorię defectu, & ex temperatura melancholica, quę ad speculādum*
Prob. Sec. 30 *est optima, ex Problem. sectione 30. Probl. 1. Et quoniam ad ho-*
Problem. 1. *minem sermo dirigitur fundamentum illius doctrinę elicitur ex*
De par. Ani. 10. *libro quarto de partibus Animalium cap. 10. vbi dicitur. Solus homo animalium omnium erectus est, diuinitatisq; particeps: & officium diuini est intelligere, & sapere, de quo scriptum est in*
Prol. Met. *prologo Metaphys. Hominum genus, arte, & rationibus viuere, in quibus maximè à cęteris animalibus distat, quomodo ea omnia contulit Deus, vt saperet, & ista non tantum, vt viueret; sed etiam, vt benè viueret, cum tamen malè viuendo primus parens, vitam tandem perdidit. Sed in illo fœlicissimo statu nihil, difficultatem concernens, eueniebat primo parenti, quo ad obiecta naturalia, neque respectu complexionis multoties difficultatem causantis: nam quemadmodum mores animi sequuntur corporis temperaturam; ita dicendum est de facilitate, & difficultate ad artes, & scientias capessendas. Totum hoc optimè explicat Themi-*
Them 2. de Anima 94. *stius 2. de Anima part. 94. dicens Hominem inter animalia sapientissimum iudicari, apprehendisq; illius animi virtutem ex carnis mollitie, & cutis tenuitate, quæ temperatura maximè ad prudentiam apta est, & sapientiam capessendam, qua homines sublimitate ingenij fruuntur: econtra si cutis est crassior, excedatque in callositate, ista qualitates hebetudinem, tarditatemque ostendunt: at [illegible] indicat. Nam in molli corpore pri-*

mus

mus, innatusq; spiritus animæ facilius funditur & maxima libertate discurrit: at econtra durities, & crassities meatus obturant, & est impedimento, quò liberius, puriusque transmittatur: nam in speculatione mentis eleuatio requiritur sed existente concretione, & per oppressionem ponderis grauioris, corpora in terram vergunt. Sed interim Sancti Thomę probabilior sententia videtur, animas inter se inæquales esse dicendas quo ad perfectionem indiuidualem, quæ substantialis appellatur. Non enim existimandum est, animam Christi, & Iudæ esse eiusdem perfectionis, sicuti neque animam Adæ, & Euæ, quæ ad materiam perfectiorem & Christi anima, & Adæ sunt ordinatę. Natura namque intentio est, generare marem; cum tamen ex materiæ imperfectione fœmina generetur, quæ masculus occasionatus dicitur, & sunt eiusdem speciei, quoniam propriè a materia differentia non oritur. 10. Metaphys. part 25. & 2 de Generat Animal. cap.3. Sed à forma, cuius quidem munus est separare, atque distinguere 7. eiusdem part 49. Vnde dicendum est, potentias sensitiuas tam internas, quam externas in primo parente in illo statu præstantia excedere; cum a Deo materia fuerit electa, vt perfectissima mente vigeret; quemadmodum artifex, scilicet statuarius non quemlibet lapidem eligit; sed valdè proportionatum pro introductione perfectissimæ formæ artificiosę. Et propterea ex parte potentiæ melius, perfectiusq; res intelligebantur; sed non ex parte obiecti: nam veritas cognoscenda est, sicuti est. Sed ad diuersas facultates ex diuersa corporis temperatura diuersę oriuntur inclinationes, quo modo perfectiones operis magis, vel minus apparent. Non enim est eadem propensio in omnibus ad arma, & ad Poesim. Iuxta illud Ouidij. 10. Met. 25. 2. de Gener. Ani. cap. 3. 7. Met. 49.

Quicquid conabar dicere, versus erat,

Et illud Horatij, in Arte Poetica. Horat. in arte Poetica.

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est.

Sicuti & Virgilius versus ad eum modum componebat, quo Vrsa partum suum in lucem edit; quomodo materię conditiones sunt perpendendæ, illud cogitantes, quod tritum est sermone prouerbium.

Naturæ sequitur semina quisq; suæ.

Etenim differentia ortum ducens à materiæ dispositione, diuersitatem secundum speciem non inducit; sed secundum numerum

sunt namque diuersorum indiuiduorum diuersę formę. quæ secundum materiam diuersæ esse dicuntur: at vna est illorum perfectio, quę sub vna specie continentur, sicuti vna differentia ostendit, speciem in esse constituens, quę est perfectio quidditatiua, & essentialis. Nam species sicuti numeri esse videntur, qui variantur secundum ad[d]itionem, vel subtractionem 8 Metaphy. part 10. Et illa est doctrina Sancti Thomæ in Prima Parte Sum. q 85. art. 7. Vnum scilicet hominem rem aliquam melius intelligere, non ex parte obiecti, sed potentiæ, cum perfectiorem intellectum fuerit consequutus, & perfectioribus virtutibus sit decoratus; itaut quo melius corpus fuerit dispositum, & perfectiorem animam sortitus fuerit. Scriptum namque est in lib. Sapientiæ cap. 8. Sortitus sum animam bonam, & in animam, maliuolam non introibit sapientia; sicuti dicimus. Mala mens malus animus: quandoquidem interuenienda est proportio inter corpus, animæ instrumentum, & illius formam substantialem, cuius quidem ipsa est actus, indiuidualem conferens perfectionem, & dispositio est ex parte materiæ, vt sit diuersitas secundum commensurationem ad ipsa corpora. Non enim anima est cuiuslibet corporis actus, sed organici Physici, potentia vitam habentis 2. de Anima part. 5. & 6. Itaut materia non dicatur causa, sed occasio, qua animæ quæ creantur à Deo, inęquales retineant perfectiones: Vnde apparent diuersæ inclinationes. Et propterea digni sunt, qui maximè reprehendantur Pythagorici, arbitrantes, animas diuersa corpora penetrare, & ingredi, qui nullam ad dispositiones rationem habebant; cum tamen ad perfectissimam formam perfectissima dispositio n[e]cessario, requiratur in capacitate consistens. Et totum hoc a Deo creante prouenire potest, vel ratione materiæ, & agentis, materiam mouentis, aut ex fortissima imaginatione. Cum enim Deus liberè operetur, potest diuersa dona largiri vni animæ, quę non confert alijs. Ex materiæ imperfectione, vt patet in leprosis, & monstris, ex forti imaginatione, vt dicitur de æthiope, qui natus est æthiops absq; concursu materiæ ex parte fœminæ, illam dantis, quæ non erat ęthiopissa, neq; pater æthiops. Addo etiam ex defectu instrumenti seminis, non ità perfectè cōcurrentis ad mouendam, depurandamq; materiam: Multoties etenim defectus est parte instrumenti, vt nobis ostendunt artificialia, quę fiunt à defectuoso instrumento, & naturalia, quorum motus ratione instrumenti est deprauatus. De imaginatione

8 Met. 10.
1 part. Sum. q. 85. art. 7.
Sapien. c. 8.
2. de Aïa 5. 6

ginatione verba facit Arist. in Problemmatibus sect. 10. Problem. 12. vbi reddit rationem, cur proles cæterorum animantium magis, quam hominis suis parentibus similem gerit naturam? Et huius quæsiti rationem reddit, quia homo vago, varioque plurimum animo in coitu est, & inquantum pater, materque in conceptu affecti sũt; ita partus euariant; sed cætera animalia omnia, aut plurima rei venereæ sunt tantum intenta, seque tota veneri dant. Vnde distrahitur in homine phantasia. Exprimunt ad viuum hanc veritatem virgæ populeæ virides, & amygdalinæ Iacob, & ex platanis; quas ex parte decorticauit, in quibus candor apparuit, & illa, quæ integra fuerunt viridia, quo modo color varius est effectus, quæ posita sunt in canalibus, vbi effundebatur aqua vt cum venissent greges ad bibendum, haberent ante oculos virgas, & in aspectu earum conciperent, quod eueniebat, vt in calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, varioq; colore aspersa, vt dicitur in libro Genesis cap. 30. Neque mirum; fortis namq; imaginatio casum facit. Patet igitur vnde diuersitas; sed potissimum in animarum inæqualitate causa referenda est, quoniam formæ, quæ operationis sunt principia, suis subiectis susceptiuis proportionem habent, inquantũ suscipiens habet æqualitatem, vel inæqualitatẽ; sed non in omnibus hominibus æquales esse dispositiones videntur. Et hanc doctrinam substinet S. Thomas in Prima Parte Summæ in 2. Sentent. distinc. 32. quæst. 2 art. 3. Et in 1. Senten. distinct 8. quæst. 5 art 2. in solut. ad 6. Et re vera hæc est opinio Sancti Doctoris: nam quod vnus melius altero intelligat, non solum refertur ad perfectiores vires sensitiuas; sed etiam, quoniam habet perfectiorẽ intellectum, quomodo inquit D. Thomas in 2. Sentent. distinct 21. quæst. 2. art. 1. ad 2. Mulierem quantum ad animam viro fuisse imperfectiorem. Verum namq; est dicere, animam deforis aduenire, vt ab agente non sit educta ex gremio materiæ, quemadmodum cæteræ formæ naturales educuntur. Quare animæ perfectio non pendet ex materia, sed ex agente creante illam, accommodans se diuersitati corporis; quippe cum non omnia corpora eadem dispositione gaudeant, cuius rei ratio reddi potest; quia omne, quod recipitur, per modum recipientis recipitur, quomodo dicimus, plantas non sentire, quia sunt maximè materialitatis, neque bruta intelligere. Neque hic est sermo de perfectione substantiali quidditatiua, proueniente ex principijs specificis: sed de indiuiduali,

pendente

Proble. sect. 10. Prob. 12.

Genes. 30.

1. part. sum. 2. sent. dist. 32 q 2. ar. 3. 1. sent. dist. 8. q. 5. a. 2. ad 6.

2. Sent. d. 21. q 2. art. 1.

pendente ex principijs indiuidualibus; etenim hoc euenit ex materiæ conditionibus, quæ in diuersis indiuiduis diuersantur, quomodo diuersæ complexiones emanant; totum hoc diuina voluntate operante, se accomodante commensuratæ complexioni; itaut à Doctoribus Thomistis cõplexio diuersa non dicatur causa diuersitatis formæ, sed occasio: Corpus etenim non est causa animæ neque in esse, neque in fieri, sed occasio, & materia, in qua fit, ita non est causa vnitatis, & multitudinis earum, sed occasio, &
Caiet. 1. par. p. 76. art. 2. *materia in qua, quomodo est multitudo numeralis, vt docet Caietanus in Prima Parte Sum. quæst. 76. art. 2. Recipienda namq; est forma in materia. Requiritur ergo debita commensuratio, quandoquidem forma est causa materiæ, inquantum confert ei esse actu, & materia formæ, inquantum ab illa forma substentatur. Requiritur ergo diuersitas materiæ in diuersitatem animarum. Et quamuis sit vnum agens, in quo nulla diuersitas est iudicanda; tamen quia per voluntatem agit, potest multiformes effectus producere pro libito suæ voluntatis, licèt non possit esse, quod aliqua in specie conuenientia, in forma habeant diuersitatem, vt dicitur de participatione rationis in specie humana, & in eius indiuiduis. Sortitus est igitur Adam animam bonam, qua cum esset sapiens, omnia euitare sciebat, quæ ei nocere voluissent, sed nihil ei nocere valebat; alioquin diuinus ordo fuisset perturbatus.*

Interim tamen dubitatio insurgit, peccauit Eua, seducta namque est, dixit enim Deo respondens. Serpens decepit me.
Genes. 3. *Genes. cap. 3. Priuata ergo fuit scientia; non enim simul manere possunt scientia, & deceptio; deceptio namq; ignorantiam supponit. Et eò magis, quia dubitauit. Sed scientia est habitus certus, & euidens: siquidem respondens serpenti, dixit, ne forte moriamur. Hoc enim aduerbium forte dubium reddit animum, & ex consequenti ignorantiam denotat, & cognitio scientifica quia est per causam, propter quam res est, quod illius est causa, & non contingit aliter se habere. 1. Posteriorum part. 5. Quomodo est absque dubitatione, & formidine, qua ratione distinguitur demonstratio, qua scientia comparatur, quæ est ex veris, immediatis, & perspicuis, vt sit syllogismus faciens scire, a syllogismo topico, qui componitur ex probabilibus 1. Post. part. 5. Et 1. Topicorum cap. 1. Tum quia dicitur in eodem lib. Genes. cap. tertio. Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt, se esse nudos. Ergo quomodo est dicendum habere omnium scientiam? Secundum illud,*

Ibidem. 1. Post. 5. 1. Post. ibid. 1. Topic. c. 1. Genes. 3.

quod

quod posteritati mandauit Arist. in Prologo Metaphys confir- In Pro.Met.
mans a signo, quod omnes homines natura scire desiderent, cuius
rei signum est sensuum dilectio vt præcipua dilectio circa sensum
visus feratur, quia multa nos cognoscere facit, & multas rerum
differentias demonstrat. Etenim propter admirationem, à sensu
procedentem, nunc, & primum homines philosophari cæperunt,
per quos, quia est, cognoscebatur, sed propter quid ignorabatur,
quomodo illud quæsitum inquirebatur. ex quo elicimus vniuer-
sale per inductionem, quæ cognitio à sensibus originem trahit, ex Ibidem.
prologo eiusdem libri, in libro de Sensu, & Sensato ex primo Post. In lib.de Sensu. & Sẽ.c.4.
part.33 & in calce secundi Posteriorum. Cognitio namque sen- 1. Post. 33.
sitiua intellectiuam præcedit. At ista opinio non est recipienda, 2.Eius.in fin.
proptereaquod nullum considerandum est peccatum in statu inno Genes.2.
centiæ, neque pœna peccati, sicuti est cæcitas, pœna peccati. Tum
quia adducta est mulier ad primum parentem, quam videns, in-
quit. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vo-
cabitur virago, quia de viro sumpta est. Et si perfecta sunt opera
Dei, & perfectum illud appellatur, cui nihil deest 5. Metaphysic. 5.Met.21.
par.21. Et 1 de Cœlo 4. quomodo priuatus erat sensu visus? Erat 1. de Cœ.4.
profectò necessarius ad cognitionem intellectiuam, quæ est vniuer
salium, cuius quidem vniuersalis cognitio per sensitiuam compa-
ratur. Tum quia Deus voluit salutem. Ergo vult media, qui-
bus salus redderetur: sensus autem dati sunt animalibus, quibus
salutem consequantur. Et sensus interiores per exteriores perfi-
ciuntur; & eò potissimum, quia et vitam animalẽ ducebat Adam,
cui sensus denegari non possunt. Totum hoc expressè patet ex li-
bro Ecclesiast. cap.17. vbi dicitur. Consilium, & linguam, & Eccles.17.
oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi. Mala, & bona
ostendit illis. Posuit oculum ipsorum, super corda illorum, osten-
dere illis magnalia operum suorum. Sed quando dicitur. Aperti
sunt oculi eorum, non intelligitur de apertione oculorum, de qua
verba facit Ioan. cap.9. In persona cæci nati, à quo remota est Ioan.9.
cæcitas; sed hac ratione aperti sunt illorum oculi, vt experimento
cognoscerent, verum esse, quod eis comminatus fuerat Deus, si co-
medissent de ligno scientiæ boni, & mali, quomodo profecit scien-
tia experimentali, eo modo, quo dicit D. Lucas cap 2. De Christo Lucæ 2.
domino, qui licèt esset plenus sapientia; nihilominus, quo ad expe-
rimentalem proficiebat sapientia. Et hoc modo est intelligendus
D. Paulus ad Heb. didicit compati ex his, quæ passus est obedien- Ad Hæb.
tiam.

2.2. q. 164. art. 2. ad 9. *tiam. Et D. Thomas in 2. 2. quæst 164. art 2. Ad nonum recipit doctrinam D. Aug. in 11. super Genes. ad lit. non est credendum, primos parentes fuisse productos clausis oculis, præcipuè cum de muliere dicatur, eam vidisse lignum, quod esset pulchrum, & bonum ad vescendum. Sed aperti sunt oculi amborum ad aliquid intuendum, & cogitandum, quod antea nunquam aduerterunt scilicet ad inuicem concupiscendum, quod antea non fuerat. Sed pro veritate illius dubitationis animaduertit D. Thomas in prima Parte quæst. 94 art 3.* 1. part. q. 94. art. 3. *Deum instituisse res non tantùm, vt essent; verum etiam, vt essent aliorum princ.pia, propterea in statu perfecto productę sunt, in quo possent esse aliorum principia. Et homo futurus erat principium alterius non solum ratione generationis corporalis; sed etiam quo ad instructionem, & gubernationem. Ideò erat institutus perfectus, & quo ad corpus, & quo ad animam Gubernatio autem, & instructio requirunt scientiam. Decorata igitur fuit anima Adæ illa scientia, quæ ad istud officium esset idonea. Et quoniam vita hominis ad finem supernaturalē ordinatur, duplici sciētia fuit præditus Adam, omnium, quæ naturaliter cognosci possunt, & ea, quæ est necessaria ad hoc, vt homo finem supernaturalem consequatur, gubernando, & instruendo, quæ naturalem cognitionē excedunt, iuxta illud Isaiæ* Isaiæ 64. *cap. 64. Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligentibus te. Vnde dicitur.* Eccles. 3. *Eccles. cap 3. Plurima supra sensum hominum ostensa sunt tibi, & ista ad fidem pertinent. Quare nouit ea omnia, quæ ad illum statum sunt necessaria, quæ habentur lumine fidei, & est lumen reuelatum; cætera verò non cognouit, vt sunt cogitationes, futura contingentia, & alia eiusdem generis. Ex quibus patet, quomodo primus parens erat ignorans, & quomodo non. Vnde profecisset in supernaturalibus, quantum ad numerum cognitorum, quia poterat cognoscere noua reuelata, si Deus reuelare voluisset. Et in cognitione naturalium profecisset, quantum ad modum cognoscendi; sed non in numero cognitorum. Ex quibus omnibus colligere licet, ignorantiam in Adamo, neque in illius coniuge fuisse prauæ dispositionis, neque omnimodæ negationis; hoc siquidem modo distribuit Aristot. ignorantiam in* 1. Post. 32. *1. Posteriorum part. 32. Non enim verum est dicere, nihil scire primum parentem, qui creatus fuit perfectus quo ad animam: Neque falsò existimabat rem esse eo modo, quo non erat, neque non esse eo modo, quo erat secundum rei veritatem,*

quæ

qua ratione non decipiebatur quo ad omnia, quæ naturaliter ab homine cognosci poterant: neque ea cognitione, quæ erat de rebus supernaturalibus necessaria ad gubernationẽ humanæ vitæ, quomodo erat ordo ad supernaturale obiectum, & ex consequenti ad supernaturalem finem; siquidem non potest esse deceptio ex parte Dei: sed decipi poterat circa cognitionem futurorum contingentium, volens de illis facere iudicium, quod pertinet ad veritatem, vel falsitatem affirmando, vel negando; de quolibet namq; est affirmare, vel negare; & ab eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa. Prima erat per demonstrationem, & definitionem, cum nomina rebus imposuerit, & ratio, quam significat nomen est definitio 4. Metaphys. part. 28. Et scientia istis duobus 4.Met.28. *instrumentis comparatur, quia omnis scientia versatur aut circa cognitionem substantiarum, aut accidentium, & definitio est substantiarum, qua explicantur quidditates de speciebus, quæ primo est substantiarum; demonstratio verò est de proprietatibus, quæ demonstratione confirmantur de subiecto per principia 2 Po*- 2.Post.2. *steriorum part. 2. Et vberius in 7. Metaphys. At quo ad super*- 7.Metaph. *naturale obiectum, caruit euidentia cognitio primi parentis, quandoquidem vtebatur supernaturali lumine; ad primam autem illam cognitionem, quæ erat de Deo inquantum obiectum naturale, & finis naturali lumine, per creaturas, & lumine intellectus agentis. Signum esse potest, quia obiectum intellectus est ens inquantum ens, quo ad naturalem inclinationem, quod dicitur eius adæquatum obiectum. Ergo potest ferri in Deum, obiectum perfectionis, per aliud obiectum motiuum, & est quidditas rei materialis, iuxta illud D Pauli ad Rom. cap. 1. Inuisibilia Dei &c.* Rom.1. *Habuit igitur de illis fidem. Quare patet, quomodo decipi, & non decipi potuisset. Et præsertim, quia in illo statu nullum malum esse poterat, falsum autem est malum intellectus, sicuti verum est illius bonum, cum per cognitionem veritatis semper maiores perfectiones assumat, eo modo, quo materia per receptionem formarum perficitur. Et quomodo status innocentiæ, & malum collocare in intellectu, quod est falsitas, quam sicuti venenum intellectus abhorret? phantasia non erat deprauata, potentiæ inferiores subdebantur rationi, omnium erat optima symetria. Quomodo igitur deceptio? Sed omnia per peccatum in dissonantiam versa sunt. phantasia ope dæmonis decepta est, concurrentis ad peccatum. Vnde deceptus est intellectus, quoniam oportet intelligen-*

tem

3. de Anima 30. 39. *tem phantasmata speculari 3. de Anima part. 30. & 39. Sensus namque decepti sunt, ratio à recta semita deuiauit: Videns mulier lignum, bonum esse ad vescendum, aspectuq; delectabile, in quo mortiferum latitabat venenum. Potentiæ igitur inferiores intellectum deceperunt, qui specie recti decipitur, peccauit, & tunc deceptus est, pœnam passus est pro peccato, scilicet ignorantiam: antea enim nullam patiebatur imperfectionem nec quo ad corpus nec quo ad animam. Quomodo igitur pœnam damni patiebatur, & erat ignorantia, quæ pœna pro peccato infligitur? Omnis namque error vel est culpa, vel pœna. Et vbi nulla culpa, neque aliqua pœna, vt debitus ordo seruetur: Tum etiam quale nam erat illud monstruosum, quo ad corpus in statu innocentiæ? Nullum re vera. Ergo multò magis in anima; falsitas autem animæ intellectiuæ monstrum appellatur ab Auerroe, & præcipua ratio est, quia rationi potentiæ inferiores erant subditę. Vnde cum successerit rebellio monstruositatem passus est intellectus, quam passus est Adam; ratio est, quia quędam erant circa opinionem cadentia quæ coniectura concipiuntur, quomodo dicebatur de cogitationibus humanis, & de futuris contingentibus, de quibus existimatiua falli potest, quę non sunt naturaliter scibilia, neque sunt necessaria ad humanæ vitæ gubernationem. Sed circa ea, quæ cadunt sub scientiam, quæ sunt naturaliter scibilia, error, seu deceptio non contingebat, cum omniũ istorum esset scientia. Ergo peccatum primorum parentum non erat ex ignorãtia, & erat ex ignorãtia, respectu diuersorũ, non propriè, inquantum distinguitur peccatum ex ignorantia contra peccatum ex infirmitate, & industria: nam tot modis peccatum committitur ex sen-*

Isidorus de Sum. Bono. *tentia Isidori in libro de Summo Bono, quomodo anima scientia priuatur, quæ contrahitur propter primam culpam, secum ducens ignorantiam, qua ratione per ignorantiam non fuit contractum peccatum primi parentis. Et illa diuisio peccati est audienda, quo ad alios status, scilicet destitutæ, & restitutę; minimè verò, quo ad primum statum, & est naturæ institutæ. Sed potest esse peccatum ex ea ignorantia, quia ignoratur grauitas culpę, & grauitas pœnę, quomodo peccatum primorum parentum est considerandum: nam in illis fuit quędam nescientia, non concernens pœnam; sed quædam naturalis imperfectio, quæ magis reperiebatur in muliere, quam in viro quia mulier a dæmone seducta est primo; siquidem mulier ignorauit, an serpens verum, vel falsum*

sugge-

suggereret; sicuti & ignorauit seueritatem diuinæ iustitiæ; sed vir ignorauit quo ad experimentum; cum nullum præcesserit demeritum, quàm seuera esset diuina iustitia ignorans, citamq; veniam sperauit: Quomodo largè ignorantiam accipiendo peccatum fuit ex ignorantia, & magis peccatum Euæ, quam doctrinam expressit D. Bonauentura in 2. Sententiarum distinc. 22. art. 2. quæst. 1. Et ista ignorantia veniam meretur, non procedens ex malitia, secundum illud D. Pauli 1. ad Timoth cap. 2. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Et illa ignorantia in primis parentibus neque culpa fuit. Ergo neque pœna. Nam illa ignorantia non fuit in muliere inquantum consequi credebat, quod à dæmone promissum fuit: & erat. Nequaquam moriemini; sed eritis sicut dij, scientes bonum & malum, ignorantes per inexperientiam; quomodo punitur ille, qui incidit in Dei iram vindicatiuam, quomodo carebant experimentali scientia circa punitionem Dei, quam peccando fuerunt experti; multa enim falsa præsumpsit mulier, dum audiuit serpentis tentationes; cum tamen non fuit vulnus ratione ignorantiæ, nisi post peccatum perpetratum: nam illud, quod apparebat bonum apud Euam, non fuit verè bonum, sed apparens bonum, quod proueniebat, quia appetitus illius erat deprauatus, deordinatusque; quomodo peccatum venit in mundum; quandoquidem voluntas elegit, quod detestari debebat, quomodo mulier seducta est; sed hanc seductionem antecessit superbia, & fuit elatio mentis, per quam suam excellentiam inordinatè appetijt, eo modo ei adueniens, quod adulatoribus euenire solet: ita euenit diabolo, adulanti primæ matri, & illis, qui adulationibus consentiunt, qui supra seipsos efferuntur; existimans, veritatem esse illud quod a serpente enunciatum est. Et eò magis, quia mulier ad Deum pro auxilio non fuit conuersa ratione complacentiæ obiecti disconuenientis, quod ei, tanquam malum inducens, prohibitum fuit a Deo, & a dæmone, tanquam bonum persuasum. Sed prouidit Deus de omnibus remedijs, si illis benè vsus fuisset Adam in statu innocentiæ, vt immortalitatem consequeretur. Illa conferens sua gratia, per quam immortalis reddebatur; at non quo ad principia naturalia; sed ex parte agentis, media illi fini proportionata conferentis, si illis voluisset vti Adam, & ex parte animæ, iam dictæ virtutis præditæ qui peccando sibi ipsi, suisq; posteris interitus fuit occasio; sed non ex parte materiæ, neque contrarietatis; cum verum sit dicere, materiam

1. ad Timo. 2.

esse causam, vt res possit esse, & non esse, & contrariorum ratione rem violentiam pati. Immortalis igitur dicendus erat primus parens per donum supernaturale diuinæ gratiæ, & iustitiæ originalis. Ex duobus igitur prouenire moriendi necessitatem, dicimus, scilicet ex peccato, quod cum consumatum fuerit, generat mortem, quod erat remouens prohibens, & erat gratia innocentię: & ex natura materiæ, & contrarij, eo modo, quo per se moriendi necessitatem inducunt: Absolutè autem immortalis erat dicendus beneficio sui conditoris, innocentiam conferens, inquantum cum originali iustitia coniuncta esse dicitur, quę immortalitas ratione gratiæ beneficio conditoris complementum habebat, prouidentis de omnibus remedijs, ad illum finem proportionatis, & præsertim, quia erat Adam fortis, potens, & sapiens.

Per quod peccatum mors introducta est in orbem terrarum, per quod Adam fuit dicendus morti subditus, & sui posteri.

ET quoniam dictum est, peccatum introisse in mundum, & per peccatum mortem, per quod omnes homines moriuntur; inquirendum est, per quod peccatum mors in orbem terrarum introiuit. quomodo manifestum erit, Adamum immortalem fuisse creatum, quam sibi, suisque posteris intulit. Trita re vera est peccati distinctio in veniale, mortale, & originale. Communis omnium ferè Doctorum videtur esse opinio, Adamum in statu innocentiæ non potuisse peccare venialiter, & hanc doctrinam tuetur D. Thomas
1.2.q.89.a.3 ad 2. *in 1. 2. quæst 89. art. 3. Et in 2. Sentent. distinct. 21. q 2 art. 3.*
2.Sent. d.21. q.2.art.3. *Et non rarò alibi, quam sententiam substinet etiam D. Bonauentura in eadem distinctione. Verum namq; est dicere, Deum fecisse hominem rectum: rectitudo autem in hoc consistit, quod nulla sit deuiatio respectu finis, qui mouet agentem, & nisi quis deuiat à fine, neque deuiat à medijs quibus illum finem consequitur, quomodo finis causa causarum dicitur qui inter causas omnium maximè boni rationem habere videtur 2. Physicorum, & 2. Metaphysic. part. 8. At stante iustitia originali, quę nam à fine deuiatio, per quem operationes pręstantur? Nulla re vera,*

ra, quomodo operationes finem antecedunt in genere causæ agentis; cum tamen sit primus in intentione, & vltimus in executione, quem Deus ante omnia vult. Ergo ante omnia gloriam vult, deinde media, quibus gloriam consequimur, qui vult, vt illum finem, & nos velimus, media præparans. Voluit igitur primo parenti iustitiam originalem, quam volebat, vt vellet, & custodiret Adam, vt finem vltimum consequeretur; alioquin fateri cogimur, illum statum deficere, & esse defectum in ordine, qui est respectu primi positi, & intellecti in essentialiter ordinatis. Perpendamus ordinem, & finem, quibus innocentiæ status perfectus dicebatur, quomodo rectitudinem optimè cognoscere possumus. Anima primi parentis suo creatori dicebatur subiecta, volens illum inquantum est vltimus finis, vires inferiores animæ, & illis corpus: quæ nam igitur a fine deuiatio? Cum igitur esset concentus iam descriptus, nulla persentiebatur dissonantia, nullaque erat controuersia animæ molestiam afferens, sed perfectissimè ad Deum ordinatum a nullo deuiat. Nullum igitur peccatum veniale commissum est ab Adamo in fælicissimo illo statu. Nam prius mens à Deo auferenda, & ad creaturas conuertenda erat, & tunc peccatum mortale committitur. Quare non est dicendum, per veniale peccatū, Adamum interitui fuisse subiectum. Totum hoc confirmat Sanctus Tho quia peccatum veniale nobis contingit, vel quia actus est imperfectus, vt sunt subiti motus; vel quia est inordinatio circa ea, quę sunt ad finem; quamuis seruetur ordo ad finem, & in vtroq; non seruatur ordo, quia inferius firmiter sub superiori non continetur; ut dicimus de sensualitate quo ad motum illius, ex hoc ortum ducente, quod illa non est omnino rationi sub dita. Et aduenire subitum motum in ratione in nobis ex hoc ortū habet, quod executio actus rationis non subditur deliberationi, quę est ex altiori bono. Et humanum animum inordinari circa ea, quæ sunt ad finem. seruato debito ordine ad finē, ex hoc prouenit, quod ea, quæ sunt ad finem, non ordinantur infallibiliter sub fine, qui tenet summū locum, quasi principium in appetibilibus, quæ omnia erant aliena ab illo fælicissimo statu, quia oīa ad Deū erant ordinata perfectissimo ordine, et inferius sub superiori continebatur, quamdiu summū hominis bonū sub Deo contineretur. Quare inordinatio esse non poterat, nisi inciperet ab hoc, quod suum bonū non subderetur Deo, et hoc fit per peccatū mortale. Vnde non poterat primus parens peccare venialiter, nisi prius in pec-

catum mortale incidisset. Neque si potuisset peccare Adam, & peccasset, in mortis vincula non incidisset, quoniam peccatum illud, cum non sit lethale, neque mortem infert; sed facilitate maxima curatur. Et cum nullam pateretur pœnam, quæ nam culpa in illo statu? Punitur namq; veniale peccatum, sicuti pœnæ temporales, penæq; Purgatorij, & Inferni attestantur, ratione annexionis peccati illius cum mortali, cui sententiæ se subscribit D. Thomas. Illam sententiam de peccato veniali in statu iustitiæ originalis sequitur etiam Sanctus Bonauentura, dicens, omne peccatum innocentiam auferre & auferens innocentiam, & immortalitatem auferre dicitur, & auferens immortalitatem, mortẽ infert, & tale est morti subditum. Ergo nullum peccatum poterat esse in homine quod non esset mortale. Et quod magis est, quia dolorem suscipere debemus de peccato veniali: nam & castigatur à Deo. Ergo per pœnitentiam est delendum. Demus igitur, Adamum incidisse in illo statu in peccatum veniale aut doluisset, se illud perpetrasse, aut non. Si non doluisset, castigandus erat à Deo per illud, & tunc facimus Adamum suscipere dolorem, & ex consequenti illos dolores esse preuias dispositiones ad interitum: non enim quis doloris potest esse particeps, & immortalis. Et si dixerimus, in dolorem incidisse in tristem ex cõsequenti sensationem incidit, quæ passionem illi inferebat. Quomodo & mortalis erat iudicandus. Et si non doluisset, illud peccatum esset irremediabile. Illius igitur peccatũ vel fuit mortale, mortem re vera inducens, vel remedio careret. Et aliquid esse veniale, mortemq; inferre, non est dicendum, quia in hoc distinguitur veniale à mortale. Vnde cum nulla punitio in illo statu, neque peccatum veniale. Et totum hoc recta ratione, quia statuto tempore in Paradisum erat transferendus; qui per te peccauit peccatum veniale. Tunc quæro, aut illata est illi pœna pro peccato, aut non. Si est illata: Quomodo immortalis? Et si non. Ergo luenda erat pœna in Purgatorio, vel quo ad animam, vel quo ad corpus, vel quo ad animam, & corpus. Vel est dicendum, derogari iustitiæ Dei, cui erat satisfaciendum, vnicuiq; secundum opera sua reddentis. Et re vera stante iustitia originali, nulla macula contrahitur in anima, quæ maximo nitore fulget; quomodo nulla sequitur alteratio, quæ est ex mortali, quo Adam, & gratia, & iustitia originali fuit priuatus. Neque in eo statu naturali inclinatione erat pronus ad inordinatos affectus ratione alicuius obiecti, quod per

veniale præstatur: nam illius iustitia originalis usq; ad peccatum permansit. Ergo et gratia. Et si nihil est inordinatum in illo statu. Vnde macula? Esset.n. illa delenda, omninoq; auferenda. Remouenda igitur esset adhæsio ad rem temporalem Nullus erat defectus in causa, nullus in medijs, & quomodo deuiatio à fine? Immūditia igitur non erat in anima primi parentis, iuxta illud Ps.14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mōte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & illud Ps.23. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? qui sunt mundo corde & qui non accepit in vanum animā suam, iuxta illud Mat.c 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū videbunt, nullum.n. coinquinatum intrabit in regnum cœlorum Contrahitur namq; macula per peccatū veniale, quę facillimè expurgatur; indiget nihilominus lotione, quod si est cū mortale finaliter est irremissibile. Et totum hoc ex eo pendet, quoniam veniale peccatum ex suo genere habet pro obiecto rem malam, & inordinatam, vt patet de verbo ocioso, & immoderato risu, per quod nō amittitur charitas, sicuti per mortale peccatum, quod est voluntariū, & contra legem Dei, sed non sic veniale, quod non est perfectè voluntarium, neque perfectè contra legem; sed præter legē, quod imperfectè, & sm̄ quid peccatū dicitur. Et quando dicitur, non esse perfectè volūtarium, hoc est intelligendum de peccato veniali ex subreptione, & est ex operis imperfectione Sicuti est voluntariū illud peccatum veniale, ex ea imperfectione operis, vt est ablatio paruæ rei: sed nō sic desiderium rei illicitæ, quæ nondum habet deliberationē, vt non interueniat Dei lex, nisi secūdum quid; alioquin sequeretur, nullum hominem dici iustum; cum tamen septies in die cadat iustus. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est, 1.Io.c 1 & Iac.2. In multis offendimus oēs. Et de Zacharia, & Elizabeth scriptū est Luc.c.1. Erant isti ambo ante Deū, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine quęrela sicuti Simeon erat homo iustus, & timoratus, et Spiritus sanctus erat in eo. Cum autem per peccatum veniale sordescat anima, indiget lotione. quomodo intelligenda sunt verba domini apud Io c.13. Si non lauero te, non habebis partem mecū & qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, vt non possit ingredi sanctuarium Dei nisi ad tempus, vt indigeat purgatione a peccatis venialibus, quæ sordibus pedum assimilantur, quæ extrahuntur ex humana conuersatione, vt impediant nitorem, qui est ex

Psal. 14. Psal. 23. Matth. 5. 1. Ioan. 1. Iac. 2. Lucæ 1. Idem 2. Ioan. 13.

1.2.q 99.a.1. *actibus virtutum 1.2.q 97. art.1. Quia non adhæret creatura, tanquam vltimo fini. Nam in eo non priuatur splendore gratiæ*
1.2.q.86 a.1. *1.2.quæst.86.ar.1. Quare peccatum veniale impedit actualem nitorem, non autem habitualem; quandoquidem non excludit, neq; diminuit charitatis habitum, & aliorum virtutum; sed tantum actum earum, qui quidem impediri nequibat, dum iustitia originalis perseuerabat in anima primi parentis, quę si semper perseuerasset, semper effulsisset. Nam & ad quid conferre media, & non conferre finẽ, ad quem media, & sunt proportionata, & ordinata? Nihil re vera frustra operatur Deus, omnia faciens in põdere, numero, & mensura. Vnde peccatum tantum mortale ex parte Adę, cui fuit mortale, nobis verò originale, causa mortis est dicendum. Et totum hoc in eo fundamentum habere videtur, quia si iustitia originalis in illo statu vigebat. Ergo omnes motus in illo statu existentes illam iustitiam imitabantur, sicuti deordinati motus à vera iustitia sunt alieni. Quomodo igitur contingere poterat veniale peccatum? Est enim veniale peccatum inordinatio quædam eorum, quæ sunt ad finem. Et quomodo deficere poterat Adam, cum omnium potiretur scientia? Scriptum est enim in libro Ecclesiast.*
Eccles.17. *cap. decimoseptimo. Disciplina intellectus repleuit illos, & creauit illis scientiam spiritus, & sensu repleuit cor eorum, & bona, & mala ostendit eis; & ideo nulla deceptio in illo statu euenire poterat, si permansissent. Nullum namque malum persensisset, quomodo ei falsum contingere non poterat, neque falsitati acquiescere poterat, alioquin quomodo rectitudo? Et quomodo animæ infirmitas? Quoniam in illo statu erat omnimoda animæ perfectio, hoc operante diuina virtute. Quare ille status per peccatum mortale destruitur, quo morti subiectus fuit Adam per iam dati doni amissionem. Ergo mors non duxit originem à veniali peccato, quia nisi a Deo auerteretur per peccatum mortale, nullus defectus in eo esse poterat, neque animæ, neque corporis. Et in hoc mihi valde satisfacit quod dixit D. Bonauent.*
2. Sent. d.21. art.2 q.1. *in secundo Sentent. distinct. vigesimaprima, art. secundo, quæst. prima. Si consideretur perfectio status, & rectitudinis regula illius status, nullum impellens ab eo exire poterat, nisi per contemptum diuinæ iustitiæ, & fœdando suam innocentiam; & corrumpendo naturam suam, quæ omnia per peccatum veniale non præstantur, sed per peccatum mortale. Et hanc dicit sanctus ille Doctor fuisse cõmunem opinionem, quam eo tempore approbabant*

probabant

probabant Doctores. Attendenda namque erat status perfectio in quo mens humana ab vltimo fine non est auersa, & inferiora perfectè superioribus subdebantur. Et nihil est curandum in hoc quid dicat subtilis Doctor, & alij Doctores contra D. Thomam.

Sed peccatum primi parētis, per quod mors introiuit in orbem terrarum fuit superbia, & est communis opinio. Scriptum est enim in libro Eccles. cap. 10. Initium superbiæ hominis esse apostatare a Deo, quoniam ab illo, qui eum fecit, recessit cor eius: quomodo fuisse peccatum mortale, fateri cogimur, qui ab incommutabili bono fuit auersus, conuersus, & adhærens bono commutabili. Superbia autem initium omnis peccati appellatur. Non enim primi parentes seipsos Dei imperio subijcere voluerunt. Confirmatur ex illo Tobiæ cap quarto dicentis. Superbia nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: In illa siquidem initium sumpsit omnis perditio. Et quamuis ista sententia ad peccatum Luciferi referri possit; ad peccatum nihilominus primorum parentum refertur, & fuit inobedientia, ad peccatum superbiæ relationem habens; quandoquidem illius primus actus est, nolle seipsum subijcere imperio, & præceptis alterius, iuxta illud Hieremiæ cap. secundo. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiam. Credidit Eua verbis serpentis, quando dixit, Genes. cap. 3. Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum, & ille appetitus superbiam concernebat, ex quo gulę peccatum originem sumpsit: cumque lignum esset bonum ad vescendum, aspectuque delectabile, tulit de fructu eius, & comedit; At hoc non fuit illius primum motiuum. Serpens illam decepit, quę aliud bonum illam concepisse in animo, clarum est, illam mouens per se, scilicet. Aperientur oculi vestri & eritis sicut dij, scientes bonum, & malum, primum re vera motiuum, in peccatum incidendi. Non audiuit illa domini præceptum, quod audiuit primus parens, cum post præceptum fuisset formata; sed credendum est, Adamum illam cautam reddidisse. Signum, quia responsum dedit serpenti per hoc aduerbium forte, ne forte moriamur. Credidit mulier, esum illius ligni fuisse prohibitum; de morte tamen dubitauit, quam comminatus est Deus soli Adæ, vt non audierit mortis sententiam, nisi ab Adamo, cui fidem non adhibuit. Vidensque primus parens, vxorem suam post ligni comestionem mortis sententiam non incurrisse, oblitus est domini creatoris sui,

Eccles. 10.
Tobia 4.
Hierem. 2.
Genes. 3.

praeceptumq; illius, nihili faciens, & in superbiam elatus, ab ipsa originem duxit peccatum gulę. Eritis (inquit serpens) sicut dij; hoc fuit appetens quo anima illius augebatur; scientes bonum, & malum, impulsiua quidem causa ad peccandum. Sed gula peccati executio, a superbia, & à causa impulsiua proueniens. Nam vnde nolens obedire? Re vera ex superbia. Inordinatè namque propria excellentia desiderata est. Etenim in hoc peccatum superbiæ consistit, vt, cum excellens bonum consideretur, sit excessus appetitus supra propriam mensuram; cum superbus ille dicatur, qui superuult videri, quam sit; & hoc rectæ rationi aduersatur; vnde fit deuiatio a rectitudine, & actus deformitas sequitur. Totum hoc humilitas, quæ superbia opponitur manifestum reddit; vna siquidem est contrariorum scientia, quomodo dicimus, rectum esse sui, & obliqui iudicem. Humilitas subiectionem concernit, & obedientiam; superbia verò qualitates contrarias, scilicet mentis elationem, & inobedientiam. Et hanc sententiam substinuit omnium Scholasticorum Pater, & Princeps D. Thomas 2.2.q.163.articulus.1. *in 2.2.q 163. art 1. dicens, primam inordinationem humani appetitus fuisse, quia aliquod bonum spirituale appetijt, qui appetitus ex consequenti non fuit secundum suam mensuram ex diuina regula, & appetitus iste superbiam concernit, à qua alij defectus originem ducunt. Vnde ante omnia voluit propriam excellentiam, à qua ista peccata fuerunt orta, inobedientia, & gula. Neque hoc magnanimitati est attribuendum, quia ille actus contemptum diuinæ subiectionis concernebat; vt propterea peccatum fuerit commissum, quoniam ille appetitus, qui erat pręter ordinem in bonum terminatus est, supra mensuram a Deo determinatam, per contemptum diuinæ regulæ; & est appetitus propriæ excellentiæ. Neque appetijt æqualitatis similitudinem; sed imitationis; at quo ad excessum, & ex consequenti inordinatè, in qua inordinatione formalitas peccati consistere dicitur. Et ista similitudo fuit inquantum ad scientiam boni, & mali, inquantum per virtutem propriæ naturæ determinaret sibi quid esset bonum, & quid malum ad agendum: vel etiam quid sibi boni, vel mali esset futurum. Noluit enim homo, vt seruus Dei illius seruare præcepta Vnde nullo modo similitudinem æquiparantiæ appetijt. Et hæc doctrina in hoc fundamentum habet; quoniam Adam non proficiebat in naturali scientia; sed supernaturali, quia creatus fuit, vt æternam gloriam consequeretur, ad quam erat in potentia*

tia

tia obedientiali, cui quidem media erant cognoscenda, quæ non sunt naturalia, nisi quo ad potentiam remotam, & vniuersalem; verùm supernaturalia, eo modo quo finis est supernaturalis; quo modo media illa proportione respondere dicuntur. Illius ergo scientia erat in potentia hac ratione; & recta ratione; quandoquidem appetitus dicit carentiam. Et totum hoc manifestè constat ex luminis distinctione in naturalem, & supernaturalem, in quo quidem supernaturali faciebat progressus. Vnde dicendum est, peccatum mulieris à superbia initium duxisse per auaritiam procedens, & in gulam complementum habuisse. Appetijt bonum, sed non eo modo quo erat appetendum, quia inordinatum non est absque culpa, quia fuit inordinatus appetitus propriæ excellentiæ: auaritia sufficientiæ, & gula cibi, & potus suauiter reficiens. Ista tria promisit diabolus: primo dignitatis excellentiam, dicens. Eritis sicut dij. Deinde cognitionis abundantiam. Scientes bonum, & malum: Et vltimò suauitatem prætendebat in gustu, ostendens, lignum esse pulchrum visu, & ad vescendum suaue, quomodo per gulam completum fuit peccatum. Quare primum peccatum statuitur esse superbiam, immoderatũ excellentiæ appetitũ: & auaritia immoderatè cupiens, cognoscere plus, quàm opus erat, inquantum est generale peccatum, & non speciale. Distinguitur namque à Diuo Augustino auaritia in generalem, & specialem. Generalis est appetentia alicuius rei plusquam conuenit; specialis verò est amor nummi, & diuitiarum, iuxta illud. D. August.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Et illud Virgilij libro 3. Aeneid. Virg. 3. Aen.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Est enim auaritia inordinatus amor habendi. Habere autem duobus modis consideratur, & in vniuersali, & in particulari. Primo modo accipitur, vt est inordinatus amor ad quodlibet: & vt fertur ad obiectum determinatum, quo pacto consideratur ab Isidoro, auari ethymologiam assignante, auarus quasi auidus æris. Et in græco auaritia phylargia appellatur, quasi amor argenti. Vltimò ligni prohibiti suauitatem experiendo, fuit gula, quæ re vera non est appetitus edendi, & bibendi, sine quibus non contingit viuere, ad quos actus viuentes omnes sub Luna concitantur, volens nutritis conseruationem; sed inquantum est inordinatus appetitus edendi, & bibendi, vt recedat à modo, specie, & Isidorus.

ordine rationis, in quibus vitium consistit, quod virtuti contrariatur; alioquin actio in stultitiam vertitur.

At committitur peccatum, quando quis à regula rationis discedit; siquidem virtus in mediocritate consistit. Et de gula dicebat D. Augustinus in libro 10. Confess. Non immoderantiam obsonij timeo; sed immoderantiam cupiditatis. Ipsa namque gula virtuti temperantiæ opponitur. Quare successit inordinatio in primis parentibus; & hæc quo ad triplicem potentiam; alta desiderando quo ad irascibilem: occulta appetendo quantum ad rationalem; & suauia gustare volens immoderatè quantum ad concupiscibilem. Est enim vitium à mediocritate recessus, qui & in gula est considerandus per concupiscentiam immoderatam edendi, & bibendi. Ergo excessus à mediocritate recessus. Et faciens peccatum est cibus qui probibetur, & inordinata comestio. Vnde

2. 2. q. 148. art. 4. *dicit D. Thomas in 2. 2. q 148. art. 4. Inordinatio concupiscentiæ duobus modis attendi potest, & quantum ad cibum, qui comeditur, & si quantum ad substantiam, vel speciem cibi aliquis cibos lautos, idest pratiosos inquirit: & quantum ad qualitatem inquirit cibos nimis accuratè paratos: & quantum ad quantitatem, nimis edendo excedit. Alio modo inordinatio concupiscentiæ attenditur quo ad cibi sumptionem; vel quia præuenit tempus comedendi: vel quia debitus modus, in edendo, non seruatur, & est nimia ardentia, quomodo sequitur peccatum gulæ, juxta illud Isidori, dicentis. Gulosus excedit in cibo secundum quid, quantum, quomodo, & quando. Ex quibus sequuntur delectationes tactus; quoniam gustus quidam tactus esse dicitur, sed animaduer-*

1. Car. od. 31 *tatur quid dixerit Horatius 1. Carminum ode 31.*

Me pascunt oliuæ,
Me cichoreæ, leuesq; maluæ,

Secundum illud, quod alibi cecinit.

Num tibi cum fauces vrit sitis, aurea quæris
Pocula? Non esuriens fastidis omnia
Præter pauonem, rombumque?

Completiuè igitur peccatum primorum parentum fuit peccatum gulæ, quod Deus probibuit, illius ligni esum probibendo; at initiatiuè peccatum superbiæ: nam appetens supernaturale bonum, mensuram excessit; quomodo diuinæ regulæ ordo fuit corruptus. Fuit igitur mortale primi parentis peccatum, mortem inducens, & omnium grauissimum ea ratione, quia per illud humana na-

tura

tura infecta est; quomodo omnium maximum quo ad naturam est iudicandum; at non quo ad actum intensum; siquidem non ita illius voluntas fuit deprauata, quemadmodum in quibusdam peccatis, superbiam inspicientibus, quam veritatem peccata attestantur, quæ immediatè Dei personam inspiciunt, vt blasphemia in Deum, & hæresis, & si quis illum negaret. Neque simpliciter hac ratione maximum est dicendum, quandoquidē maior fuit ingratitudo diaboli, ex qua peccauit. Quia, cum alias creaturas in perfectione excederet, perfectiora etiam dona recepit, qui ex maiori libidine peccauit. Et in Adamo primum peccatum non fuit inordinatus amor erga vxorem suam; sed superbia occulta in eius animo residens, cui successit ille amor inordinatus, & transgressio diuini præcepti, vetitum lignum gustando, quod datum est a sua vxore gustandum, quam contristare noluit qui propriè seductionem non est passus, secundum illud in prima Epistola ad Timot. cap. 2. Vir non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, iuxta illud Genes. 3. Serpens decepit me. 1. ad Tim. 2. Genes. 3.
Per peccatum igitur mortale primi parentis mors in ipso prædominium habuit, & in illius vxore, & in suis posteris. Et quomodo hoc sit intelligendum infra explicabitur.

Quomodo morti sunt subiecti posteri, descendentes à primis parentibus.

SEd si inquiratur, quæ nam est culpa in puero, nuper nato, qui ad sepulturam defertur, cum peccatum sit per voluntatis actum? Quomodo eo carere dicimus, vt exerceri non possit ille voluntatis actus. Scriptum est in libro Iob. Iob. 14. *Nemo mundus a sorde, neque infans cuius est vnius diei vita super terram. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu, qui solus es? An fortaße somniauit Doctor gentium. Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt ad Rom. cap. 5? Absit de tanto Doctore. Scriptum est enim ad* Ad Rom. 5. *Ephes. cap. 2. Omnes nascimur filij iræ. Et ad Rom. 3. Omnes* Ad Ephes. 2. *peccauerunt, & indigent gloria Dei. Re vera per hominem mors,* Ad Rom. 3.

& per

& per hominem resurrectio mortuorũ, & sicut in Adam omnes
1. ad Cor.15 *moriuntur; ita in Christo omnes viuificabuntur.* 1 *ad Corinth.*
Psal. 50. *cap.15. secundum illud Psal.50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, quomodo dicitur. Quid est homo, vt sit immaculatus, & iustus appa-*
Ad Hæb. 7. *reat natus de muliere? Et D. Paulus ad Hæb 7. inquit, quod Leui, antequam natus esset, decimatus est in lumbis Abrahæ, cum esset in lumbis illius, & secundum naturalem corpulentiam, & secundum seminalem virtutem. Et hoc est illud, quod scriptum*
Eccles. 40. *est in libro Ecclesiastici cap 40. Occupatio magna creata est in omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Stipendium namque peccati, mors esse dicitur ad Rom.*
Ad Rom.6. *cap 6. & in 1. ad Corinth. cap 5. dicitur. Ita vt per vnum*
1. ad Cor.5. *hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes pec-*
Ad Rom. 5. *cauerunt. Ad Rom. cap.5. Quomodo dicitur in omnes homines, & in mundum, vt per mundum omnes homines intelligantur.*
Conc. Mile. *Totum hoc manifestum est ex Concilio Mileu. docente D. Pauli auctoritatem esse intelligendam de originali peccato per viam ge-*
Isaiæ 64. *nerationis. Et Isaiæ 64. Facti sumus immundi omnes nos, & tanquam pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Et hanc ve-*
2. ad Cor.5. *ritatem omnes fideles amplectuntur, dicitur enim 2. Ad Corin.5. Si vnus pro omnibus mortuus est. ergo omnes mortui sunt. Cur igitur Pelagius, Lutherus, & alij hæretici, Sacræ Scripturæ contradicentes rati sunt, peccatum primorum parentum ipsis tantùm, & non posteris nocumentum præstasse? Et cur Pelagius arbitratus est, omnes homines, licèt ab Adamo originem trahant, naturali cursu vitam cum morte cõmutasse cursu naturali, cum ex principijs naturalibus sint compositi, nullam aliam causam considerantes, neque ex parte animæ rationalis, quæ creata est immortalis; neque ex parte agentis infinitæ potentiæ; neque ex parte donorum supernaturalium, ab agente illo supernaturali donata, quibus supernaturalis effectus erat futurus? Et Adamum ex hac vita discessisse, etiam si peccatum mortale, quod suis posteris fuit originale, non commisisset? quod nostrum fuit ex Adamo, quoniam naturam corruptam ex Adamo ducimus. Fateri enim cogimur, secundum fidem ad posteros omnes, vno excepto*

Christo,

Christo, et secundum aliquos Beata Virgine ex gratia, peccatum illud esse transiturum. Sed eo tempore illi soli nocuit, tanquam capiti, siquidem & caput mulieris vir esse dicitur, in quo omnes moriuntur 1. ad Corinth. cap. 15. & ad Rom. cap. 5. dicitur. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem; sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Non igitur illi soli nocuit. Et mulieri, quia mulier erat os ex ossibus suis, & caro de carne sua quæ vocata est virago, quia de viro sumpta est Genes. cap. 2. Et membra ad caput referuntur. Vnde non morum imitatione peccatum introiuit in orbem terrarum, sicuti dicunt hæretici Pelagiani, sed seminis propagatione. Signum, quia Christus peccatum originale non contraxit, de Spiritusancto conceptus. Et contra illos insurgit D. Augustinus in libro secundo Hyponosticon. Si peccatum morum imitatione constat, quem imitatus est diabolus, dum delinqueret? Dicite, quis primus inuenitur esse peccator? Et si dixeritis, Adamum fuisse diabolum imitatum, quia peccatum morum imitatione constare defenditis: & Cain, occidendo fratrem suum, quem imitatus est, cum essēt tantùm quatuor personæ in mundum, ex quibus nullus fecit homicidium, nisi Cain? Vnde dicitur per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors, non morum imitatione, quia sic erat dicendum per vnum angelum, & peccatum non dicitur causa mortis per imitationem, sed quoniam generat mortem, cum consumatum fuerit Iacobi c. 1. in omnes enim homines pertransijt in quo omnes peccauerunt. Quod enim imitari debemus, aut videtur oculis, aut certa relatione concipitur. Et rectè quidem. Non enim quis Pindarum Poetam alter Poeta imitari potest, nisi Pindari Poesim optimè cognouerit. At malum illud non per morum imitationem constat, sed hæreditarium est appellandum secundum quorundam sentētiam, quæ autem sunt hæreditaria imitatione non succedunt; sicuti multos morbos hæreditarios esse dicimus. non imitatione sed ab antecedentibus genitoribus originem trahunt, qua ratione radicem esse vitiatam, est excogitandum. Vnde & istud, & illud malum non imitatione, sed propagatione contrahuntur, cū in vno Adamo omnes peccauerint, qui omnium personam gerebat, & quo ad bonum, si non incidisset in peccatum & quo ad malum illud perpetrando. Creatus fuit à Deo primus parens, & mulier ex illius costa fuit formata, & duobus modis considerari possunt, & inquantum

1. ad Cor. 15 Ad Rom. 5. Genes. 2. 2. Hyponost. Iacobi c. 1.

quantum sunt singulares personæ, libero arbitrio præditæ: & quatenus ab ipsis natura propagatur, quod quidem per generationis actum pręstatur, quo modo species per indiuiduorum generationem conseruatur, quomodo primorum principiorum rationem habere dicuntur. Adam primum efficiens, Eua verò respectu actus generationis prima materia, primi recipiẽtis rationem habens, quomodo ad generationem concurrebat, sicuti cæteræ mulieres concurrunt. Peccat primus parens, illius peccatum inquantum est persona singularis est peccatum mortale, & personale; at inquantum ad suos posteros descendit, originale esse dicitur. Nam quemadmodũ collegium iudicatur perinde ac si esset vnus homo tantùm, vel potius vnum corpus, cuius caput est primus parens; & vnicum esse ciuitatis principem, seu alicuius collegij
12.Met.in fi. *dicimus, iuxta illud Aristotelis in calce libri 12. Metaphys. pluralitas principatuum mala, & entia nolunt malè disponi. Vnus ergo princeps, & quod à principe efficitur, à ciuitate, & collegio fieri dicitur, non inquantum determinatę personę facientes determinatas actiones, a libero arbitrio prouenientes; ita de Adamo dicendum est. Et quoniam omnes homines ab Adamo originem ducunt, cum radix esset vitiata, omnes homines, Adæ fructus, vitium contraxerunt, existentes in lumbis illius secundum virtutem seminalem, qui fuerunt labefactati. Et rectè quidem recepit enim primus parens donũ iustitiæ originalis, sed non inquantum persona singularis, sed inquantum erat totius humanę naturę principium, quod, nisi in peccatum incidisset per originem, ad suos posteros erat deriuandum, sibique, & illis cum conditione receptum; perinde ac si Rex alicui donaret aliquid, vt in perpetuum esset duraturum pro sua posteritate, dummodo non incurreret crimen læsæ maiestatis: sed in peccatum incidendo, sibi, suisq; posteris amisit, quod amplius non erat recepturum. Vnde dicendum est, illud peccatum respectu personæ particularis, scilicet Adę fuisse voluntarium, quia mortale, & respectu descendentium voluntarium voluntate primi parentis, & in radice. Pueri namque vsu liberi arbitrij carent, qui, peccando primus parens, vitium*
Genes.17. *contraxerunt. Scriptum namque est in libro Genes. cap. 17. Masculus, cuius caro præputij circuncisa non fuerit peribit anima illius de populo suo, quia testamentum meum dissipauit, quando Adam peccauit, cum omnes ille vnus homo fuerit, quomodo est in-*
Psal. 118. *telligendum illud Psal. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores*

catores terræ; siquidem tunc tota natura à Deo est auersa, ponendo obicem gratiæ, & amittendo illud donum, vnde successit fœditas, quia nemo mundus a sorde, neque infans, cuius est vnius diei vita super terram; & re vera hoc fit per contractionem maculæ. Consideretur homo genitus inquantum est membrum totius humanæ naturæ, a primo parente originem trahens, perinde ac omnes homines cōtrahentes esset vnus homo, ex pluribus membris compositus, qua ratione peccatum voluntarium esse dicitur, tum communis omnibus est obliquitas, iniquitas, malitia, & fœditas; alioquin baptizandi necessitas auferretur; cum per baptismum originale peccatum deleatur. Et totum hoc est ab Adamo secundum eius voluntatem, mouente per actum generationis omnes, qui ex illius origine deriuantur, & hoc defectu illius doni, quod tota posteritas erat consecutura. Vnde rectè definitur peccatum ab Anselmo, esse carentiam debitæ iustitiæ, quæ est rectitudo voluntatis in Deum, in se ipsum, & proximum terminatæ: quæ definitio analoga censetur, quæ prius conuenit peccato originali, a quo cętera peccata originem ducunt; & ista carentia est a primo parente, quam, peccando, sibi, & alijs procurauit: Et propterea rectè definitur peccatum originale esse carentiam iustitiæ originalis, & humanę naturæ habitualem auersionem a Deo, & inordinatam conuersionem ad bonum commutabile à primo parente, vt quod in eo fuit ratio actualis peccati, in posteris fuit ratio originalis culpæ. Ergo istud peccatum in deordinatione naturæ consistit, itaut respiciat personam mediante naturâ. Persona namq. primò naturam inficit, sed postmodum natura inficit personam, ad prolem veniens, sicuti ad eam peruenit humana natura, & est per corporis traductionem, inquantum corpus cum libidine seminatur. Sicuti enim generationis actus naturam traducit absolutè; ita libidini admixtus traducit naturam cum culpa: & libido actui permixta ex peccato primi parentis initium sumpsit; & ex hoc habet efficaciam originale peccatum traducendi in prolem. Sicuti ipse generationis actus, inquantum est effectus naturę, naturam traducit in prolem inquit Sanct. Tho. Est tamen aduertendum, duo esse consideranda, & formale, & materiale, & est carentia iustitiæ originalis, per quam voluntas Deo erat subiecta, & est habitualis auersio, obliquitasq; voluntatis, per quam macula contrahitur in anima. Sed materiale consistit in illa rebellione partis inferioris à superiore, & con-

& consistit in concupiscentia, quæ remanet in nobis ad luctam, qua non transmittitur peccatum in posteros. Et hac ratione Adam mortuus est, & sui posteri. Nam peccatum cum iustitia originali esse non potest, qua ablata sequitur mors. Et hoc peccatum est in animâ virtute seminis, quomodo secundum virtutem in semine esse dicitur. Omnesq; generantes, quamuis sacramentum Baptismi receperint, generant, inquantum sunt filij huius seculi, habentes naturam vitiatam, quam à primo parente acceperunt; siquidem, & si in semine culpa esse non possit; inficitur tamen ex libidine causata, quæ est principium culpę; quoniam peccatum originale est peccatum naturæ, & quando anima corpori iungitur, tunc inficitur; quandoquidem illa caro fuit in lumbis primi parentis secundum seminalem virtutem. Vnde in omnibus sequitur inordinatio, & illud peccatum fuit voluntarium voluntate aliena, scilicet primi parentis, quę omnes mouit per virtutem generationis, ab ipso eo modo ortum ducentes. Est enim natura in omnibus ęqualis, quemadmodum & priuatio iustitiæ originalis, non suscipientis magis, & minus; quomodo nihil aliud est peccatum originale contrahere, nisi, quod descendentes dicantur filij primi parentis generatione actiua, quoniam illius est caro, quæ generata est; per instrumentum siquidem seminis seminata est, a quo vitiatam naturam posteri acceperunt, quorum quidem voluntas in radice vitium contraxit. In hoc enim differentia inter peccatum originale, & actuale intercipitur; quod actuale homini determinato conuenit, qui est singularis persona: At originale peccatum homini ratione naturę attribuitur, & sic omnibus, perinde ac si esset vnum quoddam, eo modo quo participatione speciei plures homines sunt vnus homo, quod affirmat Porphyrius in capite de Specie. Et generatio naturę conseruationem recipit, ex Peripateticorum sententia. Vnde absq; dubio dicendum est, voluntate inordinata vnius, qui totius naturę fuit principium ad peccandum, omnibus fuisse æqualem; quoniam omnes per naturalem originem a primo parente naturam acceperunt, qui fuit totius naturę principium. Et propterea omnes posteri æqualiter originali iustitia fuerunt priuati. Aequalis igitur pœna illi peccato conuenit, & est mors. Omnes namq; morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, omnesque pœnam damni patimur, cum peccato originali ex hac vita migrantes, & est carentia diuinæ visionis. Et hoc modo verum est dicere,

Porphyr. in cap. de Spe.

filium

filium pro peccato patris puniri, secundum animam, quo ad pœnam ęternam; cum anima illa coinquinata dicatur, & nullum coinquinatum intrabit in regnum cœlorum. Et quoniam filius est aliquid patris secundum corpus, qui est illius causa efficiens, & non secundum animam, quæ est a Deo, secundum corpus punitur à Deo pro illius peccato, & punitiones sunt defectus, quos patitur, passiones, quas patitur, & tandem mors, diuinaque carent visione, nisi vtantur remedio, de quo scriptum est apud Ioan. cap. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Et D. Paulus ad Titum cap 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, iuxta illud Ezechielis cap 36 Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouum, ad quam hortatur Isajas cap 1. dicens. Lauamini mundi estote; & recta ratione secundum illud D Pauli ad Ephes. cap. 5. dicentis, Christum dilexisse Ecclesiam suam, mundando eam lauacro aquę in verbo vitę. Sed filius ratione determinati patris pœnam spiritualem non patitur sed corporalem. De pœnà namq; æterna intelligitur illud Ezechielis cap 18. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij. Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita anima filij mea est. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, quę moritur per priuationem gratiæ ratione peccati commissi, & gloriæ, quia gratia Dei vita æterna; sed habita ratione ad peccatum primi parentis, & gratia, quæ est vita animę, priuatur & vita æterna. Et totum hoc confirmatur ex illo Apocalyps. 14 Beati mortui, qui in domino moriuntur. Et Psal. 115. Prætiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, sed non moritur anima patris pro peccato determinati filij, neque anima filij pro peccato determinati patris, nisi quo ad imitationem, si moriantur absq; pœnitentia, vel dicendum, quod etsi peccatum originale fuerit ab Adamo, non est dicendum fuisse Adami, sed nostrum, quia peccatum illud habita ratione ad Adamum fuit peccatum actuale, & quando per aquam Baptismi deletum est illud peccatum, tunc filius non portat iniquitatem patris, & tunc omnes animę dicuntur esse Dei. De Malo q. 4 art 1. ad 19. Filius enim non punitur pœna spirituali pro patre, quæ pertinet ad animam: nam anima filij non est anima patris, sed immediatè causatur a Deo: sed non sic dicendum est de pœna corporali, nam tunc filij puniuntur

Ioan. 3. Ad Tim. 3. Ezech. 36. Isaias 1. Ad Eph. 5. Ezech. 18. Apocal. 14. Psal. 115. q. 4. a tic. 1. ad 19.

tur pro parentibus, & præcipuè quando conformantur cum parentibus in culpa: ibidem q. eadem art. 8. ad 6. & 7. quomodo intelligitur illud Exodi cap. 20. Deum visitare peccata patrum in filios, vsque ad tertiam, & quartam generationem. Et Psal. 108. In memoria redeat iniquitas patrum eius, ita explicat S. Thom. 12. q. 83. art. 8. Neq; dicatur illud esse peccatum primi parentis, quia est illius quo ad personam, quod fuit mortale, sed etiam est descendentium, eo modo, quo explicatum est, quo conferuntur pœnæ temporales, & pœna damni, sed non vltimo pœna sensus Et confirmatur ex illo Iob cap 4. Quis vnquam innocens perijt? Aut quando recti deleti sunt? Et hoc quo ad animam. Et de hac re optimè loquitur D. Thomas in 22. quæst. 108 art. 4. vbi dicitur, quod peccatum vnius deriuatur in alterum, sicuti filij imitantur peccata parentum, & serui peccata dominorum, vt audacius peccent. Punitio igitur est quo ad peccatum primi parentis, quod fit nostrum eo modo, quo explicatum est, scilicet quo ad mortem, pœnas temporales, & quantum ad priuationem diuinæ visionis, si non est deletum per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti non vt erat singularis persona, cui non est datum præceptum, sed tanquam stipiti totius humanæ naturæ. Ex quibus patet, quomodo voluntarium sit peccatum originale in omnibus, ab Adamo descendentibus, & cur illi pueri ad sepulturam ferantur, mortem patiendo. Non minus enim dicendum est de peccato originali, quam de originali iustitia Sed si Adam conseruasset originalem iustitiam, trāsferenda erat ad posteros, cui data fuit, vt donum naturæ, eiq; omnia, quæ illam iustitiam sequuntur, erant communicanda, immo communicata sunt, et ex consequenti immortalitas. Ergo per peccatum Adæ, per quod aufertur iustitia originalis, & posteri eius inficiūtur, ea auferuntur, quæ illud donum sequuntur, & ex consequenti morti subiectus redditur primus parens, & sui posteri; quomodo dicitur in omnibus reperiri æquale; nam omnes sui posteri æqualiter erāt, & sunt in lumbis eius, dum modo ibi reperirentur secundum virtutem seminalem in vnica radice, quę iam vitium contraxit Vnde sicuti ab omnibus suis posteris culpa contracta est, ita & pœna, quæ consequitur culpam. Et hoc modo verum est dicere, primos parentes vuam acerbam comedisse, & dentes filiorum obstupescere, sed non ratione peccati personalis. Sed peccatum Adæ fuit naturæ, ideo dentes filiorum obstupescunt: filius autem iniquitatem

ibid. q. eadē ar. 8. ad 6. 7

Exodi c. 20.

Psal. 108.

12. q. 83. ar. 8

Iob 4.

22. q. 108. a. 4

patris

patris non portat, quia iudicium, & iustitiam operatus est, & omnia praecepta Dei custodiuit, & fecit illa. Vita igitur fruetur aeterna: Dicitur etenim Hieremiae cap. 31. Non dicent vltra patres comederunt vuam acerbā, & dentes filiorum obstupescunt, sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omni homini, qui comederit vuam acerbam, dentes eius obstupescent, quo ad peccatum personale respectu mortis animae per mortale peccatum. Sed filio non fit iniuria, si temporali punitione pro patre puniatur nihilque diuinę derogatur iustitiae, quoniam filius est quid substantiae paternae Et multoties filij pro peccatis parentum moriuntur. Confirmatur ex illo secundo Regum cap 1 . vbi Natham Propheta post peccatum a rege Dauide perpetratum, sic illum allocutus est. Veruntamen, quia fecisti blasphemare inimicos domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morietur. Vnde quia omnes homines sunt partes Adae, puniuntur poena mortis. Et quamuis pœnitentiam egerit, eique culpa per illam condonata fuerit. Hoc est intelligendum, inquantum est singularis persona, & non quantum ad naturam, quomodo & satisfactionem fuisse personae est dicendum; sed in omnes mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, ex D Paulo in Epistola ad Rom. cap. 5. Hierem. 31. Ad Rom. 5.

Et quamuis in omnibus illud peccatum aequale reperiatur; non tamen defectus, pœnae pro peccato taxatae omnibus ęquales esse dicuntur; cum alię sint pœnę concomitantes, omnibus aequales, sicuti non omnes vno genere mortis moriuntur; cum in omnibus non sit aequalis voluntas, sicuti testatur iudex. qui pro diuersa voluntate deprauata rei, diuersas mortes infligit, diuersasque pœnas. Neque Deus vult probibere secundarum causarum, quas creauit, efficaciam; quae non cogunt, sed inclinant & pro mensura delicti est plagarum modus Deuteronom cap. 26 iuxta illud Apocal. 18. Quantum glorificauit se in delicijs, tantum date illi tormentum, & luctum Pœnae etenim intendi, & remitti possunt vt sit proportio duorum peccatorum ad duas pœnas Licet ad actus malos, & bonos, & ipsae complexiones concurrant: quaedam namq; corpora quamplurimis defectibus obnoxia esse dicuntur, a quibus quidem alia diuersę complexionis immunia esse videntur. Non enim ab eadem ira efferuescentia & biliosa complexio, & phlegmatica molestantur; etsi morbos quosdam esse haereditarios, quemadmodum, & virtutes contingat; morbi tamen animi ratione sunt compescendi, cohercendique, sicuti equus a freno cohercetri, Deuter. 26. Apocal. 18.

compesciq́ue consueuit, considerandaq́ue, quænam inclinatio prohibendoq́ue, ne vltro recurrat: nam & verum est, accidentia propria sequi formam, sed & materiam insequuntur, per quam multoties inclinamur ad malum, multoties ad bonum. Vnde & parentes sunt considerandi, cum multoties vitia, multoties verò virtutes ipsis, & prolis sint communia. Totum hoc animaduertit
1.Epist. *Horatius. in libro 1. Epistolarum ad Lollium dicens.*

Ira breuis furor est, animum rege, qui nisi paret
Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Qui & dicebat.

Irasci celer, tamen vt placabilis essem.

Psal. 4. *Iuxta illud Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cõpungimini, & D. Paul. Sol non occidat super iracundiam vestram, quomodo fortitudo animi ad vincendum necessaria est, de qua nos docet Horatius in*
Saty. 2. *libro 2. Sermonum Satyra 2. dum dixit.*

Quocirca viuite fortes,
Fortiaq́, aduersis opponite pectora rebus. *Ne forte.*
Naturam expellas furca, tamen vsque recurrat.

Qui, & ad parentes ratione habita, cecinit.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbelles feroces
Progenerant aquilæ columbam: *Verum namq́; est dicere,*
Naturæ sequitur semina quisq́; suæ.

Verum sicuti est dicere, mores animi sequi temperaturam corporis, quæ maximè in diuersis diuersa redditur ratione diuersarum qualitatum prędominantium, magis, & minus suscipientium; sed naturales inclinationes ad virtutes perpendantur, & vnusquisque in eis se exerceat. Neque optet ephippia bos piger, optet arare caballus; sed

Quem scit vterq́; libens, censebo, exerceat artem.

Sed animaduertendum est peccatum originale esse habitum; at non eo modo, quo est scientia; sed est quædam naturæ indispositio re vera inordinata, ex dissolutione harmoniæ proueniens, qua iustitia originalis destruitur, quæ conseruata est quousque concentus ille permansit. At si materialiter sumatur, est concupiscentia; formaliter autem illius iustitiæ priuatio, illis, qui ab Adamo secundum virtutem seminalem descendunt commune quoddam, vt magis,

gis, & minus suscipere non valeat. Et quia illud donum totum omnino fuit ablatum; & quia priuationes secundum totum determinato habitu subiectum priuant, quod & tenebrę, & mors indicant. Et quia ad primum parentem relationem habet principium generis humani, & vitiatæ originis, in omnibus iam explicato modo culpę rationem habet. Quare in omnibus ęqualiter transmittitur; & quo ad carnis fęditatem omnibus ęquale dicitur, cum sit infecta per primi parentis peccatum humana natura. Vnde omnium obligationem respicit, & quo ad culpam, & quo ad pœnam, & est mors. Ex parte igitur fœditatis carnis non intenditur; quemadmodum si primus parens in peccati labem non incidisset, ęqualiter sui posteri fuissent innocentes, ęqualisq; in omnibus illa suauis harmonia perciperetur. Omnes igitur respectu illius peccati ęqualiter peccatores appellantur, quoniam omnes per vnum medium sunt priuati. Et concupiscentia omnibus, hoc modo est æqualis, inquantum est retiaculum originalis iustitiæ, quod propter culpam in omnibus est contractum, inquit Sanctus Bonauentura in 2. Sentent. dist. 33 art. 2. q. 1. Qui optimè loquens, inquit. Quantum ad fœditatem, quæ est in carne, non potest esse maius, & minus originale: nam ad hoc, vt aliquid intendatur, requiritur subiectum, ad intensionem idoneum tùm ex parte proprietatis, tum ex parte agentis, & defectus est ex parte susceptibilis. Quemadmodum enim speculum nouum à muliere menstruata inficitur; sed postquam per aliquem aspectũ est infectum, nouam infectionem non recipit; sic humana natura in primo statu quasi noua existens infici habuit à corruptione personæ. postmodum verò, quasi inueterata, ex noua receptione, nouam infectionem non recipit: Sicuti etiam ex parte proprietatis, quia potestas, existens in termino ad quem, cum antea esset in termino à quo, & per quem non suscipit magis, & minus, cum motus iam per terminum ad quem sit specificatus. Et cum fœditas ex carentia originalis iustitiæ originem ducat, inquantum est principium contractionis originalis peccati, carentiaq; in nuditate consistat, nuditas, quę est priuatio, maiorem nuditatem recipere nequit, neque illius fœditas. Nam æqualitas causę æqualitatem effectus inducit; nisi diuersitas ex parte recipientis consideretur; quod quidem diuersæ complexiones, ex diuersis qualitatibus prouenientes, nobis indicant. Nonne videmus, libidinem intensiori, remissiorique modo homines stimulare, habita ratione ad comple-

2. Sent. d. 33. art. 2. q. 1.

xionum diuersitatem? quod etiam dicitur de ira, quæ affectionis ex nimia caliditate cordis, & hepatis proueniunt, secundum iræ definitionem, ira est feruor sanguinis circa cor. quomodo accenditur bilis, quæ in hepate generatur, quod intendens Horatius de Lydia conquerens laudante ceruicem roseam, et cerea Telephi brachia, ab ira molestatus, dicebat.

Væ meum feruens difficile bile, tumet iecur,
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa sede manet: humor, & in genas.
Furtim labitur, arguens
Quàm lentis penitus macerer ignibus.

Patiuntur namq; hepatis caliditatem, & amantes, iuxta illud
Ode 25. in 1. Car. *Horatij in 1. Carm. ode 25. scribentis ad Lydiam; dicentis.*

Cum tib flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Seuiet circa iecur vlcerosum,
Non sine questu.

Et recta ratione, quoniam concupiscentię est initium, quam ab hepate prouenire dicebat Plato, quomodo fingunt Poetę, Tytium qui impudicè Latonam sollicitauit, in inferno persentire in hepa-
6. Aeneid. *te cruciatum, de quo verba facit Virgilius in 6 Aeneid.*

Nonne & Tytion terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco
Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera: rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

Et de iam dicta veritate testimonium esse potest illud D. Pauli in
2. ad Cor. 11 *2. ad Cor. c. 11. vbi dicitur. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet; sed libido duobus modis considerari potest, & inquantum actualis, & inquantũ habitualis. Libido, quę transmittit peccatum originale in prolem, non est dicenda actualis: nam esto, quod per diuinam virtutem quis in actu generationis nullam persentiat inordinatam libidinẽ, peccatum originale per coitum in prolẽ per illã carnalem copulam transmitteret; sed illa libido habitualiter est intelligenda, cum fuerit in lumbis Adæ secundũ virtutem seminalem; & virtus generatiua, infectionem duxit, corruptaq; fuit in primo parente; cũ ab ipso peccatum originale traducatur, inquantum ab ipso per generationem moue-*

mouetur, quemadmodum membra mouentur ab anima ad perpetrandum actuale peccatum, qui motus est per virtutem actiuam in generatione; ita vt illi peccatum originale contrahere dicantur, qui ab ipso descendunt per virtutem actiuam, ab ipso deriuatam; & hoc est secundum seminalem rationem ab eo descendere, quia ratio seminalis est virtus actiua in generatione. 1. 2. quæst. octuagesimaprima art. quarto. Illa namque est seminalis propagatio, non procedens materialiter ab Adamo, quia materiæ non est mouere, sed moueri secundo de Ortu, & Interitu part. 51. Vnde si quis materialiter procedat ab Adamo, peccatum originale non contraheret, veluti si quis de terra formaretur. Nam dicit D. Tho. in 4 quæst. de Malo art. 7. Non refert quantum ad conditionem hominis, de qua materia formetur, sed a quo agente formetur, quia ab agente recipit formam & dispositiones. Et materia nō retinet priorem formam, aut dispositionem, sed nouam acquirit per generationem. Vnde si aliquis formaretur virtute diuina ex humana carne, virtus actiua ab Adamo non deriuaretur, & propterea non contraheret illud peccatum; quomodo illud contrahitur per instrumentum seminis; nam posteri erant in Adamo, non tantum secundum naturalem corpulentiam, quia tunc peccatum originale non fuisset contractum. sed secundum virtutem seminalem. Quare in omnibus eo modo generalis iustitia originalis vinculum soluitur; vnde omnes morimur, talisque libido omnibus æqualis redditur. Et ista concupiscentia habitualis in illo peccato est, quasi materiale, quod quidem est in anima, vt in subiecto, in Adamo, tanquam in causa principali, & in semine, tanquam in instrumento. Et si deletur per baptismum, remanent nihilominus pœnę, cum factum sit proprium per motum generationis virtute seminis, vt careat infectione culpæ in actu; sed tantum in virtute; quemadmodum palea secundum virtutem, et aristæ in semine grani reperiuntur, quod vltimò non nascitur, nisi cum palea, & aristis. Subtractus namq; est ille ordo, quem natura instituta prius acceperat, & ex semine generatur corpus illo ordine destitutum. Et illa actio cum sit ab instrumento, operatur, efficaciamq; habet à principali causa, quomodo est in actu, inquantum est motum ab alio, quod quidem in actu esse debet. Et illud peccatū est ab Adamo, & habens generans ab illo, vt punitio sit, quia peccatum est suum, quia peccatum primi parentis nō fuit originale ratione personæ, vt dictum est, sed mortale. Vnde anima

1. 2. q. 81. a. 4.

de Malo q. 4. art. 7.

lenus in libro secundo de Medicam. sec. loc. cap. 1. Itaut corporis ægritudines ab æquali causa non proueniant; sed diuersitas, & in quantitate, & qualitate consideratur; licèt aliquando humores, morbum facientes toto genere præter naturam esse dicantur, quomodo intensiones, & remissiones percipiuntur. Et totum hoc curationes indicant: qualitas enim in his toto genere præter naturam ad statum benignum est reducenda, quia venenosa. Et purgatio est humorum sua qualitate lædentium euacuatio inquit Galenus 1. Aphoris. com. 2. iuxta illud Hippocratis ibidem. In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt; sin minus contra; sic & vasorum inanitio si talis fiat, qualis fieri debet: nam deiectiones non multitudine sunt existimandæ sed si talia deijciantur, qualia conueniant, & ægri facilè ferant. Et a multitudine materiæ indicatio euacuandi est desumenda. Animaduertantur igitur in ægritudinibus corporalibus quæ, & quantæ inæqualitates. At non sic in ægritudine animæ, ortum ducente ab originali peccato, ab æquali infectione proueniente, quod quidem epidemiali morbo est valdè simile, cuius causa in vniuersalem refertur, ex sententia Galeni in Prologo Epidemiorum. Multi namq; homines eodem corripiuntur morbo, tempore eodem, & in causa est, quod omnino communissimum esse dicitur, quo maximè vtimur, & illud dicitur. quo respiramus, & præcipuè cum multæ pluuiæ præcesserint, vt cum morbus sit vniuersalis, a causa vniuersali oritur, & est aer, quo respiramus; licèt iste morbus augeatur, minuaturque pro diuersitate materiæ, quæ malum morem contraxit sua qualitate lædentis. Sed non morbus, qui causatur ex iustitiæ originalis priuatione. Quod dicitur de illius materiali: nam quid aliud est concupiscentia, remota originali iustitia, nisi febris quædam, quæ augetur, & minuitur respectu subiecti, in quo reperitur? Aequaliter igitur ab omnibus peccatum illud contrahitur, quod fuit vnum & specie, & numero Nam vna est iudicanda secundum speciem originalis iustitia, & innocentia, vnaque inobedientia, quomodo humanum genus corruptionem passum est. Et in homine vnica anima esse dicitur, quæ per peccatum inficitur, cuius hominis est vnica generatio: sed in homine multæ materia, multæq; illius conditiones, quibus diuersæ fiunt ægritudines; in illo verò per peccatum vnica absentia, & ablatio illius iustitiæ, compescentis materiæ appetitum, ne in nouas formas

De Med. sec. loc. 1.

1. Aph. c. 2. ibidem.

In Pr. Epid.

mas erumperet, quas appetijt, & consecuta est post peccatum primi parentis; Vnde successit illius, & suorum posterorum interitus, omnes morbi, omnesq; defectus, quia deordinatio illa per modum habitus in humana natura remansit; cùm tamen Adam non esset conditus in puris naturalibus, in quo nulla aderat pugna per appetitum sensitiuum, qui compescebatur a donis supernaturalibus. Et si quis inquirat, cur ei non fuit restituta originalis iustitia, sicuti gratia restituta fuit? Dicendum, illud donum fuisse naturæ donatum, & quoniam tota natura infectionem passa est, erat satisfaciendum pro illa. Adam verò satisfacere non poterat pro omnibus, cum esset singularis persona. Vnde ab omnibus ablata est originalis iustitia, & sic peccatum mortale commisit Adam; sed fuit originale quantum ad posteros. Gratia autem confertur in baptismo quantum ad mentem; sed remanet peccatum originale actu, quantum ad fomitem, qui est inordinatio partium inferiorum animæ, & ipsius corporis. Et propterea dicunt

12.q.82.ar.1 ad 2. *Theologi, & præcipuè S. Thomas, in baptizatis aliquid manere de vetustate illius peccati, itaut non remaneat in baptizato sub ratione culpæ, sicuti non punitur peccatum illud, cum nihilominus actu remaneat, priuatio iustitiæ originalis. Et quamuis gra-*

Ibidem. *tia recuperetur, non propterea dicendum est, recuperari iustitiam originalem, quia ex sententia Caietani, eam post baptismum non habemus secundum hunc effectum qui est iustitia originalis. Gratia etenim est radix iustitiæ originalis, quæ olim cum suo fructu perdita est, per baptismum reparatur, fructum factura iustitiæ originalis post resurrectionem. Et re vera reatus transit, quia non remanet in baptizatis priuatio originalis iustitiæ sub ratione culpæ, cum non amplius ad culpam reputetur, nec reseruatur punienda. Vnde remanet natura vitiata ab Adamo, per quam ceteros morbos patimur, & tandem mortem, & istud peccatum fuit traductum ad posteros per primi parentis voluntatem, quo modo & ad animam, & ad carnem peruenire dicendum est; nam macula contrahitur in anima per aduentum illius ad corpus, sed habita ratione ad corpus pœnæ rationem habere dicitur. Et de*

2. 2. q. 164. art. 1. ad 4. *hac re optimè loquitur S. Thomas in 2. 2. quæst. 164. art. 1. ad 4. dicens, aliquem defectum sequi ex peccato dupliciter; & per modum pœnæ taxatæ a iudice, & talis defectus debet esse æqualis, ad quos æqualiter pertinet peccatum. Alius est defectus qui ex huiusmodi pœna per accidens consequitur, sicut aliquem pro sua culpa*

cadere

cadere in via, & talis defectus culpæ non proportionatur, nec à iudice pensatur; siquidem effectus fortuitos cognoscere non potest. Vnde dicendum, quod pœna taxata pro peccato, ei proportione respondens, fuit subtractio diuini beneficij, quo rectitudo, & integritas humanæ naturæ conseruabatur, & sic mors, & alij defectus, scilicet pœnalitates illius beneficij contractionem consequuntur. Sed videmus, vnum esse omnium interitum; non tamen vnum omnium moriendi genus qua ratione pœnæ non sunt omnibus æquales in illis, ad quos originale traductum est; sed verum est dicere, vnum esse hominum, iumentorumque interitum, & æquam esse in vtrisque conditionem, si materiam inspiciamus; at non ex parte humanæ mentis: nam mens humana in homine æternitate gaudet à parte post; sed non brutorum animæ. Illa etenim deforis aduenit, idest nō eruitur à vero agente per verum motum, veramque mutationem ex materiæ intimis visceribus, sed brutorum animæ abditæ latitant in materia, & ex illius habilitate, potentiaque ex illius gremio extrahuntur. Vnde verum est quod dicebatur, mortem, aliosque defectus non posse dici naturales per animam; sed ex parte materiæ, quæ electa est à Deo, vt esset temperatæ complexionis, vt dici, & esse possit conueniens organum sensus tactus, & aliarum potentiarum, sensum concernentium, & motum; quomodo defectus est considerandus, quia materia causa defectiua esse dicitur, quia deficit ratione formæ habitę, quam expellit, & induit se noua forma cui defectui per donum iustitiæ suppleuit Deus, quod donum immortalitas sequebatur, vt consecutiuè donata fuerit immortalitas, sed mors post peccatum fuit illius pœna, illudq; sequitur, sicuti vmbra corpus, & locum habuit, viguitq; contrarietas, non quo ad harmoniam, & temperamentum; sed quo ad dissonantiam, qua de re verba facit Arist. in 1. de Anima part. 54 & in lib. de Mundo ad Alex. cap. 6. Vnde erat corruptibilis Adam à principio intrinseco. Quoniam mors naturalis est iudicanda ratione materiæ, & illius conditionum; pœnalis verò ex subtractione beneficij diuini, quod nisi primus parens amisisset, ipse, & sui posteri ab interitu erant præseruandi, & hæc est omnium prima pœna, ex peccato primi parentis proueniens, quia aliæ hanc consequuntur, quas pœnas nollet peccator sicuti vult culpam. Sed satis est omnia mala potuisse euitare Adamum tam animę, quam corporis, si permansisset in statu fælicissimo innocentię. Quare & mortem. Ex quibus patet,

1. de Aīa 54. de Mūdo ad Alex. cap. 6.

tet, quomodo erant immortales, & mortales, & quomodo etiam descendentes a primo parente sunt mortales.

Si Eua peccasset, Adam verò in peccatum non incidisset, non fuisset contractum peccatum originale, neque mortis pœna.

CVm omnes, ab Adamo descendentes, pœnam mortis patiantur, eo modo quo explicatum est, inquirere oportet, an si prima mater tantùm peccasset, & primus parens in peccatum non incidisset, nunquid inimica mors in orbem terrarum introisset? Dubitatio dirimi potest
Genes.2. *ex libro Genes cap 2. Nam soli Adæ a Deo pronunciatum fuit. Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientię boni, & mali ne comedas; in quacunque enim hora comederis ex eo, morte morieris. Nam post preceptum Eua fuit formata; cumq; per Adamum peccatum fuisset completum, tunc mors in orbem terrarum introiuit, iuxta illud D. Pauli ad*
Ad Rom.5. *Rom cap.5. Per unum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors, quia peccatum originale non fuisset con-*
1.2.q.81.a.5 *tractum. Hanc doctrinam docet D. Thomas in 1.2. quæst. 81. art.5. Nam originale peccatum a primo parente traducitur, inquantum ipse mouet ad generationem natorum: & propterea si aliquis materialiter tantũ per miraculum ex humana carne generaretur, peccatum originale non contraheret. Principium autem actiuum in generatione est pater; mater verò est illa, quæ materiam ministrat. Ergo peccatum illud à patre non a matre est contractum, & tunc non esset defectus originalis iustitiæ, neque posteri morti essent obnoxij. Nam stante dono, quomodo mortalitas? Adam namq; in se naturam vitiauit, qua ratione illud peccatum esse habuit à corruptione humanæ naturæ in primo parente per virtutem, mouentem ad humanam naturam, per virtutem, in semine existentem; concurrebat namq; semen, vt instrumentum. Nam homines originem duxerunt a primo parente, qui inquantum vnus homo considerari possunt, in natura, quam ab ipso acceperunt conuenientes, qui inquantũ multa membra vnius corporis considerantur, sicuti multa membra in vnico corpore*

repe-

reperiuntur. Fiat homicidium, non est dicendum, ex parte manus esse voluntarium; sed voluntate animæ, primò manum mouentis, ad homicidium perpetrandum, quod manui, inquantum est pars corporis imputatur; quoniam manus, inquantum est pars corporis, amputatur. Ita dicendum est de deordinatione in homine existente, ab Adamo originē ducente, scilicet esse voluntariam voluntate illius, quia per actum generationis mouet omnes, qui ab eo originem deriuantur, naturamque ab eo recipiunt. Principium igitur generationis perpendendum est, inquantū est principium actiuum; quomodo & principium passiuum requiritur; quippe cum in omni natura, in qua est principium, quod agit, necessariò debet esse principium, quod patitur, & cum reciprocatione, cum nihil idem sit principium agens, & patiens respectu eiusdem, mouens, & motum in actu, & in potentia ex libro tertio Physicorum; etenim potentia actiua est principium agendi in aliud, inquantum aliud, & agit in passum, quæ potentia passiua est principium patiendi ab alio inquantum aliud 9. Metaphysic. part. 2. Et pater est causa efficiens, in quo omnes moriuntur: Adam autem est descendentium pater: Neque est motus ad generationem, nisi per virtutem actiuam, in patre existentem, quomodo anima maculam contrahit scilicet per virtutem seminalem in ipso, quomodo consideratur inquantum est dispositio. Peccatum igitur à primo parente deriuatum est, & non ab Eua, cum Adam respectu generationis esset principium actiuum, & Eua passiuum in quo omnes morimur. 1. ad Corinth. cap. 15 Et quamuis scriptum sit in libro Ecclef. cap. 25. à muliere esse initium peccati, per quam omnes morimur, ista auctoritas est intelligenda occasionaliter, ita vt fuerit occasio primo parenti, incidendi in peccatum, sicuti Sanctorum auctoritates intelliguntur: quomodo fuit occasio, vt ad alios descenderet: per peccatum verò Adæ iustitia originalis completo actu erat amittenda, & quo ad posteros tanquam mulieris caput. Neque mors aliǰque defectus passionem concernentes, erat persentienda, quia iustitia illa ad eosdem erat transferenda, vt sentit D. Thomas in Prima Parte quæst. 81. art. 5 ad 2. & de Malo quæst. 4 art. 7. ad 4. & 5. Vnde peccatum Euæ fuisset tantùm personale, per quod perdidisset originalem iustitiam, inquantum erat donum particulare determinatæ personæ: At secundum quosdam Theologos deordinationem non sensit; non enim statim pugnam passa est, quam erat passura statim

3. Phys.
9. Metap. 2.
1. ad Cor. 15
Ecclef. 25.
1. par. q. 81. art. 5 ad 2. de Malo q. 1. artic. 7. ad 4. & 5.

vt

vt in peccatum incidisset Adam. Exemplum esse potest de ramo viridi à trunco abscisso, in quo per aliquod temporis spatium in eo viriditas conseruatur, quomodo, & animalia anulosa post abscisionem mouentur. Amisit enim Eua gratiam gratum facientem, peccando. Ergo & iustitiam originalem: quæ radicaliter in gratia fundatur; & propterea dissonantia orta est quam statim non percepit: in illo namque statu iustitia originalis non poterat absque gratia permanere, neque gratia absq; iustitia originali; permansit tamen post, quia recuperata est gratia, quia per pœnitentiam recuperatur, sed non originalis iustitia. Ista enim aspicit naturam, illa verò personam. Ergo per ablationem gratiæ, peccando, aufertur illud donum, quod datum est Adæ ratione transfusionis. Et propterea cum non dum peccasset primus parens, non fuit ei ablata gratia, radix illius iustitiæ; sed Eua iam deordinationem per peccatum passa est, quam non persensit, eamque peccatum introduxit. illam autem Adam pati non poterat, quia a peccato, per quod dissonantia causatur, erat immunis; At in Eua iam ratio Deo non subdita fuit; neque rationi inferiores vires,

1.par.sum.q. 95.art.1. *neque animę corpus; licet Caietanus dicat in 1. Parte Sum. q. 95. art. 1. Non fuisse simpliciter amissam iustitiam originalem in Eua, idest totaliter; sed tantum quo ad aliquid, quæ simpliciter erat auferenda per peccatum primi parentis secundum ordinem diuinæ prouidentię. Quare stipendium mortis fuit Adæ peccatum, per quod mors introiuit in orbem terrarum. An verò Eua*

2.Sent.d.31. a.2.q.1.ad 4 *fuisset mortua dicit S. Thomas dubitando in 2. Sentent distin. 31. art. 2 quæst. 1. ad 4 Forte in peccato suo fuisset mortua, & Deus illi aliam vxorem prouidisset. Et potius dicendum est fuisse mortuam, cum fuerit ei sublatum donum, gratia scilicet & iustitia originalis ex consequenti, inquantum ipsi erat donum personę: siquidem ad sui beneficium tantum Eua recepit iustitiam illam; sed Adam & ad sui, & ad posteros, quoniam fuit donum naturæ, quod pepigit Deus cum primo parente, in quo statu, si perseuerasset, illo dono posteri gauisi fuissent, neque Adam neque posteri mortis pœnam passi fuissent; Eua tamen mortua fuisset. Peccauit re vera prima mater, & peccatum fuit mortale. Cecidit igitur sub Dei iustitia vindicatiua, quæ punitionem concernit. Puniendа erat igitur. Passura ergo erat pœnam, quomodo est verum dicere.*

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et

Et quæ pœna pro peccato mortali? Vtiq; pœna mortis. Nec immeritò, cum à bono incommutabili sit auersa, conuersaque ad bonum commutabile, Deum, qui illam formauit, derelinquens, & oblita est Dei creatoris sui. Pœnam igitur æternam erat passura, quoniam ratione obiecti offensi peccatũ suum fuit infinitum. Infinitas igitur requirebatur ex parte pœnæ, quæ, cum non posset infinita dici ex parte actus intensi, ex parte extensionis erat infinita dicenda. Nullo modo etenim ignis inferni agere potest infinitè quo ad actum intensum, quoniam passio infinita recipi non potest; sed potest agere, agitque infinitè per actum extensum, & illa passio infinita quo ad passionem extensam appellari potest. Est etenim finitum instrumentum intensiuè. Quare & passio finita intensiue, supponens subiectum, recipiens passionem finitam; sed non quo ad durationem. Nam omne illud & actionem faciens instrumentalem, & eandem recipiens est formatum, & finitum ex consequenti, finitatem a forma finita recipiens; sed infinitatem secundum tempus accipere potest, & recipit. Fuisset igitur Eua passa pœnam ęternam pro illo peccato, omnes alias pœnas in grauitate excedentem, cuius doctrinę ratio reddi potest, quoniam inter pœnam, & culpam proportio est statuenda. Et quoniam corpus fuit instrumentũ ratione culpę, ei pœna inferni erat luenda, æterna quidem, secundum illud Matth. 25. & ibunt hi in supplicium ęternum, iusti verò in vitam æternam, quam quidem pœnam regulariter non patiuntur, nisi mors pręcesserit. Tum quia ante mortem illi pœnalitates secundum carnem erant infligendæ. Tum etiam, quia peccatum est pœna peccati. Maior igitur pœna. Omnes namque pœnæ inflictæ sunt Adæ, & Euę, sicut & eorum posteris propter primum peccatum, nulla re vera antea pœna, quia nulla culpa quę cum sit in actu, pœnam in actu statuit, & pœna non sine morte. Nam & animam, & corpus pœnam pati dicere cogimur, cum ad peccatum & anima, & corpus, illius instrumentum concurrant; sicuti & ad opus bonum; quomodo & beatitudinem consequentur, sicuti corporis dotes attestantur, iuxta illud Iob in carne mea videbo Deum, saluatorẽ meum, quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt, qui beatitudinem sunt consecuturi, videndo Christi humanitatem, oculis beatis proportionatam. Et totum hoc verum dicitur, ex hoc, quia pœna culpæ debet esse proportionata, quæ concernit respectu illius & pœnam sensus in hoc mundo, & pœnam

Matth. 25.

sensus,

sensus, & damni postea. Sed nullo modo fuisset infectus culpa, & pœna Adam, si perseuerasset in illo statu, etiam si Eua peccasset, neque sui posteri, quia tunc fuisset custodia innocentiæ, deriuanda ad illos & ex consequenti nulla inordinatio. Quare neq; interitus, ex illa inordinatione proueniens, in radice existente. Est enim mors peccati pœna. Ponatur igitur inesse peccatum, & mors in esse ponitur. Ergo non erit inimica mors, si peccatum non fuisset commissum. Poterat igitur Adam non mori. Et Eua si peccasset in illo statu, & non Adam, in scopulum mortis incidisset.

Sed vt appareat hanc sententiam à veritate non esse alienam; nam quidam hanc tuentur opinionem, filios a culpa fuisse immunes, fuissent nihilominus passi moriendi necessitatem, aliasque passiones à materia prouenientes, quam mater ministrat, quoniam fuissent naturales defectus, non a forma, sed à materia. At habita ratione ad naturam, quæ est materia, nihil est; quandoquidem originalis iustitia, quæ esset communicanda posteritati, quoniam per illam compescebatur illius appetitus ad nouam formam. Quemadmodum enim gratia non tollit, sed perfectiorem reddit naturam, sic & originalis iustitia, per quam corpus animæ esse subiectum dicebatur, quamdiu potentiæ inferiores ipsi subderentur, & ipsa Deo, quia tunc nulla macula, nulla dissonantia, sed summus nitor, perfectissimaq; harmonia & videbatur, & audiebatur; quomodo passibilitas animæ, maiorem perfectionem assumentis, percipiebatur; sed non corporis, neque per consequens moriendi necessitas. Vnde est aduertendum, generationem naturæ opus esse appellandam, in formam, quæ est naturę primum analogatum, tendentem, in qua quidem omnes causæ cócurrunt. Quemadmodum enim materia omnes alias causas per se inspicere videtur, illasque secum ducit, ita & causa agens. Vnde quod generatur est ex aliquo, tãquam ex materia, ex qua semper fit omne illud, quod generatur; est ab aliquo, & est agens, vnde motus principium; & est aliquid ratiône formæ, a qua esse, & vnum esse prouenit, quia, cum omnes formæ sint in potentia in prima materia, quę ad naturam spectat, vna excepta intelligendi anima, munus agentis illam mouendo, agitandoque ex illius sinu est extrahere, per quam res, & nomen, & definitionem acquirit sicuti ex purissimis Peripateticorum fontibus educitur. Vnde necessarium est, principium passiuum in generatione, quod recipientis

rationem habet, & est materia, cuius est pati, atque moueri. Ergo & principium actiuum extrinsecum, & nuncupatur principium quod, de quo verba fiunt in Prologo Metaphys. dum dicitur, actiones, & generationes sunt singularium; sicuti forma, quę est causa intrinseca principium quo appellatur, quae est natura, & propterea principium motus. Et quid nam in generatione est recipiens? Vtique materia, & fœmina, appetens formam, sicuti fœmina masculum. Et rectè quidem ratione imperfectionis, indigentiam concernentis: perfectum siquidem illud esse dicitur, cui nihil addi potest, quod ad illius esse pertineat quae priuatio ab ipsa fœmineitate prouenit, cum masculus occasionatus nuncupetur 2. de Generatione Animalium cap. 3. Quomodo differunt quo ad materiales differentias, non autem penès differentiam, quae forma substantialis dicitur, vt docet Aristoteles in libro 10. Metaphysic. part. 25. Et quod nam est agens in generatione? Vtique vir generans per seminis emissionem, ad generationem concurrentis, tanquam causa instrumentaria. Est enim masculus in alio gignens, fœmina verò in seipsa. Signum huius veritatis terra esse potest, quae ratione generationis herbarum, & omnium plantarum & fœminę, matrisque rationem habere dicitur, pluuiam recipiẽdo, qua grauidatur, statutoque tempore illarum formas edit, ita quod pluuia instrumẽtum cœlestium corporum dici possit, quae quidem illa vtũtur, vt grauida reddatur ratione generationis, quę est nascentium germinatio 5. Metaphysic. part 5. Generantia vero corpora cœlestia sunt causę efficientes generationis, vtentia instrumentis coniunctis, & sunt lumen, & motus, quemadmodum ad motum lapidis homo concurrit, tanquam causa efficiens motus, qui est per animam, brachium, seù manus, instrumentum coniunctum hominis, & baculus, qui ab anima, ab homine, & à manu, seù à brachio efficaciã habet; quomodo maior efficacia in prima causa reperitur, quibus de rebus disputat Aristoteles in 8. de Physico Auditu part. 33 & 38. Et vberius Scriptor de Causis in propositione prima. Et praesertim sol, de quo dicitur, ipsum, & hominem generare hominem 2. de Physico Aud. part 26. Qui omnium viuentium inferiorum pater dicitur. Nec absque ratione hac doctrina: nam quemadmodum res se habent in magno mundo; sic & in paruo mundo se habere dicuntur Vir igitur agentis causae rationem habet in generatione; quippe qui principium motus esse dicitur. Fœmina ergo gerit vicem materiae;

Marginalia: Prol. Met. — 2. de Gener. an. m. 3 — 10. Met. 25. — 5. Met. 5. — 8. Phy 33. 38 — In propos. 1. — 2. Phys. 26.

riæ; nam ea, quæ fiunt ab agente, quod est principium vnde motus, ex eo, quod est in potentia generantur, vt satis doctè disputatur in primo de Physico Auditu. Sed non coincidunt inter se materia, & causa agens, neque in idem specie, neque in idem numero, quæ plerumque in vnam veniunt forma finis, & agens, 2. Physic. rum part 70. Quomodo illæ subiecto sunt idem, scripsit Auerroes 10. Metaphys. part. 7. & 12. eiusdem 6. Etenim in rebus in materia separatis id pòtissimum verificatur, ex libro Destruct. destruc. disp 3. in solut. 18 dubij. Sed non materia cum illis, & ex consequenti cum agente, quia materia est in potentia, agens verò in actu; potentia autem, & actus sunt differentiæ valde oppositæ inquit Auerroes in 1. de Anima com. 6 Vir igitur ad generationem actiuè concurrit, fœmina passiuè. Nunquam enim materia agere potest, cuius est pati, & moueri, cuius receptio indicat; & accipere est pati, & moueri: definitur namque potentia passiua per principium mouēdi ab alio, inquantū aliud, & potentia actiua per principium mouendi aliud, inquantum aliud 9. Metaphys. part. 2. & 5. eiusdem part 16. Siquidem idem, inquantum idem respectu eiusdem non potest esse agēns, & patiēs; mouens, & motum; in actu, & in potentia, nè cogamur affirmare, rem absq; motore moueri sed actio semper est per formam, quæ quatuor qualitatibus vtitur primis, scilicet tanquam essent instrumenta ad motum concurrentia sicuti & grauitate, & leuitate. Quod enim ex se mouetur, ex duabus naturis componitur, ex recipiente motum, & agente motum, vt explicatum est in octauo de Physico Auditu, & in libro de Substantia Orbis cap. 1. Vnde dicendum est, formam esse ab agente, quę est in prima materia, existente multa potentia, & habilitate, quæ in omnibus alijs à forma humana ex ipsius potentia educitur, & agens est masculus, quandoquidem mens humana creando infunditur, & infundendo creatur; at non sic forma vegetandi, neque sentiendi, quia istę formę extenduntur, & diuiduntur ad extensionem, & diuisionem subiecti. Forma igitur est a masculo, & non a fœmina, & sanguinem, quem prębet fœmina esse materiam, & corpus declaratur primo de Generatione Animalium cap 20. Quæ concurrit fouendo prolem, postquam concepit, iam in actu existentem. Videmus namq; oua à fœmina generari, eaq; fœminam fouere, concoquere ex consequenti quomodo materia ad formæ receptionem disponitur Ali etenim dicimus animal, quia cōferendo materiam, alimen-

Margin notes: 1. Phys. — Ibidem 70. — 10. Mat. 7. — 12 eiusd. 6. — Dest. destru. disp. 3. in sol. 18. dub. — 1. de Aīa 6. — 9. Metaph. 2. — 5. eiusdē 16. — 8. Phys. — De Sub. Or. c. 1. — 1. De Gener. Anim. 20.

alimentum etiam confert; sed animam conferre non est dicendum, quod alimentum confert beneficio animæ, & quia est principium quod; at in masculo virtus extrahendi reperitur, quæ habet rationem agentis, extrahendo. Nihil igitur est virtutis actiuæ in illa fœminea humiditate, actiuè ad generationem non conferente; cum re vera seminis rationem non habeat, quandoquidem ab imbecillo calore mulieris ad perfectam seminis rationem peruenire non potest. Et ex hoc verum redditur, illam materiam, in qua maxima viget humiditas, materiam embryonis appellari non posse; quia multæ mulieres absque illius emissione grauidantur, sed non absque materiæ præparatione. Et quæ nam est illius necessitas, nisi ad percipiendam in coitu delectationem, sicuti pruritus testatur, vt a multitudine illius humiditatis emissæ, natura alleuietur, neque internas passiones patitur, quæ foras emittitur per membrum generationi deseruiens, quæ humiditas assimilatur humiditati eius, qui famem patitur, si viderit aliquem comedentem, vt explicauit Auerroes in libro secundo Colliget cap. decimo. Et hoc boni prouenit ex illius humiditatis excretione, vt titillatio generetur, quomodo ad coitum facillimè trahuntur. Et hanc veritatem expressit diuinus Plato in Timæo. Ab illius namq; multitudine meatus obstruuntur, labefactaturq; respiratio, mulierem in extremam anxietatem ducit, multosq; alios morbos excitat: torpedo namque, & pigritia oriuntur ex feminis retentione, mœstos, timidosq; efficit homines cibi cupiditas vitiatur, atq; concoctio, ex Galeni doctrina in lib. 6. de Locis Affectis cap 5. Quo in loco dicit, quendam à concubitu abstinuisse, cum à morte illius vxor esset præuenta, quo antea sæpissimè erat vsus, & cibi cupiditatem amisisse, neq; exiguum cibum concoquere potuisse, & si aliquo copiosiori cibo seipsum nutrire vellet, statim vomitum patiebatur, mœstusq; reddebatur, qui citissimè liberatus est, cum ad pristinam consuetudinem rediret Taceo modestiæ gratię exemplum illius viduæ, de qua verba facit Galenus in eodem cap 6 de Loc aff. Verùm satis sit indicasse, qua de causa natura illam excretionem faciat, quæ multoties mouetur ad expellendum, aut molestata à quantitate, aut a mala qualitate, aut propter debilitatem virtutis retentricis, & præcipuè delectationis gratia, ne affirmare cogamur, aliquid inane, & ociosum esse in fundamento naturę, et creaturæ, dando mulieribus testes, quomodo alios vsus habent. Frustra.n. fit per plura, quod potest fieri per pauciora, & quod natura

2. Coll. 10.

In Tymeo.

6. de Loc. Affectis c. 5.

Ibidem.

potest facere vno instrumento, & æquè benè, non præstat duobus. Et si dicatur, illud semen, seu potius illam humiditatem actiuè ad generationem concurrere, mulieres per se generarent, inquiunt Peripatetici; sed generatio est a masculo per virtutem in semine existentem, actiuè ad generationem concurrente; siquidem hoc caliditate illa, seu potius illo tepore cœlesti, in semine conseruato, quo fœcunda semina euadunt, quæ virtus diuina nuncupatur, proportione elemento stellarum existens, quo vita vegetabilis, sensibilis, & animalis, præstatur, ex omnium illorum sententia, substinentium, veram esse hanc Peripateticorum sententiam, quod quidem attrahitur a membro determinato mulieris, proportione magneti respondente ad ferri attractionem, quam virtutem habere dicitur a tota specie, ad quod quidem opus delectatio necessaria non videtur, quam sententiam
2. Coll. 10. *approbat Auerroes in libro secundo Colliget cap. 10. & recta ratione dicitur, quia calidi est attrahere. Non enim semen matricem ingreditur; sed fit attractio ratione sympathiæ, dummodo attrahens in debita dispositione reperiatur. Neque est dicendum, ex seminum diuersitate ortum ducere membrorum diuersitatem, quia iam foras illa humiditas erumpit, nullam ferè consistentiam habens, nihilque spumositatis, quæ potissimum generationi deseruit, caloremque illum cœlestem potissimum continere dicitur, generationem faciens. Frigiditas enim opus naturæ non ingreditur, nisi per accidens; sed membrorum diuersitas, ex eadem causa diuerso modo disposita, originem habet. Vnde sanguis mulieris materia generationis dicitur, loco generationis demandatus, qui efficiens esse nequit, cum non coincidant inter se materia, & causa efficiens, neque in idem specie, neque in idem numero. Pater igitur causæ efficientis rationem habet; mater verò materiæ, quod manifestissimè patet apud Auerroem, qui sequi-*
In fi. lib. 1. de gen. An. & in prin. secũdi. 8. Met. 12. *tur suum Aristotelem in calce libri primi de Generatione Animalium, & in principio secundi, & in octauo Metaphys. part. duodecima, vbi dicitur. Quando aliquis rei causam inquirit; quoniam causæ pluribus modis dicuntur, omnes causas contingentes dicere oportet, vt si circa hominem causæ inuestigentur, materia inquirenda est, & sunt menstrua (inquit Aristot.) causa mouens est sperma. Idem namque in generationibus euenit, quemadmodum & in artificialibus. Artifex ex ligno corpus artificiosum conficit, sic ex sanguine mulieris, qui est materia ad*

locum

locum generationis demandata, & à principio agitante ab homine prouenıente, & est semen, quod quidem arti assimilatur, quia ars est illa, quæ formas artificiales explicat, per instrumentum caliditatis illius cœlestis, proportione respondentis elemento stellarum. Nam & quid aliud ouo fœcunditatem præstat, nisi illi spiritus, qui in semine galli, iam demandato ad illam operationem? quoniam fit actio ratione agentis, ad quam passum concurrit, per seminis virtutem. Et hoc confirmatur ex ouis subuentaneis, Zephirijsq; cum per illorum spirituum carentiam generationi idonea non reddantur. Qua in re idem euenire dicitur, sicuti glutino lactis euenire solet. Corpus est ipsum lac, & coagulum spissandi principium coagulandi vim obtinens: ita se habet semen viri ad materiam generationi idoneam, quam mulier confert. Oblectatur vt plurimum mulier, partesq; generationi deseruientes per actum coitus, excalescunt, calor dilatandi vim habere dicitur, rarefaciendiq; cuius ratione fit attractio in illa venerea concertatione seminis, a mare prouenientis: semen autem viri in matrice sanguinem reperit, ibi a muliere demandatum, cum illud membrum choacla totius corporis mulieris iudicetur, & ratione virtutis cœlestis, & diuinæ in semine viri existentis, fit defecatio, omniaq; præstantur quæ generationi sunt necessaria: nam locus ille generationi proportionatus est, quomodo materia in debito loco esse dicitur, & reperitur agens, materiam dispōnēs. Quorum oīum signum sterilitas esse potest ex parte vteri, excedentis in qualitatibus actiuis, & passiuis frigiditas aut ingens caliditas agentis, sicut testantur frigidi, & maleficiati, & mala qualitas, in semine existens. Neque enim à muliere semper emittitur, & si aliquando emittatur, ratione suæ tenuitatis, nihil ad generationem operatur; quandoquidem in operibus naturæ eligitur materia formę proportionata, quemadmodum Artifex eligit materiam, in qua formam artificiosam introducere potest. Vnde dum generatio sequitur, semper materia ad vterum demandatur à muliere, formæ proportionata; alioquin non sequitur generatio, quomodo defectus consideratur, aut ex parte materiæ, aut ex parte agentis præcipui, aut ex parte instrumenti. Totum hoc manifestum redditur in generationibus, quę fiunt ex putri materia: nam in tempore hiemis animalia ex materia putri non generantur, cum materia respectu frigiditatis ambientis dispositionibus careat: nam frigiditas et naturę, et eius operationibus contrariatur;

sed non sic in tempore æstatis, quam operationem præstat agens s. sol in alio tempore ratione approximationis ad nos, per sua instrumenta, & sunt lumen, & motus, generantes caliditatem, generationis instrumenta. Calor namq; solis diffusus in aere, & aqua, generat animalia, quæ ex putredine nascuntur. Et quemadmodum frigidi est condensare & obstupefacere; ita calidi est attrahere, & rarefacere, quæ præstat membrum calidum, sicuti est vterus · at illa humiditas discurrens ratione oblinitionis emittitur, qua delectationem percipit mulier in concertatione, congressuque venereo propter substantiam quandam spirituosam in semine existentē, præter alias voluptates, a quibus in illo certamine detinetur: nam persimilis motus percipitur, sicuti in risu persentitur, ratione motus titillationis septi transuersi. Etenim in coitu talis titillationis motus percipitur Signum quia adolescentuli a principio a venereo stimulo concitati, cum accedunt ad tempus emissionis seminis, a vehementi detinentur voluptate, quamuis nulla fiat seminis emissio quæ voluptas, ab illis scalpendo, excitatur; cuius tamen semen ad generationem non est idoneum ex sententia Aristotelis in

1. de genera. Anim. 20. 2. eius. 4. *1. de Generat. Animal. cap. 20. & 2. eiusdem cap. 4. Est n aquosum, & non spissum, quę cōditio reperitur in emissione seminis muliebris, in quo maxima viget aquositas, quod quidem ratione frigiditatis cōcoqui non potest. Quare concurrit illius sanguis, tanquā materia generationis: & semen viri concoquit & excrementa in sanguine existentia, ab illa præparato, secernit. Signum horum omnium penis longitudo esse potest, qua de re verba facit Aristo-*

Ibid. cap. 3. *teles 2 eiusdem libri cap. 3. Qui si immodicus sit quo ad longitudinem, genitura refrigeratur propter moram longioris itineris; & rectè quidem: nam citissimè caliditas illa cum sit spirituosis spiritibus repleta, aeri proportione respondentibus, euanescit infrigidaturque. Natura namq; caliditate, & humiditate gaudet, dummodo in moderantia qualitates istæ consistant, quomodo ignis*

2. de genera. Anim. 3. *nullum animal generare dicitur 2. de Generatione Animalium cap. 3. Tum quia membra non nisi per calorem nutriuntur, & est calor naturalis, cōcoctionem operās, cæterasq; naturales operationes, in corde tanquam in principio, & fonte existens, in totum corpus procedens, per venas, & arterias, tanquā per aquæductus, quo anima ad omnes suas peragendas operationes vtitur Vnde quādo dicitur, mulierem materiā conferre, nō intelligitur de illo corpore, in quo viget humiditas illa tenuis, & aquosa, quę coagulari, spissariq;*

sariq; non potest; sed sanguis est intelligendus, à quo illæ superfluitates remouentur, qui purus, defecatusq; redditur. Neq; semen viri quantitate agit, sed qualitate, a forma proueniente; quemadmodum dicimus ignem non agere inquantum ignis, sed inquantum calidus, quod expressit Arist. in libro de Sensu & Sen cap. 4. Cum & in semine, & in igne caliditas agat inquantum instrumentum formę appellatur, quę sit moderata; cum omne nimium cum natura inimicitiam contrahat. Quomodo fortasse exemplum saluari potest quod scribitur ab Auerroe in libro secundo Colliget, & in libro Collectaneorum cap. 10. de illa muliere, quæ balneata fuit in balneo aquæ calidę, in quo mali homines, cum essent ibi balneati, spermatizauerunt, in quod, cum quędam mulier ingressa esset, impregnata fuit, quę iurauit in anima sua, se cum aliquo non concubuisse. Caliditas namque moderata ad perficiendas operationes, necessaria est, itaut si vterus ad immoderatam caliditatem redigatur, mulier sterilis redditur, quam veritatem expressit Hippocrates in quinto Aphorismorum 62. dicens. Quæcunque vteros frigidos, & spissos habent, non concipiunt; sicuti & habentes vteros pręhumidos: extinguitur enim in eis genitura: & quæcunque siccos magis, & adurentes; nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quęcunque verò ex vtrisque mediocre habent temperamentum eę fœcundæ sunt, qua de re optimè loquitur Aristoteles in secundo de generatione Animalium cap. quinto, & sexto. Cuius sententia ab ea, quam assignauit Hippocrates non discedit, cum asserat, & sterilitatem ab ortu considerari posse propter læsionem partium, ad coitum accommodatarum, quomodo mulieres non pubescunt, & viri barbam non emittunt, sed spadones quidam sunt. Sed si ab extrinseco accidat sterilitas, id euenire potest, quia plenius nutritur corpus: nam ob multam pinguedinem, in vtero existentem, excrementum seminale in corpus absumitur, & pręcipuè in mulieribus ex defectu menstruorum, & in viris ex defectu genituræ; sed pręcipuè cum sterilitas est ab ortu, et præsertim quando in viris semen exile, frigidumq; est. Quod quidem & in alijs naturæ operationibus est vsq; adeò manifestum, vt confirmatione non indigeat. Nam experientia constat, ventres hieme, & vere natura reddi calidissimos, somnosque longissimos, vt propterea eo tempore copiosiora alimenta sint exhibenda: etenim tunc calor non acris, & mordax copiosior est, sed innatus calor, concoctiones, & alias naturales cele-

De Sensu, & sen. cap. 4.

2. Coll. 10. lib. Coll. 10.

5. Aphor. 62.

2. de genera. An. 5. 6.

brans operationes; & propterea pluribus fomitibus egent; indicio
1. Aph. 15. *sunt ętates, & athletæ, inquit Hippocrates in 1. Aphoris. 15. qua ratione scriptum est ab eodem æstate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hieme facillimè, secundum locum ver habet. Est enim in æstate & autumno calor imbecillis, non sic in tempore veris, & hiemis ratione concentrationis calidi innati, qui ratione antiparistesis ad internas partes demandatur. qui cum antea esset dispersus, vnitur, & virtus vnita seipsa dispersa fortior redditur; quomodo conseruatio, neque exalatio sequitur. Nam tunc perfectissimę concoctiones celebrantur, et sunt elixationes, quæ per calidum, & humidum fiunt, sicuti & in terris frigidis sunt perfectiores, quam in terris calidis: Nam calore fiunt exalationes, cuius munus sicuti est aperire, ita & rarefacere; eo modo eueniens in paruo mundo sicuti in magno mundo euenire, conspicuum est, & sicuti post assumptum cibum euenit. Pori namque clauduntur, quo pacto magis vigoratur calor. Quod & fabri ab experientiâ edocti præstant, super carbones ignitos aquam aspergentes, quò concentretur caliditas, vt magis ferrum ad igneam naturam conuertatur, calorisque gradus augeantur. Concurrit ergo in mulieribus illius membri debita temperies, sicuti, & seminis in masculo, generationem volens naturali cursu, & ex parte agentis, & ex parte materiæ, quomodo semen maris actiuè, sicut & masculus ad generationem concurrit, & non per semen frigidum. Quomodo compescentia vult natura respectu conseruationis indiuidui, & perfectarum operationum, ex calore naturali moderato prouenientium. Confirmatur ex anhelitu: siquidem nisi calori cordis occurramus per anhelitum, per quem euentatur pulmo, & per cerebri frigiditatem cordis caliditatem temperantem; cum semper aerē frigidum attrahamus quomodo cor recreatur, atque refrigeratur calore nimio, animal destrueretur, ex sen-*
De Respirationis vtilit. *tentia Galeni in lib. de Respirationes, quam sententiam desumsit ex Aristotele in lib. de Respiratione, quod quidem membrum*
De Respir. *adeò excedit in frigiditate, & humiditate, cordis caliditatem attemperans, vt propria illius ægritudo, familiarisque dicatur catarrus, quomodo verum est dicere, cordis seruum esse cerebrum. Tum quia ex vehementi adurentia hepatis, & ex consequenti ex maxima distemperantia, excedente in adurentia, perfecta concococtio impeditur, in elixatione consistens per caliditatem & siccitatem in modo. Vel potiùs per qualitates contrarias excedentes:*

nam

nam ab ingenti caliditate, & ſiccitate pinguedo omenti ventriculi abſumitur, qua fouetur calor innatus, perneceſſarius ad concoctionem, quomodo impeditur, cum ventriculus frigidus reddatur: & hanc veritatem manifeſtauit Galenus in libro quarto de Vſu Partium cap. 11. & vberius in cap. 9. eiuſdem libri, vbi dicit, eſſe conflatum ex pinguedine non pauca, vimque habere calefaciendi, ex ſigno confirmat illorum, qui vulnus in epigaſtrio, ideſt in abdomine accipiunt, in quibus per vulnus excidit omentum, quod, cum liuidum factum fuerit, coegit Medicum læſam partem abſcindere. Et omnes frigidiorem ventriculum ſentiunt, minuſque concoquunt, pluribuſque operimentis extrinſecus egēt, & præcipuè ſi quod abſciſum eſt magnitudine excedat. Quo in loco rationem reddens, cur in nobis iſta pars longiſſimè protrahatur, cum in omnia inteſtina extendatur, inquit, quia inteſtinorum concoctiones adeò ſunt imbecilles, eorumque pellis molliſſima, vt fouendi gratia, omentum ſit præparatum, quod cibi inſtrumentum à Galeno appellatur in libro ſexto de Anatomicis Adminiſtrationibus cap. 4. Et hanc ſententiam deſumpſit ex Ariſtotelis doctrina in libro quarto de Partibus Animalium cap. 3. Moderantia igitur requiritur, ad hoc, vt præſtentur a membris debitæ operationes. Quomodo dicimus, moderatam ſeminis caliditatem, & matricis ex parte mulieres homines reddere fœcundos, & ſemen maris ad generationem actiuè concurrere. Totum hoc ex quodam genere piſcium manifeſtare licet: nam cum fœmina foras oua emiſerit, ſuper illa maſculus ſpermatiζat, quod ſemen efficit, oua eſſe fœcunda, generanturque piſces; quod quidem euenire dicitur ratione caliditatis, in ſemine exiſtentis, ſine qua non fit generatio, quo quidem maſculus, perinde ac ſi eſſet inſtrumentum, vtitur. Et in generatione eſt ſicuti ſi materiam artifici præbeat, vt corpus fiat artificioſum, formam per inſtrumentum educendo. Sed neque Artifex, neque inſtrumentum, cum ſint cauſæ efficientes corporis artificioſi materia, cum in re facta non remaneant, dici poſſunt, ſicuti materia, & forma, in re facta manerent. Et quemadmodum artificioſi corporis forma in inſtrumento ſecundum virtutem reperitur, quam virtutem a vero agente habet; ſic & de ſemine dicendum eſt. Eſt enim generatio prima participatio cum calido animæ nutritiuæ; & rectè quidem, quoniam eſt operatio vitalis. Eſt igitur a vitali principio, & eſt anima quæ eſt principium vitę, operationumq; vitalium 2. de Ani-

4. de vſu partium 11. 9.

De An. adm. c. 4.

De part. Ani. lib. 4. c. 3.

2.de Aīa 14. 34. 2.de genera. Anim 3. *ma part.14. & 34. & 2. de Generat. Animal. cap. 3. Vtens instrumento, & est calor naturalis, quo corpora in lucem eduntur. Quare mulier prębet materiam, sicuti nutrimentum conferre dicitur. Dare verò materiam in generatione mulierem, ex hoc manifestum est, quoniam ante menstruorum aduentum, & postquam recesserunt, non amplius generat, nihilominus illam humiditatem emittit, & illa est sanguis, non sanguis menstruus, nisi contingat, mulierem esse in tempore menstruorum; cum si à menstruis expurgetur, potest esse sanguis bonus, demandatus membro, generationi deseruienti. Confert igitur mulier materiam, sed non semen maris, inquantum est generationis causa instrumentaria. Masculi perfectione hoc confirmatur, & imperfectione fœminę: quandoquidem causa, quæ in perfectione excedit, causæ efficientis rationem habere videtur; imperfectius verò materiæ. Neque possunt in materia conuenire in actu generationis illa, quæ semina dicuntur, quia masculus intus infundit: fœmina verò foras emittit. Tum quia nutrimentum præbens, est fœmina, & est sententia Arist in primo de Generatione Animalium cap. vltimo, & in secundo eiusdem cap.1. Sed sanguis dicitur sufficiens materia membrorum, cum ex ea nutriantur. Et non est differentia inter nutrimenti materiam, & materiam essentiæ: menstruis etenim caret mulier, dum est grauida, & ad quid multiplicare materias sine necessitate? Vnde sanguis omnium membrorum est sufficiens materia, cum ex sanguine omnes partes nutriantur contra Medicorum sententiam, qui rati sunt, ex illo nutrimento sanguineo partes sanguineas nutriri, & ex illo excremento partes spermaticas, qui in sanguineis est vltimum alimentum; in illis verò quæ carent sanguine animalibus id, quod sanguini proportione respondet, qui si in venis pulsatibus consideretur materiam habere dicitur a venis non pulsatilibus, quæ sententia Philosophis arrisit, vt videre est apud Aristotelem in 3. de Partibus Animalium in cap 4 & apud Auerroem in 2. Colliget cap 8. Et Auicenna diuidit menstruum in tres partes, in impurissimum, minus purum, & purissimum. Impurum tempore partus foras mandatur: magis purum ad mammas, quo generatur lac, sed purissimo vtitur fœtus. Neque est dicendum, partes spermaticas ex semine fieri: nam & spinæ, & ossa, & alia eiusdem generis inter partes spermaticas recensentur, & nihilominus ista partes videntur in illis, quæ ex putri materia generantur, & humiditas illa euomitur*

1.de genera. Anim.vlt. 2. eiuſ. c.1.

3.de Par. An. cap.4. 2.Coll. c.8.

mitur à muliere per vuluam in venereo congressu, & semen viri attrahitur, quomodo homo generatur. Et hæc est sententia Peripatetica, superquam fundamentum habet sententia S. Thomæ, in cuius gratiam hoc disputatum esse velim, confirmantis, Adamum, peccando, in suos posteros immisisse peccatum quod eis originale dicitur, quod non contraxissent, si sola Eua peccatum perpetrasset. Non enim Sanctus iste Peripateticos deserit, quemadmodum in hoc deserit Scotus, qui (vt arbitror) nè sentiret cum Sancto illo Doctore, vere mundi luce, & sale terræ condiente omnium posterorum doctrinam, potius doctrinæ Galeni assentit, potius contradicendi gratia, vt sui moris est, cuius doctrinam si sequamur, Sancti mei Doctoris sententiam ruere, nulli dubium est. Sed cur deserere Angelicum Doctorem, de quo dixit Crucifixus: Benè scripsisti de me Thoma? Et si benè, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habet. Accedamus igitur ad eum, & illuminabimur, & facies nostræ non confundentur. Venite filij, doctrinam illius diurnis, nocturnisque laboribus vobis comparate: sciens est enim, veramque diuinorum cognitionem, & oratione, & assiduo studio acquisiuit. Vnde nullam suę doctrinę molestiam infert doctrina Scoti, & aliorum, quam potius venerari debuerant, quam illi malo animo contradicere. Neq; dicatur in muliere ea omnia reperiri, quæ generationi sunt pernecessaria; siquidem illius membrum, generationi deseruiens, est ad instar testium, & membri virilis; collum namque matricis est veluti penis in masculo, & quemadmodum vir testibus est præditus, sic & mulier: & quoniam in forma conueniunt, eorum eadem est actio in specie, cuius semen si generationi non confert, inquantum est causa actiua, cur Deus, & natura mulieribus dederunt testes, generationi deseruientes, cum nihil frustra operentur? Et est perinde ac si diceremus. Vbi reperitur semen, ibi virtus actiua reperitur. Cum ergo semen sit in fœmina, quod & instrumenta manifestant, & emissio & viæ, per quas defertur semen, & sunt vasa spermatica, & motus, quo emittitur. Ergo per instrumentum seminis, & ipsa ad generationem concurrit. Ad venereum namq; actum concitantur, pruritus percipitur, in nocturnis pollutionibus delectantur, quomodo ea omnia confert, quæ à mare conferuntur. Confirmatur per rationem a similitudine desumptam. Nam multoties fœtus matri assimilatur, quæ similitudo ex natura communi originem ducit, & illa, aut est ex sanguine; aut ex semine.

Non

Non ex sanguine, qui non est in viro ratione generationis, cui quidem genitum assimilatur. Ergo ex semine viri, & mulieris, ex quorum miscella (inquiunt illi) sequitur generatio, quæ virtuti formatrici est attribuenda, actiuè conferens. Tum quia mulier feruentiori amore amat filium, quàm pater, quomodo illius opus dici potest. Sed ista argumenta non sunt alicuius momenti, neque Peripateticam sententiam destruunt. Vnde quando dicitur, in muliere ea omnia reperiri, quæ generationi deseruiunt, eique sunt pernecessaria hoc non est negandum; quandoquidem natura, quando benè operatur, non deficit in necessarijs: nam veluti materia est necessaria, præstat materiam, dat nutrimentum, habet testes, emittit semen, totum verum est. Sed quando dicitur, illius semen generationi deseruire, hoc est negandum, cum generationi non sit idoneum, ratione humiditatis nimiæ, ibi vigentis. Debet namque semen esse spumosum, in quo spiritus continentur, per quos res generantur, quomodo ratione seminis imperfectum dicitur, vt ad perfectionem reduci non possit, quia (vt dicebatur) virtus, in fœmina existens, nõ est tantæ efficaciæ, vt illud ad rationem perfectæ caliditatis, & spumositatis reduci queat, ratione frigiditatis sexus, vt potius aquosa humiditas appelletur. Operatur namque semen per debitam proportionem caliditatis, quæ est illius forma, atque perfectio; sed confert materiam eo modo, quo vnus artifex, scilicet coriarius calceolario materiam præstat. Vnde insequuntur quędam differentiæ ex parte materię, quę illius conditiones, seu apendices dicuntur; & rectè quidem: nam quemadmodum proprietates à forma pullulant, atque emanant, illamque ita sequuntur, vt nulla vi, quantum vultis maxima auelli possint; ita apendices quædam materiæ nulla naturali via ab ea segregantur, quomodo illa humiditas auferri non potest, quæ non est tantę efficaciæ, vt ad generationem conferat; quia requiritur debita proportio caliditatis, qua caret. Tum quia nigræ præsertim absque spermatizatione concipiunt: nam illa humiditas in mulieribus albis abundat potissimum, parua pilorum quantitate carentibus. Et totum hoc manifestat Aristoteles per argumentum, a signo desumptum ex ouis subuentaneis, foras a gallina editis, quæ nullatenus generationi deseruire possunt; sed cum gallus, & gallina coniungantur, & nondum commutatio in album facta fuerit, ex subuentitijs Zephirijsque fœcunda redduntur. Vel coitus sequatur, adhuc existentibus luteis, si cum alio gallo coniungatur,

gatur, eo simile generatur omne genus pullorum: Et hoc similitudinem inquirentes, optimè noscunt, dum volunt, gallinas generosas procreari, teste Arist. in 1. de Gen. Anim. cap 2. & 2. eiusdem cap 3. Vnde sequitur nocturna pollutio in mulieribus illius seminis, humiditate maxima scatentis, vt formaliter semen dici non possit, quod emittitur, vt dicebatur ratione delectationis. Neq; omnes partes in homine necessitatem ineuitabilitatis concernunt, cum mammillæ datæ sint ratione pulchritudinis, & venustatis, quomodo dati sunt mulieribus testes, vt percipiant delectationem: nam & inter boni species, & bonum delectabile connumeratur. Potest nè aliquid naturali cursu absq; materia fieri? Absit. Necessariò igitur requiritur, vt materia præstetur, quod & artes, & Arist. docet, inquirendo illius necessitatem in 1. de Phys. Aud. 62. & 63 Et rectè cognoscitur transmutatione, qua in cognitionem primæ materię deuenire licet, & ex potentia, & multis habitudinibus ad diuersas formas, quomodo necessariò principium passiuum est supponendum proportionatum ad formam, quæ ab agente ex vtero materię educitur. Et ex hac doctrina respondetur ad ratiocinationem ex similitudine desumptam, quæ ex materiæ conditionibus euenire potest. Totum hoc monstra nobis patefaciunt, quæ oriuntur ex copulatione diuersarum specierum: nam mulier, & materiam, & nutrimentum præbet, sicuti & mulus attestatur, in quo & partes equinę, & asininæ vigere videntur, asininæ ratione agentis, & equinæ ratione patientis; quia equa dat materiam, & nutrimentum. Ex quibus illud emanauit prouerbium Semper aliquid noui affert Africa. Et similitudo respectu matris est quo ad personalia; nam quo ad speciem masculo assimilatur, sicuti patet in ouiperis. Ad illud de amore materno in filios, qui a matre plus amari videntur, quam à patre, hoc nihil confirmat, quia mater magis ad amorem affectus videtur procliuis, in qua magis affectus amoris imprimuntur, qui temperaturam corporis sequuntur, & quia partus suos esse cognoscunt et eò magis, quia in partu dolores perceperunt, & præsertim si illos lactauerint; At pater quo ad effectum magis amat. Et illa extensiuè, pater verò secundum actum intensum: mulier enim affectibus habenas immittit; sed vir res tacitus considerat Remanet igitur vera sententia Sancti Thomæ, quod si Eua in peccatum non incidisset, & non primus parens, peccatum originale non fuisset contractum, neque in mundum inimica mors ingressum habuisset.

1. de genera. An. c. 2. 2. eius. c. 3.

1 Phy. 62 63

set. Et re vera mulier producta est, vt esset in adiutorium viri, & præcipuè quo ad generationis opus, quam veritatem docet D.
1. par. q. 92. art. 1. *Tho. in 1. Par. Sum q. 92. art. 1 Quomodo est intelligendum quod*
Genes. 2. *scriptum est in lib. Genes. c. 2. Non est bonum hominem esse solum; faciamus ei adiutorium simile sibi, quod etiam manifestum est ex*
Ibidem. *hoc, quoniam dixit Deus, futuros esse duos in carne vna, quam*
1. ad Cor. 6. *veritatem expressit etiam D. Pau. in 1. ad Cor. c. 6. dicens An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, vt non sint duo, sed vna caro? & totum hoc ratione copulę carnalis, qua rōe primo est exhausta costa Adami, vt mutuus intercipe-retur inter virum, & mulierem amor, ratione generationis cum amor affectio cordis, generationisq́; pater esse dicatur Signū istius*
Genes. 1. *veritatis esse potest illud Genes. cap... cum n. creasset Deus omnia sensibilia animata anima sensitiua, fecissetque masculum, & fœminam, statim generationis actum præcepit, inquiens Crescite, et multiplicamini, & replete terram Fuit igitur intentio principalis creatoris nostri Dei fœminam producere, vt homini auxilium præberet ad generationis opus, dando materiam fœminæ, quæ generationi esset idonea. Confirmari potest hæc doctrina ex plantarum generatione ad quam concurrit semen, in quo virtus reperitur, qua planta generatur similis plantę, ex qua semen illud extractum est. Semen ex se consideratum non generat. Requiritur igitur terra, qua cooperiatur, putrescat, & in plantam transeat, quæ recipit: vnde materiæ rationem habet respectu generationis plantæ, quę & ipsa plantis confert nutrimentum, sicuti & mulier, & fœtui in vtero, & exeunti ex vtero, nutrimentū confert Vnde secundario concurrit mulier ad cæteras operationes domesticas. Signum quia ratione cæterarum operationum non interuenit inter virum, & mulierem tantus amor, sicuti in actu generationis qui omniū maximè desideratur inter operationes naturales animales, ratione delectationis nam omnia ferè alia absq́; labore præstari non possunt, qui dolorem concernit, nec ab re, quia ex operationibus sudor. Ergo & labor: & tamen cibus, & potus multa suauitate repleti non sine labore, qui si præcesserit sudor, gu-*
Genes. 3. *stantur, iuxta illud Genes. c. 3. In sudore vultus tui vesceris pane*
Psal. 117. *tuo. Et illud Ps 117. Labores manuum tuarum, quia manducabis. Tum quia actus iste comedendi ad illum finem refertur, alioquin non sequeretur generatio, quæ fit beneficio seminis, ex alimento prouenientis. Producta est igitur mulier quo ad principalem*

finem

finem ratione generationis filiorum, qui actus est adeò naturalis, vt naturalissimus ab Arist. in 2. de An. p. 34. appelletur. Ergo requiruntur omnes causæ, & mulier finis non dicitur, neq; forma, neq; agens, sed recipiens. Ergo rõnem habet materię. Quod ex hoc confirmari potest, quia mulier sub potestate viri esse dicitur Gen. c. 3. dominium igitur habet vir. Ergo uir mulierem nobilitate excedit. Ergo vir agentis rõnem habere dicitur, & agens nobilitate excedit passum; & præcipuè cum fœmina sit mas occasionatus. Et quando dicitur mulierem auxilium præbere viro in generatione, efficientia non consideratur; sed eo modo quo terra concurrit ad generationem plantarum, virtute seminis, imbrium beneficio, solis, & cæterorum corporum cœlestium per sua instrumenta agentium, & sunt motus, & lumen, quibus generatur calor Persistit igitur in suo robore sancti Thomę ratio, scilicet, si Eua peccasset, & non illius vir, posteri peccatum originale non contraxissent, & causa redditur, quia peccatum originale per iam dictã actiuam generationem, quę est a primo parente, transit in posteros: vnde filij essent in statu innocentiæ, in eis vigeret iustitia originalis, quam amisisset Eua, si in peccatum incidisset, non eo modo considerata inquantum est donum naturę, quomodo primo parenti sua benignitate, bonitateque illam Deus elargitus est; sed inquantum erat personalis iustitia, quippe quæ gratiam per illud amisisset quæ radix iustitiæ originalis nuncupatur & illius causa; quamuis Caietanus dixerit, amisisse iustitiam originalem, quo ad effectus superiores, non inferiores, quæ ex diuina prouidentia vsque ad peccatum primi parentis erat conseruanda, & sic intelligitur quo ad totale donum, quod datum fuit Adæ, qui futurus erat causa efficiens; quoniam primus parens, omnes mouens per generationem totius naturæ, quæ in posteros per generationis actus erat, & traducenda, & conseruanda, causa dicitur. Ex quibus manifestum est, hominem à principio suæ creationis non esse creatum eo modo, quo nunc in lucem editur, qui est pronus ad malum ab adolescentia sua, vulneratus eo sæuissimo vulnere quod est peccatum originale, quo infirmitatem contraxit, qui amittens originalem iustitiam, factus est ignorans per peccatum, qui nihilominus rectus, iustus, sapiens, & absque mala concupiscentia creatus est, cui sufficiebat gratia, & iustitia originalis, dona re vera supernaturalia, quibus erat decoratus, consequẽtia ea omnia, quæ formam consequuntur, & erat immortalitas. Sed audiamus

2. de Aĩa 34.

Genes. 3.

mus quid euenit post peccatum, quod notum erit, si quærimonias
Ad Rom.7. *Diui Pauli audiamus in Epistola ad Romanos cap.7. dicentis Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Perpendamus statuum conditiones. Nunquid in primo statu homini dictum est. Clama? Et quid clamaturus erat? Clamor; Ergo dolor. Et vnde dolor? Quia patitur pœnam clamans. Sed vnde pœna? à culpa. At nullum ex his, quia nulla culpa. Ergo nulla pœna. Ergo nullus dolor. Ergo nullus clamor; & tamen*
Isaias 40. *dixit dominus Isaiæ cap.40. Clama, cui responsum dedit Propheta. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri, exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Non sic in statu innocentię, sed in statu naturæ lapsæ. Excogitemus statuum diuersitatem, dum in primo ab erubescentia non molestantur, sicuti post peccatum. Nullus igitur interitus; post peccatum verò, & quas non vidimus miserias? Omne malum occasionem habuit à muliere, quæ omnes ferè mel in ore gerunt & intus te offendere quærunt. Hoc intelligemus, si vias primæ matris omnium intellexerimus, quæ penetrarunt in interiora mortis. Perpendamus igitur, vnde mortem, & mortis occasionem, & videbimus, in statu innocentiæ à mundo mortem fuisse alienam, neq; mortẽ habuisse introitum in orbem terrarum. Et totum hoc, quia primus parens fœlicitate fruebatur in illo primo statu, quę nam igitur miseria? quæ necessariò contingit in morte respectu vitæ animalis, quomodo verè enunciat D. Paulus. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? quia contraxit peccatum illud, qui à Deo derelictus fuisset, si cum macula illius peccati in pœnam mortis incidisset; cùm tamen si Adam non peccasset, ab omni malo, & pœnæ, & culpę illum dominus custodisset, cui propterea illud supernaturale donum contulit, effectum supernaturalem producens. Vnde semper conclusio in sua veritate permanet, Adamum in illo fœlicissimo statu fuisse immortalem creatum, qua immortalitate debebat frui, si in peccatum non incidisset. Et immortalis absolutè, mortalis verò cum conditione. Et ista dicta sufficiant, quo ad Secundam Partem Quæstionis propositę.*

Finis Secundæ Partis.

QVAESTIONIS THEOLOGICAE TERTIA PARS.

Vtrum primus omnium hominum parens in statu innocentiæ, in quo Deus creauit illum, esset immortalis.

Introductio ad Tertiam Partem Quæstionis, et ad solutionem argumentorum per sententiam Empedoclis.

EMpedocles quatuor elementa, principia materialia esse, arbitratus est; litem verò, & amicitiam causas efficientes: lite fieri disgregationem, amicitia autem res congregari, & vniri; est enim amor vnitiua virtus Vnde ex lite contradictiones, inimicitiæ, concertationes resultabant, & in naturalibus per contrarias qualitates adinuicem, cum sint contrariæ, concertantes, sicuti & per contrarietatem, quæ inter formam, & priuationem interponitur. At non tantum discordia in rebus naturalibus reperitur; verum etiam in veritatis disquisitione, quæ, ad inquirendam est ex parte difficilis, sicuti qui illam inuestigari volunt, experiuntur, & nobis Aristoteles in 2 Metaphys. part. 1. 2.Mat.1.
Significauit, quæ, cum multotiès in profundissimas, densissimasq; tenebras abdita latitet, ex illis aut non educitur, aut maxima difficultate

ficultate spectanda proponitur. Signum esse potest, quia tot, tantaeq; opiniones, tot tantaeq; rixae, difficultatesque, tum ex parte definitionis, tum ex parte demonstrationum; quibus veritas comparatur ante oculos mentis proposita, de illa circunferuntur, quae cum non solum bona verum etiam optima ab intellectu, ipsam percipiente, iudicetur, tantum ardorem sui in animis hominum excitat, vt nunquam digladiari inuicem desistant, illam esse inuentam existimantes. Animaduertamus labores, perpendamus peregrinationes, excogitemus qui sumptus sectarum, legum, morum, & religionum diuersitates. Hic vult Epicureum sectari, ille in moralibus Socratis vestigia sequi proponit: quidam se totos Platonicae doctrinae donant: nonnulli ad Aristotelem in omnibus, tanquam ad sacram ancboram confugiunt; qui tandem adinuicem pugnantes, praeter illas propositiones quarum veritas nobiscum innasci dicitur, cum, quando, vnde, & quomodo intellectui humano aduenerit, ignoramus, paruam de rebus habere notitiam experiuntur, & illam rarò esse per demonstrationem, veramque definitionem, quoniam nos latent; sed per syllogismum topicum processu temporis animaduertunt incauti difficilem esse veritatis cognitionem. Sed misertus nostri dominus Deus per eius filium Dominum nostrum Iesum Christum veritatem nobis patefacere dignatus est, à quo vera Theologia exordium sumpsit. Qui omnia, quaecunque à patre suo audiuit, nota fecit nobis, generans in anima suorum fidelium fidei verissimum, certissimumq; habitum, per quem intellectus decipi non potest, quem habitum despicientes Philosophi miserrimè in syrtes, scopulosque impingentes, naufragium faciunt, qui lites, dissentionesq; continuas cum Theologis habentes, vnanimitatem inter Philosophiam, & Theologiam auferentes, litem inter illas inimicitiasq; & funebre bellum procurant; sed Theologia prudentissima Virgo, omniumq; perfectissima, à Deo originem trahens, omnium domina, omnes alias in sui seruitutem redegit scientias, quę illius sinceritatem introspicientes, candorem ipsius, nullis fucis indigens, quia natura sua omnes pulchritudine excedit, illam admirantes & amore eam prosequuntur, & quod magis est famulantur illis, & pręcipientes, atq; imperantes sui amatores, & sunt Theologi, vt omnes & in illius, eorumque seruitutem redactae fuerint; & recta ratione, cum nomen, rationemq; sapientiae sortita fuerit: nulli etenim ita conuenit nomen illud. Dicimus sapientiam esse, & humanam; sed

illa diuina appellatur. Vnde illius est ordinare, ex Prologo Metaph. Et multomagis diuina, quam humana ordinat intellectum nostrum ad veritatis cognitionem, quæ est de Deo, & de rebus diuinis. Est enim humana sine diuina, stultitia apud Deum, quam vidit D. Paulus, scribens ad Rom cap. 1. dicens de Philosophis, humana sapientia præditis; cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt; sed euanuerunt in cogitationibus suis, dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt; sed Theologia omnium aliarum certissima, a Deo per supernaturale lumen ortum ducẽs, misit ancillas suas, vocare ad arcem, & ad mensa ciuitatis, Prouer. cap. 9. Omnes retinens conditiones, quę sapientiæ conuenire videntur, quas Arist in Prologo Metaphys. recenset. Scit namque omnia maximè, sicut decet: difficilia cognoscit, & sunt vniuersalia incausando, ad cognoscendum difficillima, quoniam sunt à sensu remotissima, vt ibidem scriptum est. Certa cognoscit: ille namque sapientior vocatur, qui de rebus perfectiorem adeptus est cognitionem. Scit propter se, & non propter finem alterius scientię, ab humano ingenio inuentæ: quomodo ad illas ratione habita sui ipsius gratia est eligibilis, sed non habita ratione ad illam sapientiam, qua beati in patria fruuntur, quæ ab homine eligitur ratione illius eiusdem finis, quo potiuntur beati per lumen gloriæ, quæ conditiones, quo'ad humanas facultates ab Aristotele Metaphysicæ in Prologo eiusdem attribuuntur. Omnium igitur domina est Theologia nostra, facta comparatione ad scientias, humanitus inuentas, cui cætera omnes famulantur, redigendęque sunt in obsequium fidei. Sed si inter ancillas, & dominam lites aliquando interueniant, Doctor Theologus fœdera pacis excogitet, illasq; dirimere studeat, illas in dominę seruitutem reducendo; digna namque est cui aliæ obsequium pręstent, & veritatem illius aduertendo, eam omni studio, omnique conatu amplexentur, quæ si nolint in illius obsequium iter facere, suam nobilitatem, dignitatemque despiciendo, tanquam indignæ egrediantur, abeantque pauperrimæ post vestigia gregum suorum, perinde ac si ignorarent seipsas, & tanquam fatuæ virgines, secum oleum non portantes cum fęlicissimo Sponso agni nuptias non ingrediantur, nolentes earum intellectum in obsequium illius nitidissimę, pulcherrimæq; virginis redigere, quæ fides dicitur, cui quidem altera Virgo innititur, quę Theologia vocatur. Vidimus iam inter illas dissentiones ortas; sed pacis fœdera consideranda restant, nè segregentur,

In Pro. Met.

Ad Rom. 1.

In Pro. Met.

Ibidem.

Ibidem.

tur, & eò præsertim, quoniam concertationes interimi, dirimiq; possunt; quæ si forte à peruicacia detineantur, illud audiant, quod
Matth. 25 *virgines fatuæ audierunt, introire ad nuptias volentes. Amen dico vobis, nescio vos. Vel potius fides, facultasque Theologica & pugnis & calcibus à maximo ardore iracundiæ accensæ, concitatæq; in illas irruant, illas ad terram prosternentes, miserrimè lacerent, capillosq; euellant, easq; omnino dilacerent, & vt asperæ tigres, aut getulæ leunculę eas frangere persequantur, quæ, cum antea dissentirent, litesq; magnæ superuenerint contra dominas maxima violentia pedissequæ sagittas immiserunt, quibus nihil molestiæ intulerunt: pectora namque dominarum loricà adamantina tecta, ictibus resistentiam fecerunt; sed post impetuosum, violentemque ictum illarum alumni Philosophi iacula philosophica cuspide orbata esse, viderunt; quæ tandem cum animos erga dominas sedarent, decorem, nitoremque dominarum aspicientes veritates ex illarum oribus procedentes & admiratæ, & veneratæ sunt, sicuti, & illarum alumni Philosophi, & mitibus mutare quærentes tristia, veniam ab illis petentes, opprobrijs recantatis, fidem, & Theologiam amplexati sunt, & humanas scientias, & illarum amatores, illarum mentes compescentes, furorem in benignitatem reducentes. Vidimus in prima parte controuersias, quæ ortę sunt inter pedissequas, & dominas. Fides, & Theologia veridicæ virgines veritatem spectandam de hac quęstione proposuerunt. Reliquum est, vt Doctor Theologus, manifestet, quare iacula illa, summa violentia iaculata, neque minimum quid illarum adamantino pectori vulnus non intulerunt, & veritas quæstionis in hanc splendidissimam lucem appareat non deturpata, sed semper nitida.*

Soluitur

Soluitur ratiocinatio prima Primæ Partis Quæstionis, per quam doctrinam multa argumenta solui possunt.

AD primum igitur, quando dicebatur, primum parentem esse compositum ex principijs contrarijs. Respondetur. Si ille in statu iustitiæ originalis consideretur, quo ad sua principia naturalia interitui erat subditus; nam verum est dicere, cum materia semper priuationem esse coniunctam, quæ quidem ex consequenti ad maleficium tendit, & ab esse ad non esse: contrariorum siquidem vnam scientiam esse, omnes confitentur Philosophi, & experientia docet. Cum autem totum esse, & bonum in actu à forma pendeat, dante etiam vnum esse, & priuatio formæ contrarietur contraria ab ipsa prouenire est iudicandum; quomodo ad maleficium, & non esse tendit. Appetitus igitur ad nouam formam conceditur, qui irritus, atque inanis secundum naturæ cursum esse non potest, cum habita forma sit expellenda, quę sub illa materia amplius permanere non potest; sed non ratione formæ, & est intelligendi anima, à qua esse prouenit, a parte post immortalitate gaudens. Impedimentum est igitur in homine respectu materiæ: At cæteræ formæ naturales ex intimis materiæ penetralibus erutæ, esse, vnumq; esse conferunt, quarum à materia separatio, earum interitus esse dicitur, vltrocitroq; causæ in diuerso genere. Et in istis formis non est statuendum esse agens supra materiæ vires, et supra omnium agentium facultates, interitum prohibere valens; quamuis hoc si Deus vellet pręstare posset, quemadmodum in Adamo eo tempore prohibebatur, qui, Dei præcepto parere nolens, peccatũ perpetrauit. Quare immortalitate erat gauisurus in actu exercito, nisi conditionẽ, pactumq; fregisset, mutãs statum; qui nihilominus cautus redditus est, nè mortẽ pro vita eligeret, et sic volens vitam, Dei præceptum trasgrediẽdo, mortem adinuenit, incidens in Dei iustitiam vindicatiuã, qui re vera non erat prius vltor, quàm homo peccator; siquidem culpa vindictã præcedere debet. Et tũc materię appetitus a iustitia originali coercebatur, illius contingentiã prohibente, qua mors in orbem terrarũ introire non

posset, quæ post peccatum commissum nullam habuit compescentiam; cum tamen antea pugnæ probiberentur, quæ inter contraria eueniunt, tabes, violentiæ, & demum omnia mala, quæ materiæ necessitatem insequuntur, & totum hoc (vt dicebatur) per conseruationem illius doni, quo cætera, quæ donum illud sequuntur conseruantur, quod cum ei fuisset ablatum per peccatum, quid mirum, si mutando conditionem, euanuerint alia dona supernaturalia, & in puris naturalibus primus omnium parens permanserit? Et tunc mors ex parte materiæ naturalis erat dicenda. Sic enim à natura comparatum est, vt ea, quæ ex materia, & contrario sunt composita, ortui, interituiq; obnoxia dicantur, et pœnalis per diuini beneficij ablationem. Et inter sensus primus est sensus tactus, in quo cæteri omnes fundamentum habent cuius organum necessarium est, esse medium inter contraria, quomodo congruebat animæ, corpus ex contrarijs esse compositum, & secundum hac conditionem ad formam aptitudine caret: quandoquidem forma confert esse. & vnicum esse: esse autem, & non esse contrariantur adinuicem; non esse enim destruit formam, vt esse à forma prouenire dicatur, quomodo dicimus, interitum esse viam ad non esse, quod quidem esse ratione contrarietatis aboletur. Anima igitur intellectiua semper ad esse concurrit, cum immortalitate gaudeat, non sic cæteræ formæ naturales, quæ per accidens generantur, et intereunt. Quare ex contrarijs sequitur interitus, quoniam humanum corpus ex quatuor elemẽtis est compositum, quod quidem animæ æternæ non est proportionatum: nam quæ proportio æqualitatis, seu æquiparantiæ inter perpetuum a parte post, & generabile, & corruptibile? Nulla re vera, nisi conuenientiæ. Vnde eligitur illud corpus, quod non eligeretur, si inueniretur aliquod corpus, quod ex quatuor elementis esset compositum, & incorruptibilitate frueretur, quemadmodum in secunda parte dicebatur de illo ferro, ab artifice electo ad formam artificiosam. Sed Deus sua omnipotentia, totius entis causa, prohibere poterat materiæ necessitatem, illiusq; potentiam, appetitumque ne in actum erumperet, et in æternum Adamum conseruare, de quo beneficio se indignum peccando, reddidit. Necessitas igitur moriendi a peccato, a materia naturali cursu, non à forma, apta ad conseruationem hominis, quia incorruptibilis; sed illius complementum ex supernaturali virtute erat futurum. Et propterea verum est, quod scriptum est in secunda parte, quod desumebatur ex doctrina Aristot.

in 2. de Cœlo part. 37. Omnem defectum s. senectutem, decrementum, omnesq; impotentias esse præter naturam, & hoc est intelligendum de natura particulari, quæ per formam esse, et vnum esse retinet; sed non secundum naturam vniuersalem, quomodo sequitur generatio, & interitus, augmentum, & decrementum & aliæ impotentiæ propter potentiam, appetitum, & naturalem inclinationem ad nouas formas, quia generatio vnius est alterius interitus, & cum reciprocatione; & eò potissimum, quia materia contrariorum susceptiua esse dicitur, quæ cum maximè distent, ab ipsis est interitus, cum violentiam patiantur, quæ immortalitatem probibet. Iure optimo igitur dicere possumus, Adamum primum omnium hominum parentem in statu innocentię aliquo modo fuisse immortalem, & aliquo modo mortalem; sed magis immortalem, cui illi hæc absolutè conuenirent: mortalitas verò, si in peccatum incidisset. 2. de Cœ. 37

Et si quis dixerit, Deum hanc moriendi necessitatem euitare potuisse. Dicendum, quod in rerum naturalium constitutione non est considerandum, quid facere possit Deus, sed quid rerum naturæ conueniat: nam satis fuit Deo suam benignitatem, liberalitatemq; ostendere, qui contra mortem remedium inuenit, qui noluit cogere Adami voluntatem, illamque esse voluit eo modo, quo creata fuit, quæ fuit libera ad bonum, & ad malum, vt s. bonum eligeret, malum autem euitaret, qui noluit malũ culpæ, quod Adam, peccando, voluit; sed voluit malum pœnæ, ratione Dei bonum, iustitiam concernens; sed malum Adamo, quod noluisset; cum bonum illud esse dicatur, quod omnia appetunt, quod est peccatori malum habita ratione ad finale malum: nam multoties illud, quod reputatur malum ad finale bonum tendit, cum Deus ex malo bonum eligere sciat, ne illius iustitiæ fiat iniuria, reddenti vnicuiq; secundum opera sua. Sed ex hoc diuersi status emanabant & status naturæ institutæ, & destitutæ post peccatum, & restitutæ postquam de commisso peccato fecit pœnitẽtiam: vnde & cõcentus harmonicus & post illũ dissonantia, & pugna, confusioq; in humano corpore, chaosq; magnum apparuit, in quibus oĩum inimica mors dominium habuit. Argumẽta igitur in cap quæst. excogitata in statu naturæ destitutæ modo, et cursu naturali, in quo primus parens post peccatum permansit, sunt intelligenda, & quo ad nudæ materiæ conditiones; cum neq; febrem, neq; alias ægritudines, neque marasmum, neque alia mala, neq; mortem passus fuisset; cum

per causæ ablationem effectus in actu non ponatur, per auxilium causæ agentis supernaturalis, quod per peccatum ad tempus subtraxit, quod tractu temporis fuit impertitum, gratiam suam illi conferendo, nunquam illum destituens Deus quo ad auxilium sufficiens, quod à nullo aufertur, pluens super illos, qui præditi sunt iustitia, & à quibus iustitia abest, solem suum oriri faciens

Matth. 5. *super omnes, & iustos, & iniustos Matth. cap. 5. conferens efficacia auxilia, si auxilijs vniuersalibus optimè vtantur, quibus salus confertur. Et quamuis gratiam, quam peccando amisit, recuperauerit Adam, nunquam tamen originalem iustitiam, donum humanæ naturæ elargitum, quo ipse, & sui posteri immortales reddebantur, si in statu innocentiæ vitam duxissent. Quare ratiocinationes naturales ex naturalibus scientijs desumptæ secundum naturæ cursum sunt intelligendæ. Sicut enim ars rerum artefactarum est principium, & voluntas eorum, quæ ad voluntatis actum pertinent; sic natura naturalium est principium, supra quæ principia aliud principium vniuersale reperitur, a quo omnia dependent, infinitæ virtutis, valens ea, quæ a natura dependent prohibere, & est interitus in simplicibus corporibus, naturalis secundum partes, & in corporibus mixtis secundum totum. Et re vera ex corporibus simplicibus, & sunt quatuor vocata elementa, fiunt corpora mixta, quæ in illis resoluuntur, sed quo ad impedimentum multa erant, quibus interitus prohibebatur; status, qui erat innocentiæ; donans infinitæ virtutis naturę cursum compescens, donatum & animæ immortalitas. Perpendamus primum parentem in statu illo, erat re vera ligatus multis ligamentis; ligamenta erant materia, & forma, & ex consequenti ex actu, & potentia, ex quibus vnum quoddam resultat, quia ex*

8. Met 15. 2 de Ani 7. 7. Met. 49. *duobus entibus in actu, non fit vnum per se, ex libro octauo Metaphys. part. 15. & 2. de Anima 7 quomodo in 7. Metaphys. 49. in hoc Democriti sententia laudatur: omitto prudens ligamenta metaphysicalia, quæ compositiones metaphysicales dicuntur; qui nexus physici adeò fortes esse dicuntur, vt ad illorum dissolutiones sola mors requiratur, quæ est separatio animę a corpore, quę est forma, & actus: corpus verò materia, & potentia, ex vestibulo*

In prin. 2 de Anima. *libri secundi de Anima. Et si potentia, naturaliter contradictio; quandoquidem omnis potentia passiua potentia contradictionis*

6. Met. 17 *est appellanda 9. Metaphys. part. 17. quam cōtradictionem Deus auferre poterat. Vnde materia, & forma vnà cum originali iustitia*

stitia, & gratia quatuor ligabant elementa, illorum principia, quæ ex his componuntur, quæ primæ qualitates insequuntur, & alia accidentia, ex quibus homogeneæ, & ex his etherogeneæ partes conficiuntur, & ligans erat Deus animam conferens, in sufflando in faciem eius spiraculum vitæ. Vnum igitur erat animal primus parens, multis ligamentis ligatum, cuius vnica erat virtus spiritualis ligans, illius principium formale, a qua ordo emanabat, & vniuersus ordo ad ordinem primi principij, vniuersale ligantis, quod diuersis ligamentis membra diuersa, qualitates contrarias, diuersos humores, quatuorque elementa, similares, dissimilaresque partes, diuersos sensus tum exteriores, tum interiores, isti cum corpore, corpus cum anima, anima cum voluntate Dei per instrumentum caloris concordi pace ligauit, medijs intercedentibus & gratia sua, & originali iustitia. Vnde immortalitas, donum supernaturale ex alio supernaturali dono insurgebat, & propterea immortalitas fuit per gratiæ donum. Quapropter, cum dicitur, Adamum esse compositum ex principijs contrarijs. Dicendum ex se esse contraria quæ nihilominus in eo statu concordi pace erant ligata, quemadmodum in magno mundo elementa quatuor, & sic non per naturam, sed per gratiæ donum. Vnde nihil est, quod dicatur de potentia materiæ, quia post peccatum in potentia naturali esse dicitur ad alias formas recipiendas, quæ potentia sicuti & appetitus eius a Deo compescebatur; volebat namque esse in eo potentiam, sed obedientialem. Quare nihil de priuatione materiæ in eo statu erat curandum, quæ beneficio agentis erat sicuti materia cœlestis corporis, quæ sua forma contentatur, ad nullam formam habens appetitum; sed tantũ ad illud vbi, quo caret, totum diuina virtute operante, supra naturam imperium habente. Sunt enim illius scientia, & voluntas causæ totius entis, quibus nihil resistere potest. Cum igitur in prima parte contrarium confirmare videbamur, dicentes. Omne illud, quod est compositum ex materia, & forma, est ortui interituique obnoxium, verum est in statu naturæ destitutę, & restitutæ; sed non in statu innocentię, qui status naturę institutæ appellatur, in quo institutum est ab ęterno in mente Dei, nunquam mortis pœnam fuisse passurum, si statum illum, Deique præceptum non violasset, irritumque fecisset, pactumque non fregisset cum nihilominus status erat reparandus, tollendusque erat naturæ defectus per mortem Christi; cum tamen post felicissimum illum statum

tum, verum est dicere, mortalitatem materiæ esse intrinsecum prædicatum, ex naturę principijs pullulans, atque emanans, sed impedimentum naturæ primo a causa extrinseca proueniebat. Nam & quæ necessitas naturalium principiorum, ad hoc ut homo naturę diuinę particeps, finem illum consequatur, excedentem naturæ capacitatem, & vires humanas? In sui igitur creatione aliquid fuit dono datum, excedens naturalium principiorum facultatem. Sed nunquid perpetuum esse ex naturalibus principijs? Nullo modo; sed statutum fuit, vt anima, quæ ad illum nobilissimum supernaturalē finem fuit ordinata, materiæ esse perpetuum communicaret. Et quoniam potestas animę super corpus consequebatur ex finis ordinatione, ad quem erat ordinata, illius effectus impediri non poterat, nisi interueniret illius deordinatio à fine, qui ad operandum mouet agentem causam. Sed nunquid deordinatio sine peccato, & illa deordinatio tangens supernaturalem finem? minime quidem; quandoquidem est auersio ab incommutabili bono ad bonum commutabile, qua de causa Adam accepit iustitiæ originalis donum; at non adhuc primus parens in illa fuit confirmatus, qua ratione illius effectus impediri poterat. Vnde cum posset peccare, & mori etiam poterat; & cum actu in peccatum incidisset, actu mortuus est, qui ante mortem respectu illorum principiorum dicebatur mortalis, & cum conditione, si incidisset in culpam; sed immortalis inquantum poterat non mori. Sed potentia moriendi statim in actu perduci non poterat, nisi praecederet animę immutatio per peccatum, quod, cum consumatum fuerit generauit mortem. Neq; secundum rei veritatem materia est æterna, cum Deus sit omnium creator; sed illam esse concreatam dicimus, quomodo per generationem non fuit facta, quæ est ex aliquo, quam nouerunt Peripatetici, necessariò subiectum requirentem, necessariò agentem causam expostulantem, materia ad opus indigentem, quam quidem agitat, donec ex illius potentia formam eliciat. Et hoc modo illud philosophicum axioma est intelligendum. Ex nihilo nihil fit, quod omnino à veritate elongatur, si ad agens vniuersale mentem vergamus. Particulare namque agens determinatam habet potentiam; sed vniuersale infinitam, quæ ad operationis opus requiritur. Vnde maximè digna est, quæ exagitetur opinio Auicennæ, existimantis, creationis actum etiam intelligentijs conuenire, quam doctrinam extrahit ex Platone in Timæo, qui cum fecerit, primam causam

causam esse illarum creatricem, cum iam essent creatæ, suum ad illas sermonem conuertens, inquit. Nunc iam, quid iubeam, agnoscite. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant, sine quorum generatione cœlum erit imperfectum. Omnia enim animalium genera ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet, si omnino est mundus perfectus futurus. Hæc verò si à me fiant solo, vitaque donentur, dijs adæquabuntur. Quapropter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, itaut vim imitemini meam, qua in ortu vestro vsus sum. Atque eius quidem animalis quod in ipsis est, vt cum immortalibus appellatione conueniat diuinumque vocetur, principatumq; teneat, & iustitiam simul, ac vos colat, ego vobis semen, & initium tradam. Vos cætera exequi par est, vt immortali naturę mortalem attexentes, faciatis, generetisque animalia, subministrantesque alimenta augeatis, & consumpta rursum recipiatis. Sed omnis creatura finita esse dicitur, habetque ex consequenti finitam potentiam, terminum creationis attingere non valens, ad quam infinita potentia requiritur. Hęc igitur consequentia est neganda. Primus parens in statu innocentiæ ex anima, & corpore erat compositus. Interitui igitur erat subiectus, quamuis ex contrarijs principijs esset compositus. A Deo etenim tanquam à prima causa procedebat illius immortalitas, conferente animæ illam virtutem, qua immortalis reddebatur. Eidem namque primo parenti idem eueniendum erat, quod magno mundo accidit, qui, virtute, illi a Deo indita, conseruatur; & nihilominus a contrarietatibus non est immunis: sed si vigor in illius anima perseuerasset, vigoratum fuisset etiam corpus, ne in puluerem reuerteretur, quod speciali Dei auxilio prętandum erat, à quo anima efficaciam accepisset; quippe cum illa agens causa vires naturæ superasset, animaque illum vigorem iam accepit, quem peccando amisit, & mortis imperio subditum remansit corpus, animaque sua vita priuata, quæ est gratia. Quapropter eo tempore nullæ alterationes, ad interitum tendentes, angebãt primum parentem, nisi illæ, quæ maiorem subiecto conferunt perfectionem. A causis extrinsecis corpus conseruabatur, vt manifestum est de cibis in Paradiso terrestri existentibus, & de ligno vitæ. Quomodo perfectum illum Deus creauit, neq; mirum, iuxta illud Deut cap.32. Dei perfecta sunt opera. Deuter.32 *Contulit namq; omnibus in suis speciebus existentibus formam,*

qua

qua in sua specie sunt perfecta, à qua perfectio emanat, qui hominem omnium rerum epilogum esse voluit, nihil curans, & si de limo terræ compositus fuerit, cum virtute illum induerit, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quò viueret omnia auxilia conferens, ne mors in illum haberet prædominium; sed ipse morti prædominaretur. Videamus quæso hominis perfectionem. Creatus est rationis particeps, minuens illum Deus, paulominus ab angelis, gloria, & honore illum coronans, & illum constituens super opera manuum suarum. omnia subijciens sub pedibus eius, oues, & boues, & vniuersa insuper & pecora campi, Volucres cœli, & pisces maris. Ex omnibus quodammodo compositus, habens animam rationalem quo ad substantias spirituales Proportio intercipiebatur inter ipsum, & cœlestia corpora; quia etsi corpus naturale, & ex naturalibus corpus mixtum, æqualitas interueniebat quo ad iustitiam, nullusque persentiebatur excessus, qui iam dictum harmonicum concentum in dissonantiam verteret, vt recta ratione microcosmus appellari posset, cum omnes mundi creaturæ aliquo modo in eo reperiãtur, sicuti & in primo parente reperiebantur. Et hanc veritatem à longe aspicientes Poetæ, cantauerunt de Prometheo omnes animalium qualitates, dum fabricatus est hominem, quæ in cæteris animalibus reperiuntur,
1.Car.ode 16. *in hominem imposuisse, qua de re dicit Horatius libro 1. Carm. ode decimasexta.*

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam vndiq;
Desectam, & insani Leonis
Vim stomaco apposuisse nostro.

Neque mirum de humano corpore, cum medium quoddam esse dicatur inter res corporales, & spirituales, de illis participans, quẽadmodum medium de suis extremis participare videmus. Et quid passionis pati poterat ab animalibus, si omnia suo dominio subiecta erant? Scriptum est enim in lib. Genes. cap. 1. Præsit piscibus
Genes. 1. *maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæq; terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. Et in libro Ecclesiastici cap. 17. scriptum est, Deum dedisse homini potestatem eorum, quæ sunt super terram, posuitque timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestijs, & volatilibus. Et cum benedixerit in li-*
Ibidem 9. *bro Genesis cap 9. Noe, Filijsque eius, ait dominus eis Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror vester, ac tre-*
mor

mor sit super cuncta animantia terræ, & super omnes volucres cœli, & vniuersis, quæ mouentur super terram: nihil namque erat quod voluntati Adæ faceret resistentiam; cum illius voluntas firmiter se haberet cum Dei voluntate; quomodo à D Gregorio in 2. Parte Pastoralis cap 2. dicitur, hominem cunctis animalibus fuisse prælatum naturaliter: neque sine magna ratione, quia in omni genere vnum, quod est metrū, & mensura omnium, quæ sunt in illo genere, est statuendum 10. Metaphys. part. 7. quandoquidem in infinitum procedere non contingit. Quomodo sua esse omnia inferiora naturaliter, fateri cogimur, in eis habens dominium: etenim dominium earum rerum supponit vsum, in quibus dominium habere dicitur, cum per hominem omnia creata fuerint. Et hanc veritatem optimè cognouit Aristoteles in 1°. eiusdem 52. ordinans plantas ad animalia, & animalia ad hominem, qui quidem ordo ab imperfecto ad perfectum procedit, vt imperfecta cedant in perfectorum vsum, quomodo ex sententia Arist. in libro primo Politicorum iustæ esse dicuntur, quo ad syluestria animalia, venationes, & naturales, quia per venationem homo uendicat sibi quo ad naturaliter suum est. Tum quia inferiora per superiora gubernantur. Ergo ad superiora ordinem habere dicuntur. Sed supremum inter animalia est animal rationem habens. Ergo cętera animalia ad hominem habent ordinem, qui est, quando in essentiali ordine consistit, respectu primi positi, & intellecti, & ad Dei imaginem factus est, similitudinem eius gerens. Tum quia prudentia excedunt homines animalia, & pręcipuè in statu innocentię: quoniam prudentia in illis instinctus naturalis reputatur; quod quidem & apes, & formicæ attestantur, ex Prologo Metaphysicæ; sed in hominibus est habitus rerum agendarum circa ea, quæ humana bona sunt 6. Ethic. cap. 5. Quomodo erat subiectio cęterorum animalium ad hominem, qui omni creaturæ non dominabatur; sed tantum illis, quæ non sunt ad Dei imaginem; sed alijs imperando, & suo corpore vtendo, & alijs, vtendo illorum auxilijs. Vnde est illud Sapien. cap 9 Sapientia tua constituisti hominem, vt creaturæ dominaretur, quæ à te facta est: sicuti creauit Dominus Deus noster in ministerium, quę sub cœlo sunt cunctis gentibus solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deleti sunt? Iob 4. Quomodo mors stipendium, & aculeum peccati dicitur. Rom. 6. 1. Ad Corint. 15. Quid igitur

Marginalia: 2.p.past.c.2. — 10.Met.7. — 1.eius.52. — 1. polit. — In prol.Met. — 6.Ethic.5. — Sapient. 9.

tur homini in statu innocentiæ nocere poterat? sed post peccatum omnia pugnant contra hominem. Ex quibus patet, nihil esse negandum eorum, quæ à Philosophis proponuntur post lapsum hominis in peccatum, qui primum statum aut non cognouerunt, aut cognoscere noluerunt, & est innocentiæ status, qui status natura instituta nuncupatur. Nunquam enim redijt primus status. Quapropter omnia in naturam referebant, entium naturalium naturale principium; quæ nihilominus à primo principio
12.Met.38. *dependet 12. Metaphys. part.38. Omnium causa in triplici causarum genere, infundens super omnia entia virtutem suam, omnium habens imperium, concurrendo secundum beneplacitum voluntatis suæ. per animam, ea virtute præditam, satians, qui modo est inexplebilis, materię appetitum. Diuidant ergo sibi ipsis hereditatem Philosophi Peripatetici, & Theologi in disquisitione istius quęstionis: & illi materię, naturæq; conditiones amplectantur, principia naturalia, & contrarietates contemplantes, causas particulares effectuum considerantes, & hanc pessimam, detestabilemque falsitatem ab eorum mentibus expellant, re vera hæreticam, ex qua multæ falsitates, hæresesq. emanant dicentes Deum non esse infinitę virtutis in vigore, affirmentque maiorem habere virtutem in operando, si velit, quam illi in excogitando, qui supra vires naturæ agit, naturæ potentiam excedens. Non enim vniuocę causæ rationem habere dicitur. Vnde animaduertant Theologi lumine supernaturali illuminati, quid illa causa agere possit, a qua id, quod ex se est possibile in æternum transmutare potest; quam quidem veritatem etiam diuinus Plato in Timęo expressit; quod nulla causa particularis, & vniuoca; quæcunque sit illa, præstare potest. Deus igitur naturæ necessitatem auferre potest, sicut auferebat primo parenti in statu innocentiæ; ita ut quod ex parte materię possibile dicitur, ex parte supernaturalis agentis æternum dici possit, sicuti & tale ab illo reddi valet. Contrarietas igitur ex parte naturæ interitum in corpore mixto demonstrat. At Dei voluntas contrarietates regulare volens, & intellectus cognoscens, æternum reddere potest quod secundum naturam interitui est obnoxium: quemadmodum quatuor elementa regulantur à corporibus cęlestibus, ne inuicem destruantur, aut saltim ne victum vincenti cedat: quemadmodum citharædus chordas regulare didicit, quibus suauissimus concentus persentiatur, volens, hanc chordam reddere sonum grauem, illam verò acutum.*

Primi

Primi igitur parentis statum Philosophi Peripatetici, quibus multum debeo, ante peccatum, & post peccatum commissum animaduertant quæso, quidvè Deus efficere possit, qui est omnium dominus, ditissimus, liberalissimusque. Et materiam omnino consideratam semper esse priuatam semperq; sub priuatione reperiri, per diuersas tamen priuationes ad diuersas formas recipiendas est in potentia, quas cum actu receperit, destruit forma recipiens; cum inter formam, & priuationem contrarietas statuatur; & contraria sunt illa, quæ mutuò se expellunt, quæ in eodem genere maximè distant; cum tamen in generationibus constituendis, in materia opus est priuatione; alioquin nihil fieri diceretur, quoniam quicquid fieri diceretur, necessariò anticiparet esse inquit Lucidissimus Themistius in primo de Physico Auditu in digressione part.61. 1.Phy. in digres.par.61.

Dubitatio inter Peripateticos orta.

VErùm dubitatio oritur inter Peripateticos. Nam priuatio secundum Aristotelis doctrinam eadem numero cum materia esse dicitur, quæ, per formę aduentum, destruitur. Ergo & materia destrui videtur. Confirmatur, quoniam per aductum formę potentia destruitur. Quare & priuatio. Ergo & essentia materiæ. Formæ siquidem munus est terminare, quæ & terminus appellatur: materia verò est interminata, & infinita. Et si daretur infinitum, per terminum destrueretur si formam recipere posset. Vnde ad solutionem manifestum est dicere, priuationem non manere in re, quia forma accipitur, per quam priuatio aboletur; quod quidem & experientia testatur, & expressit Aristoteles in 1. de Physico Auditu part.60. Materia namq; est illa, ex qua fit aliquid, cum insit: quomodo fateri cogimur, priuationem illius esse accidens primo Physicorum part. 66. Cuius ratio est adesse, & abesse præter subiecti interitum, quę adest, & abest, forma in ipsa adueniente, cum materię perfectionem impertiatur, eoque maiores perfectiones assumat, quo magis a perfectiori forma informatur. Quæ omnia de hac determinata materia veritatem habent, quæ omnino non est in potentia, cum formam retineat; 1. Phys.60. 1.eius.66.

tineat;

tineat; vt nihilominus in sua prima notione omnino considerata, penitus dicatur esse priuata, retinens absolutam potentiam; quo modo omnino priuatio non destruitur; sed respectu illius determinatæ formæ, adu.ntantis in materia determinata, quæ ad alias capessendas est in potentia: quomodo omnino non respiciunt hanc materiam, sed omnino materiam, sed infinitas formarum sincathegorematicè respicitur quo ad numerum in potentia. Et vt optimè rem hanc cognoscamus, animaduertendum est prædicatum inter cęteras partitiones in priuatiuum, & negatiuum partiri, vt si dixerimus, iniustus, & non iustus. Non iustus est quid negatiuum; iniustus verò priuatiuum. Vnde duę propositiones eliciuntur, quarum altera est priuatiua, altera verò negatiua. Priuatiua est. Socrates est iniustus: negatiua est. Socrates non est iustus, in quibus plus se habere dicitur prædicatũ negatiuum. Nam si quis dixerit, Socrates est iniustus. Ergo non est iustus, consequentia non valet; sed non à prædicato negatiuo ad prędicatum priuatiuum. Socrates non est iustus. Ergo est iniustus. Nam Socrates puer non est iustus, cum iustitiæ habitu careat. Ergo est iniustus non tenet consequentia, vt subiectum medium intercipiatur nec iustum, nec non iustum; at non iniustum: quandoquidem Socrates puer vtrumq; recipere potest; cum potentia sit ad vtrumque: quomodo dicimus: possibile, in esse posito, nullum sequitur impossibile; quod quidem antequam ponatur in esse, contingebat esse, & non esse: dicit namque possibile aptitudinem ad esse, quæ rem in esse non statuit. Sic de materia prima philosophari possumus, quæ ex sui natura non est formata, neque informata. Nam si quis formatam esse dixerit, quomodo omnes formas recipere potest? Si est informata, non recipit formam sine sui destructione, quemadmodum Socrates, dum est puer, potest in anima recipere iustitiam, & iniustitiam. Quare iustitia non est de illius essentia, neque iniustitia. Vnde dicimus, materiam ex sui natura esse qualitatis expertem: verùm, cum qualitates retineat, non amplius verè materiæ nomen retinere dicitur, sed subiecti. Verum tamen dicimus, si dixerimus, materiam esse priuatam, quæ quidem priuatio ista scilicet per aduentum istius formæ aboletur, ad quam erat in potentia, neque amplius denominatur priuata illa forma, quæ iam à particulari agente ex illius sinu educta est. Quare & illius potentia destruitur, sed non omnino; quia priuatio dicit omnium formarum negationem, quo-

modo negatione cognoscitur 10. Metaph. part. 14 Unde dicimus, materiam oīno consideratam, omni forma esse priuatam, ad quam si habeat respectum agens aut eliciendo, aut introducendo, materia forma determinata priuata esse dicitur; at non est priuatio, neq; simpliciter est priuata. Unde dicebat Alexander. Si dicatur, materiam in sui essentiam includere priuationem, aliquo modo formam habere videtur, iuxta illud 2 Physicorum par. 15. Priuatio est quodammodo forma; cum sit ratione dispositionis ipsius materię ad recipiendam formam: quomodo dicimus per priuationem formas esse recipiendas, quoniam habilitatur materia ad illarum receptionem, ad quas habet impulsum: quandoquidem ad bonum habet naturalem impulsum, quod est diuinum. Ergo & appetibile, quia est priuata. Et impulsus, appetitus, priuatio, & potentia denotant indigentiam Et totum hoc de materia inquantum sentitur, intelligendum est, & non inquantum intelligitur. Habet enim materia, in se considerata, communitatem, quæ intelligitur per priuationem omnium formarum indiuidualium ab ea, quomodo non habet esse extra animam; sed, inquantum sentitur, habet esse extra animam. Et communitas, quæ intelligitur in materia, est pura priuatio, cum non intelligatur materia, nisi per ablationem formarum indiuidualium ab ea, quod expressit Auerroes in 12. Metaphys. com decimoquarto, iuxta doctrinam eiusdem ibidem com. 18. dicentis, omnes formas esse in potentia in prima materia, quemadmodum sunt in actu in primo motore. Et vniuersa hęc doctrina in eo fundamentum habere dicitur, quia abstrahentium non est mendacium secundo Physicorum part decimaoctaua. Sine qua abstractione, quæ est mathematica, multoties philosophari non possumus. Unde recipienda non est sententia Alexandri, asserentis. Si claudatur priuatio in essentia materię, sequitur, quodammodo, materiam habere forma, cum priuatio quodammodo forma sit appellanda; quomodo & pręparata, & disposita appellatur. Neque est dicendum, sicut dicit Simplicius contra Alexandrum. Si priuatio esset forma, statuendum est. esse qualitatem, & tunc haberet oppositam priuationem. Esset igitur assignanda priuationis priuatio. Et cum priuatio sit absentia, erit profectò absentia absentiæ, assignareturque processus in infinitum. Sed malè sentit de Alexandro Simplicius, qui arbitratus est, Alexandrum in hanc fuisse sententiam, vt diceret, priuatione esse

10.Met.14. Alexander. 2. Phys. 15. 12. Met. c. 14 Ibidem 18. 2. Phys. 18. Simplicius.

7.Met.8. *esse formam positiuam; cum tamen qualis non sit dicenda 7. Metaphys. part. 8. Quæ quidem & inaffecta appellatur à Themistio*
In digres. 1. Phys.61. *in sua digressione aurea in primo Physicorum part.61. Neque dicimus, materiam esse priuatam ea priuatione, quæ est post for-*
In calce 2. de Ortu, & Int. 8.Met.14. *mam, de qua scriptum est in calce libri secundi de Ortu, & Interitu, & in 8. Metaphys. part.14. à priuatione ad habitum non datur regressus. Sed ista priuatio est rerum naturalium principium, ante aduentum formæ, in materia existens, qua materia præparatæ facultatis esse dicitur ad formarum receptionem: siquidem non destruitur facultas, seu aptitudo; sed per priuationem inesse ponitur: priuatio autem, post formam considerata, destruit actum, & aptitudinem naturalem: sed illa tollit actum, minimè verò aptitudinem. Per illam priuationem verum dicimus naturali cursu à priuatione ad habitum non esse assignandum regressum: At per hanc, quæ rerum naturalium principium dicitur, à priuatione ad habitum fit accessus: quandoquidem priuatio ante formæ aduentum in materia reperitur, quæ adeò est necessaria vt sine illa accessus fieri non possit quia nullum ens appetit quod possidet; cum omne recipiens, a natura sui recepti necessarium est, es-*
3.de Aīa 4. *se denudatum, vt intus existens probibeat, & obsistat 3. de Anima part.4. Et re vera fateor, quosdam Scriptores multa scribere contra præstantissimos Philosophos, qui digni non sunt illorum calceamenta soluere, & fortasse contradicendi gratia, non veritatis ardore, quæ potissimum in scientijs est consideranda, & inquirenda. Nam Simplicius in secundo de Physico Auditu, quando Aristoteles memoriæ mandauit, priuationem esse quodammodo formam, inquit, hoc esse intelligendum ratione dispositionis, quomodo consideramus materiam aliquo modo affectam, & est dispositio materiæ, ad recipiendam formam ratione priuationis, qua disponitur. Vnde dicimus, materiam non esse priuationem, quoniam per formæ aduentum destruitur, quomodo non est de essentia materię, sed ex sententia Themistij in sua digressione materia est inaffecta, cum vera reddatur iam dicta negatio: non enim*
7.Met 8. *dicimus, materiam esse quid, neque qualem 7. Metaphys. part.8. Et priuatio reperiri potest, postquam materia, & forma ad inuicem coniungebantur, ita ut ante priuationem forma priuationem antecesserit, sicuti manifestum est de vidente, & postea recipiente visus priuationem. Verùm priuatio, quæ inter naturalia principia numeratur ab Aristotele in primo Physicorum reperitur in*

materia

materia ante aduentum formæ; propterea quod non solum præcedit operationem agentis; verùm etiam & ipsum agens: siquidem est in subiecto præparatæ dispositionis ad formam vel artificialem, vel naturalem recipiendam. Aliquod etenim lignum præcedit & formam artificialem lecticæ, & ex cõsequenti operationem artificis, & ipsum artificem: causa etenim agens semper præcedit quod agitur. & mouetur ab ea 12 Metaph. 6. cum per vnde motus principiũ, de cuius natura est esse primum, describatur 5. Metaphys. part. 1. & 2. Ergo priuatio antecedit, quæ per maximum aliquod tempus antecedere potest, quia lignum dicitur materia lecticæ, quod est illa forma priuatum etiam per multas ætates. Sicuti per spatium multarum ætatum potest recipere formam ignis, qua est priuatum. Vnde verum est dicere, illam antedictam priuationem, & actum, & aptitudinem prohibere, quia natura non est tantæ efficaciæ, vt in oculo, visione priuato, introducere possit habitum: quemadmodum naturale agẽs est efficax in ligno introducere formam ignis; & artifex formam lecticæ. Quomodo verè dicimus, istam priuationem prohibere actum, sed non aptitudinem. Et propterea benè dicimus, si dixerimus, à priuatione ad habitum dari accessum & non regressum, vt quando lignum recipit formã ignis, re vera iste non potest appellari regressus, quandoquidem nunquam lignum fuit sub forma ignis, sed accessus dicitur: nam tunc priuatio est ante formã ignis, qui re vera regressus est in motu locali, cum sit reditus ad illum locũ, in quo aliquis antea permanebat. Videamus igitur, quomodo materia priuationem semper secum retineat, & quomodo non. Neq; alicuius momenti est quod scriptum reliquit Simplicius in 1 de Phy. Au. c. 57. contra Alex. dicens. Si materia est qualitas, & qualitas quædam forma est, atq; cuiuslibet formæ generabilis est priuatio. Ergo erit priuationis priuatio; & cum priuatio sit quædam absentia, erit absentia absentiæ, quomodo in infinitum processus assignaretur. At Arist. optimè quidem dixit, priuationem esse quodammodo formam, & Alex. dignus non est, qui reprehendatur à Simplicio, qui & ipse ratus est, doctrinam peripateticam exponens, loqui de propria priuatione materiæ, quæ quodammodo forma appellatur, disponens materiam ad recipiendas formas. Et totum hoc manifestum est ex doctrina Arist. in 5. Metaph part. 27. dum de priuatione optimè loquitur; quomodo si materia omnino consideretur, materia omnino priuata esse dicitur, & pura priuatio nuncupatur.

12. Met. 16. 5. eiusd. 1. 2.

1. Phys. c. 57.

5. Metap. 27

Aa

patur. Quę veritas in potentijs sensitiuis manifestat Aristoteles
2. de Anima 103. *in secundo de Anima part.* 103. *& in intellectu in* 3 *eiusd. part.* 5.
3. eiusd. 5. 6. *& 6. Est enim sensus in potentia ad sensibile, & intellectus ad intelligibile, nullam aliam facultatem habentes, nisi hanc, quod sunt possibiles, & quodammodo omnia dicitur anima. Sicuti enim se*
3. eiusd. 3. *habet sensus ad sensibile; ita intellectus ad intelligibile* 3. *de Ani-*
3. eiusd. 18. *ma part.* 3. *vt intellectus in omnia fieri esse dicatur* 3. *eiusd.* 18. *Differunt nihilominus in vehementi sensibili, à quibus destruitur sensus, & in maximo intelligibile, à quo maiores perfectiones mens humana assumit, cum ille sit collocandus inter potentias or-*
3. eiusd. 7. *ganicas, sed non iste* 3. *de Anima part.* 7. *Patiuntur tamen & sensus passionem perfectiuam, si debita proportio interueniat inter sensum, & quod sub sensum cadit. Vnde maximè conformis est materia prima cum materiali intellectu in formarum receptione, in priuationibus, & potentijs, atque habilitatibus, qua de re opti-*
3. eiusd. c. 5. *mè loquitur Auerroes in* 3. *de Anima com.* 5. *Quomodo materia formas naturales recipit, & intellectus formas vniuersales intelligibiles, & illa particulares; per illas etenim priuationes, cum formæ illæ sint recepturæ, adhuc formę nõ sunt in termino ad quem, quia nõdum motus, qui per terminum ad quem speciem habet, neque ex consequenti partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, sed priuatio est terminus à quo. Cognoscimus enim rem esse in termino ad quem, quando iã cessat motus, quomodo recipiens iam formã recipit; finis quippe dicitur motus ipsa forma;*
1. de Or. & Int. 55. *& habitibus pręsentibus in materia, cessat motus* 1. *de Or. & Int. part.* 55. *Vnde priuatio non potest appellari perfecta forma, ideo dixit Aristoteles, esse quodammodo formam; quandoquidẽ non per illam in actu esse dicitur, sed per formam perfectam, quę est forma ex cathegoria substantiæ. Habet enim particularem formam, sed alijs priuata remanet Signum quoniam est actu terminata ab illa forma; at non actu à cæteris formis, ad quas est in potentia; alioquin, quomodo aliarum formarum receptio? Itaut omnium formarum priuationes retineat, cum omnes formæ in potentia in prima materia reperiantur, & tot sunt priuationes, potentiæ, & appetitus in materia, quot sunt formæ, quas recipere potest. Et totum hoc confirmari potest, quoniam sunt assignandæ particulares causæ agentes in artificialibus particulares formas inducentes, quemadmodum & in naturalibus, elicientes formas particulares ex materię intimis visceribus. Quod quidem animaduertens ocu-*

latissi-

latissimus, & nunquam satis laudatus Auerroes scriptum reliquit in libro de Sub. Orbis cap. 5. Potentiam habere gradus, sicuti & materiam, quomodo & habet quantitates interminatas, quae beneficio formę terminantur, cuius munus est terminare. Et ista veritas ex hoc manifestari potest; quia dicimus generationem esse viam ad illam naturam, quae est forma, procedentem ab imperfecto, & est terminus a quo, ad perfectum, & est forma, quae termini ad quem rationem habet. Nullius igitur momenti videtur esse Simplicij ratiocinatio, quoniam priuatio quodammodo forma est appellanda ratione dispositionis; non autem inquantum est pars substantiae compositae, vt sit aliquo modo affecta, & hoc modo caret priuatione, quę priuationi opponitur; siquidem priuatio propriè opponitur, quae positiua appellatur. Priuatio etenim non est substantia, neq; accidens. Non igitur est forma substantialis, neque ex cathegorijs accidentiũ: sed per illam diffinitur materia. Et hoc modo dicimus, priuationem adeò necessariam esse respectu generationis, vt sine ipsa nihil generari possit, quoniam non esse necessariò esse antecedit, quia generatio est transmutatio de non esse ad esse 5. Phys. p. 4. nisi velimus dicere, genitum semper fuisse in actu, quod non solum est falsum, verum etiam absurdum. Nam factum in esse consideramus, & rem in fieri. Si perpendamus rem, inquantum est in fieri, tria necessario principia requiruntur, materia. s. & forma, quia recipitur forma in materia, & priuatio principiũ geniti saltim in fieri, qua forma recipitur in materia: sed materia, & forma in facto esse; verùm materia est in potentia ad contrarias formas, quae cum retineat vnam formam ad alteram, cui est contraria, est in potentia, per cuius aduentum illa expellitur. Quare dispositio ad illam formã esse non potest, nisi per illius priuationem, in materia existentem. Videmus igitur in generatione, quae priuationis necessitas, cum per illam praeparetur, disponaturque materia ad formae receptionem. Sed in istis aeternitas est consideranda, quod manifestum est ex his, quę memoriae prodita sunt ab Aristotele in lib. primo de Physico Auditu part. quadragesimaprima, & 42 dicente, omnes Philosophos facere principia contraria, quomodo sit expulsio ratione contrarietatis, & in hoc est consideranda indiuidualitas formae, & priuationis, qua ratione se adinuicem expellunt, neque aeternitas est consideranda; sed omnino aeternitate gaudent, propterea quod nõ fiunt ex alijs, neq; ex alterutris, & ex ipsis omnia fiunt, quae destruuntur, habita

de Sub. or. 5.

5. Phys. 4.

1. Phy. 41. 42

ratione ad determinatam generationem, cum requirantur determinata principia, quia principia determinata sensibilium sunt sensibilia, corruptibilium corruptibilia, & æternorum æterna.
3.Met.15. 3.de Cœ.61 *3. Metaphis. part.15. & 3. de Cœlo 61. Sed si materia erit æterna, & forma est iudicanda ęterna, quemadmodum & ipsa priuatio: nam materia, cum censeatur æterna ab Aristotele in lib primo de Physico Auditu part.82. & 12.Metaphys. part.12. Priuatio & habitus principia æterna sunt dicenda; sed non iste habitus, seu ista forma, & ista priuatio: cum enim materia æternitate gaudeat, nunquam sine forma esse potest, quia re ipsa, & actu non separatur à materia, sed consideratione tantùm 2. de Physico Auditu part.12. Sicuti neque potentia: nam semper est in potentia ad opposita, atque contraria, cum contraria vno, & eodem tempore quo ad illorum esse perfectum non possint esse in eodem subiecto secundum actum, necessarium est asserere, quando est in actu vnum contrarium, & alterum esse in potentia. Et si in potentia esse dicatur, constituitur tunc in esse priuatio: nam priuatio contrariatur formæ. Ergo materia est in actu respectu vnius contrarij, & in potentia ad aliud contrarium. Ergo materia semper cum aliqua forma coniuncta est, & ex consequenti cum priuatione. Aeterna igitur est potentia in materia, & ęterna priuatio, insequens potentiam. Vnde priuatio, quę est quodammodo forma, semper est cum materia coniuncta, forma imperfecta pernecessaria, ad recipiendam substantialem formam, quę materiæ actualitatem non prabet, cum non sit ad actum educta per propriũ agẽs, mouens, & agitans materiam, quò forma in actum prorumpat, qua ratione à priuatione non habet, quod sit qualis, & figuretur, sicuti habet à forma, & ab ipsa causa extrinseca, & est agens, qua est in actu, et figuratur, atq; qualificatur, quæ est in potentia qualitatũ receptiua, non qualis sua natura existens; sed forma talis, quę, qualitatibus informata, non amplius habet rationẽ materiæ, sed subiectũ esse dicitur, quia est subiectũ in actu per talẽ formam in actu, à qua quidem composita substantia habet esse, & vnũ esse.*

1.Phys.82. 12.Met.12. 2.Phy.12.

Sed quamuis ex parte materiæ in primo parente in statu innocentiæ esset priuatio respectu aliarum formarum, & materiæ appetitus naturalis, ex doctrina Auerrois in 1. Physicorum com.81. Et potentia materiæ contradictionis esse dicatur; in mortalitate nihilominus eo modo, quo explicatum est, lætabatur; qui, & ad vitam beatam, ad quam erat creatus, transferendus erat.
1.Phy.c.81.

Fecit

Fecit namque Deus hominem ad se, idest sui capacem. Sed cur finem immortalitatis nō est consecutus? quia posuit Adam obicem, peccando, ad quem erat in potentia obedientiali, quemadmodum dicimus, omnia Deo obedire: nam ille finis, qui immortalitatem concernit, est supernaturalis, ad cuius consecutionem media supernaturalia erant præparata. Media namque, & finis ad inuicem proportionantur. Et propterea non per naturam; sed per diuinæ gratiæ donum statutum fuit, Adamum in statu innocentiæ fuisse immortalem, vt in Secunda Parte Quæstionis declaratum est; quia nullus erat excessus in modo, specie, & ordine, si originalis iustitia per peccatum non esset abolita, nullaque ad interitum erat dispositio. Neque perseuerante æqualitate iustitiæ, statuenda est dissonantia, neque ex consequenti ægritudines ad interitum dispositiones. Ergo neque marasmus. At post peccatum priuatio doni; & priuatio est ad maleficium tendens, de qua disputatur in calce libri primi de Physico Auditu, ad tabem, & ad interitum ratione appetitus materiæ, semper nouam formam appetentis, illamque abijciendo, quam possidebat, aliam recipit; quomodo sequitur & interitus, & generatio, quod animaduertens Iob c. 14. inquit: Putredini dixi Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus: at nunquam putredo erat contrahenda, neque ex humana carne vermes erant generandi in statu innocentię. Ex qua doctrina multa argumenta soluuntur, quę in Prima Parte Quęstionis contra veritatem fuerunt proposita. Sed quomodo res post peccatum se habuerit consideremus. Adam erat corpus mixtum, & ex consequenti corpus naturale. Omnia igitur ei conueniebant, quæ suo statui erant proportionata. Principatus totum hoc, & artificialia ostendunt; nam principi ea omnia conuenire videntur, quæ illum principem reddunt: quemadmodum pictor delineando Mercurium, ei omnia confert, quibus absq; dubio fatemur, illam esse Mercurij imaginem. Remansit igitur Adam ex principijs naturalibus compositus, quæ principia pernecessaria sunt ad esse principiati, scilicet ad substantiam, & ad accidens. Requirit natura compositionem. Principia igitur requirebantur, facientia Adamum substantiam naturalem compositam, quæ, cum essent naturæ, efficiebant, ipsum naturatum esse, & hoc modo esse appellandum. Naturatum autem, quia ex naturis componitur, habet principium transmutationis, & omnis transmutatio tria habet principia, & sunt materia, forma, & priuatio.

1. Phys. 8.

Iob 14.

Materia terminus esse non potest: Transmutatio, in substantia existens aut est de non subiecto in subiectum, aut econtra de subiecto in non subiectum: nam si est de subiecto in subiectum dicitur motus, quia motus subiectum in actu requirit. Et quia materia non dicitur terminus, inde est, quod in transmutatione substantiali duo termini esse dicuntur, & sunt forma, & priuatio. Et quia ista transmutatio generationem, & interitum concernit, quia interitus est transmutatio de esse ad non esse, & generatio de non esse ad esse, priuatio, quoniam cum potentia est coniuncta, quæ est ad formã, qua res est in actu, est dicenda terminus à quo: vnde destruitur, ergo in generatione forma est terminus ad quem, & præstatur per causam agentem. Sed quando priuatio non sequitur potentiam materiæ ad illam formam, cuius priuatio esse dicitur, ipsa est terminus ad quem interitus, forma vero terminus à quo. Vnde priuatio est principium distinctum à materia essentialiter, tanquam illius accidens, quæ adeò in generatione est necessaria, & ad interitum, vt sine ipsa non essent, quæ formæ aduentu aboletur, vt ad maleficium tendat, sicuti & materia ratione illius, contrariorum susceptiua, & per formæ aduentum id, quod antea dicebatur materia respectu formæ aduenientis, debet subiectum appellari, in actu existens per formam, quomodo se inuicem expellunt forma, & priuatio, materia permanente, quæ priuata denominatur; quomodo rationẽ formæ habere videtur, à qua denominatio oritur, sed non quando à forma habet esse in actu. Et ista omnia sunt vera post peccatum, scilicet in statu naturę destitutę & restitutæ; sed non institutę. Nam in statu innocentiæ nunquam futura erat transmutatio de subiecto in non subiectum; sed transmutatio quoad posteros de non subiecto in subiectum; futura enim erat generatio, sed non interitus propter memoratas causas. Quare argumenta ex philosophia desumpta vera sunt post lapsum primi parentis in peccatum.

Et quando dicebatur de cœlesti corpore, esse immune à subiecto, & contrario. Hoc secundum suam naturam est intelligendum, quod est alterius rationis à corporibus inferioribus, quemadmodum illius principia testantur. & sunt materia, & forma; siquidem naturę materierum diuersantur secundum modum na-
12. Met. 10. 8.eiusf.12. *turæ transmutationis 12. Metaphys. part. 10. & 8. eiusdem*
de su. or. c. 2. *part. 12. Quæ potius subiecti rationem retinet, inquit Auerroes in*
8. Met. c. 11. *libro de Substantia Orbis cap. 2. & 8. Metaphys. com. 12. Scribens*

bens hanc doctrinam tanto Philosopho dignam. Materia in rei verita e, cuius esse est in potentia, non inuenitur, nisi in substantijs generabilibus, & corruptibilibus. Substantiæ verò æternæ, quia in eis non est potentia ad corruptionem, materia carent; sed materia æternorum est aliquid existens in actu, scilicet corpus; ideo dignius habet hoc nomen subiectum, quam hoc nomen materia, quomodo in eis reperitur tantum potentia ad vbi; itaut quemadmodum transmutatio in substantia facit nos scire materiam primam esse; sic transmutatio in loco fecit, nos scire quod corpora cœlestia sunt habentia potentias ad vbi; verùm de illius materia alibi disputatum est, secundum Peripateticorum principia, sicuti & de forma cœlestis corporis, quæ non est ex materiæ vtero exhausta. Vnde contrario carere dicitur quo ad mutationem, & motum in substantia, quantitate, & qualitate, quod, cum moueatur de vbi ad vbi, eo tantum modo habet materiam, potentiam, & causam mouentem: quandoquidem, cum ex se moueatur, ex recipiente motum, & agente motum componitur, sicuti, quæ mouentur ex se, ex illis componuntur. vt explicatum est in septimo, & octauo Physicorum, & in libro de Substantia Orbis cap. 1. Sed caret potentia in alijs cathegorijs existente. Sed in Adamo, dum innocentem vitam ducebat, immortalitas a diuina gratia ortum ducebat, totum operante, non natura finitæ virtutis, sed infinita Dei potentia, quam sua liberalitate cum primo parente exercere volebat per media, ab ipso immediatè prouenientia, quibus finem supernaturalem erat consequuturus, si in peccatum non incidisset, & erat immortalitas; licèt tandem per pœnitentiam finem vltimum consecutus fuerit, cum aliarũ causarum concursu, animam beatam reddentium. Quare Peripatetici, & Theologi non conueniunt in causis Et propterea contrariæ conclusiones ab illis eliciuntur. Quidam enim ex Peripateticis, nolentes cognoscere Dei infinitatem, illiusq; infinitam virtutem, hominemq; in puris naturalibus considerantes, absq; donis, a Deo collatis, & quod magis est miserrimè creationem rerum negantes, æternas esse species constituentes, ab æterno existimantes esse generationem, & ex consequenti negantes, Adamum esse omnium primum parentem; quid mirum est, si, nolentes illorum mentem in obsequium fidei redigere in scopulos impingentes, a veritate sint alieni? quorum vltimum finem tandem esse cognoscent, animam & corpus perdere. Vnde per iam explicatam doctrinam multis Philosophorum

7. & 8. Phys. De sub. or. c. 1.

argumentis respondere possumus, & præcipuè considerando Adæ statum, Deum, agentem supra naturę vires, gratiam, iustitiam originalem, compescentiam ab istis omnibus prouenientem, dominium Adami, scientiam illi à Deo collatam, nihil ei nocere posse, quomodo mortem neq; naturalem, neque violentam pati poterat, Angelorum custodiam, Dei continuam custodiam, & auxilium, immunitatem à peccato, quod cum ab eo esset alienum, gratus Deo reddebatur, cui, semper illum amando, benefecisset: locum, quia tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Perpendantur omnia ista, & omnia ferè argumenta enodabuntur. Nam post peccatum contrarietas visa est, quę per illud apparuit, quia Deus destituit hominem, relinquens illum in puris naturalibus. Et quid mirum si contrariæ mutationes? Ardor visus est in materia in receptione diuersarum formarum, neque illius appetitus, potentia, & priuatio inanes in illa, & ea omnia proueniebant ex ipsa materia, quæ nunc proueniunt, iam dictum sęuissimum vulnus passus est Adam, inferens illi mortem, illud ei eueniens, quod alicui miserrimo filio regis euenire solet, qui regis gratia fruens, aliquid contra regis voluntatem operans, illam amittens, quas non persentit miserias? Quare perpendatur status naturæ institutę, & destitutæ, & si statum naturæ animaduertamus iam gratiam restitutam, sed non iustitię originalis donum, omnino ablatum. Quomodo interitus est considerandus, dissonantia per consequens, & omnia mala à priuatione illius iustitiæ prouenientia. Non igitur conueniunt Peripatetici, & Theologi in suppositionibus.

Respondetur ad Argumenta de refractione elementorum: & quomodo elementa erant ligata.

ET quamuis elementa in corpore primi parentis fuerint in esse refracto; infinita nihilominus Dei virtus, quæ ęterna pace ex parte sui ligauerat, in perpetua pace conseruasset, si à peccati labe se fecisset immnnem; quippe quæ & sciebat, poteratq; materiæ defectum prohibere. Vnde in eo statu elementa extra proprium locum non fuissent passa, quæ extra proprium locum, si tantum secundum

dum naturam considerentur, violentiam patiuntur. Sic enim à natura statutum est, vt grauia deorsum tendant, & leuia sursum ferantur, quibus post peccatum illorum naturalis motus non fuit probibitus; sed antea decens erat, omnia suo creatori obedientiam prestare; & rectè quidem. Nam si vis ligandi auferatur, & ligamenta. Dissolutio igitur. Remansit ergo naturalis appetitus in elementis ad sua propria loca redeundi; nec immeritò, quia finis qui boni rationem habet, ab omnibus desideratur. Et locus mouet elementa tanquam finis, forma, eorumdemq; perfectio. Signum esse potest, quia quies finis motus appellatur, & dum locum proprium illa fuerint adepta, in proprijs locis quiescunt. Confirmant istam veritatem verba domini post peccatum, Adæ dicentis. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Remansit re vera anima, qua corpus erat ligatum, sed illa virtus abolita est per peccatum qua omnia erant ligata ligatione perpetua: quomodo anima absq; illa virtute corpus continere non poterat, ne putredinem contraheret, marasmum, & tandem in laqueum mortis incidere. Spectetur igitur status diuersitas in argumentorum solutione. Si enim à natura, quæ ducitur ab intelligentia non errante, ordo prouenit 8. Physicorum part. 15. & 12. Metaphys com. 18. Multo magis à Deo ordo prouenit, vt nihil sit inordinatum eorum, quæ sunt à Deo. Ordinauerat autem Deus in illo statu, proprium locum partialium elementorũ esse humanum corpus. Quę neque præter eorum naturam ibi manebant; sed supra naturam, quod quidem Philosophi Peripatetici inspicere nolentes: quid igitur mirum est, si miseri veritatem in hac quæstione non fuerint consequuti? Et totum hoc, quia infinitam Dei potentiam intueri noluerunt. Nunquid non infinitè maior potentia Dei, quam hominis? Et tamen audiamus, quid dicatur Minuisti eum paulominus ab Angelis. 8. Phys. 15. 12. Met. 18.

Sed vera sunt, quæ edidit miracula Saluator noster, omnia ei obedientia, quam potentiam admirantes homines, dicebant. Quis est hic, cui venti, & mare obediunt ei? Quandoquidem verum est, quòd in libro Prouerbiorum scriptum est, Deum circundedisse mari terminum suum, & legem posuisse aquis, ne transirent fines suos, appendens fundamenta terrę, cum quo erat sapientia, cum eo cuncta componens, nihilq; ei in creatione resistentiam faciens, qui in creatione imperans, factum est ita vt imperauit. Et si nulla resistentia in creando, qua nam resistentia in cõseruando? Prouerb. 8

 Hoc

Boetius de Conf. Phil. 3 *Hoc animaduertens cantauit Boetius 3. de Conf. Phil. dicens,*

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum, cœliq; sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens, dans cuncta moueri:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus: verum insita summi
Forma boni, liuore carens, tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similiq; imagine formans.

Lege mundus erat gubernaturus, & leges à Legislatore, & omnium legislator Deus a principio mundi, dans legem, vt lege gubernaretur mundus qui omnipotentia diuinæ virtutis, mundum ratione gubernans, concordi pace ligans elementa arctissimo, indissolubiliq; nodo in Adamo, quem nemo dissoluere poterat, nullumque ens, nisi peccatum, quod tantum, taleque vinculum per peccatum dissolutum est, sicut & ense gordianus nodus. Et illud peccatum commissum est, per quod mortuus est Adam, & nos morimur, omnesq; sui posteri; non quia Deus dedit legem; sed quoniã legẽ transgressus est, consistens in iustitia commutatiua, quæ consistit in proportione arithmetica, & in iustitia distributiua, fundata in proportione geometrica: quomodo per peccatum non fuit proportio ordinis ad ordinem, neque legis ad legem, neque praecepti ad legem, neque magistratus ad magistratum; quoniam per peccatum ordo destruitur, praeuaricatur lex, magistratusq; Adę, peccãdo, improportionatus est redditus magistratui Dei, omnem errorem prohibentis. Diuersæ igitur leges. Hanc veritatem

Ad Rom. 5. *ponderauit D. Paulus ad Rom. cap. 5. dum dixit. Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors. Sed alia est lex vitę, alia mortis. Ergo aliud tribunal vitę, & aliud mortis. Perpendamus inobedientiam vnius hominis, obedientis legi carnis, & obedientiam alterius hominis, cui ratio hominis obedire parata erat futura. Per inobedientiam vnius hominis, legi carnis obtemperare volentis, peccatores constituti sunt multi: & per obedientiam vnius hominis, iusti constituti sunt mul-*

Ibidem. *ti inquit ibidem D. Paulus. Vnde alia lex carnis, alia spiritus; aliud tribunal vtriusque: & alij ministri: sed non sicut delictum; ita & donum: nam per vnius iustitiam in omnes homines in vi-*

Ibidem. *tę iustificationem, dicitur in eodem loco. Sed lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, quod vellet tale*

esse

esse peccator. Vnde inquit D. Paulus ad Rom. cap. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentijs vestris. Duæ igitur leges, duoque magistratus. Nam omnis caro iam corruperat viam suam Genes. cap 6. Quomodo legitur in eodem lib cap. 6. Figmentum cordis humani malum est ab adolescentia sua, sic & sensus hominis. Sed nunquid consentientes leges istę, legislatores, & nulla sit discrepantia inter istos magistratus, tribunaliaque? Si asseramus, cur pro veritate mors crucifixionis? Audiamus D. Paulum ad Rom. cap. 6. Vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. Ergo non ab eius lege peccatum. Ergo tribunalia non conueniunt. Et ibidem inquit Apostolus, docens nos, cui seruire debeamus. Exibete membra vestra, seruire iustitię in sanctificationem; & rectè quidem: est enim peccatum inquitas, qui iam exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem. Et liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et quę nan conuenientia est inter peccatum, & iustitiam, cum iustitia sit habitus, & peccatum priuatio? Vt non possit esse conuenientia in modo, specie, & ordine: Etenim ab isto mors: sed a tribunali, & à lege Dei vita. Legum diuersitates esse nos docet Apostolus ad Rom. cap. 7. Per quam legem peccati mortuus est Christus. Quomodo inquit D. Paulus ibidem lex spiritus vitę in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis, qua ratione dicit. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Vnde oritur distributiua iustitia, reddens vnicuiq; secundum opera sua. Totum hoc in republica benè ordinata, manifestum est; sicuti inter magistratus apparet, nisi lites, contrarietatesq; dirimantur, quas quidem, inter animam, & carnes existentes, Adam dirimere noluit; sed potius fouere, suam coniugē contristare nolens; quomodo à virtute iustitiæ cecidit; sed Deus vult æqualitatem, concordiamq; in elementis, & in mundo reperiri, qui media contulit, quibus conseruaretur, quę nihili fecit Adam, qui propterea iumentis comparatus est, & similis factus est illis; qui propterea non amisit imaginem Dei; sed peccando amisit similitudinem, quippe qui virtutes amisit, per quas ipsi Deo assimilabatur, vt ceciderit ab amore Dei, quia similitudo, amoris causa dicitur. Et Theologi docent similitudinem esse referendam ad sapientiam, & iustitiam; imaginem verò ad naturam intelligentiæ, & voluntatis. E licèt bruta simile habeant generationis principium, quantum ad corpus, cum à terra initium sumpserint;

Ibidem 6.
Genes. 6.
Rom. 6.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

rint; minimè tamen, quo ad animam, quia anima brutorum ex aliqua virtute corporea producitur; sed mens humana a Deo. Dicitur enim in libro Genes. cap. 1. quantum ad animalia bruta. Producat terra animam viuentem: & quantum ad hominem. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitę. Vnde scriptum est in lib. Eccles. cap. vltimo. Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Ex quibus patet, illa esse propria elementorum loca, per Dei virtutem, alligantis, quę ad illa loca vniuersalia, seu potius totalia tendere non valebant, quia prohibitum erat naturæ, ne talem motum illis præstaret; ibique semper permansissent non secundum naturalem potentiam, neque violentam; sed habita ratione quo ad ipsa, quatenus natura Deo tenebatur obedire, a quo dependet, & quo ad Deũ quo ad potentiam supra naturæ vires existentem. Et hoc modo multæ Philosophorum ratiocinationes solui possunt. Nam potentia est receptiua, & agens operatur sicuti colligere licet in 9. Metaphys. part. 2. Quomodo corpus Adæ recipiebat & gratiam, & recepisset à Deo immortalitatem per potentiam obediẽtialem, quæ nihil aliud est, nisi aptitudo rei ad hoc, vt in ea fiat quicquid faciendum Deus ordinauit, qua eleuatur ad illud, quod Deus alicui vult conferre, ita vt nulla fiat resistentia ex parte materiæ, seu ex parte recipientis in illo dono, de quo Deus ad suam voluntatem disponit, & si processu temporis possit fieri deuiatio a voluntate Dei, sicuti peccatum committendo, deuiauit primus parens, quomodo amisit donum, & remansit morti subditus.

Genes. 1.

Eccles. vlt.

9. Met. 2.

Sic etiam dicatur de definitione grauium, & leuium: nam illa propensio est a natura; sed nihil sine diuino concursu fieri potest, & Dei voluntas est supra naturam. Et quis illam potentiam obedientialem negare audet? Nihil enim causæ secundæ sine primæ concursu operari valent, quæ illis profectò non indiget. Confirmatur hoc per ignem puerorum trium, ambulantium in camino ignis ardentis, qui a præparato incendio non lędebantur, quos flamma non attigit, & per leones non tangentes Danielem: exercitus Hebræorum mare transiens, ambulãs per medium sicci maris, quibus aqua fuit quasi murus ab eorum dextera, & læua; cum tamen aquę reuersæ fuerint ad Aegyptios super currus, & equites eorum, quos inuoluit dominus Deus in medijs fluctibus & operuerunt currus, & equites cunctis exercitus Pharaonis, qui sequentes Hebræos ingressi fuerant in mare, neque vnus quidem

superfuit

superfuit ex eis. Exodi 14. Et quid mirum, iuxta illud Iob c.22. Omnipotens contra hostes tuos. Et ibidem dixit Moyses Dominus, quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Nam quis similis tui in fortibus domine? Qui similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia? Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Cognoscamus igitur Dei potentiam infinitam, & quid de illius operibus dubitare? Quare elemẽta in statu naturæ destitutæ, & restitutæ proprium locum appetunt, quem non appetebant in statu naturæ institutæ, ad hoc concurrente diuino auxilio, quo destituti sunt, qui accendebant fornacem, & qui insidias tendebant contra Danielem, quippe cum causis secundis operabatur; tribuebat enim Deus causis secundis efficaciam, sine qua nihil operari possunt. Ex quibus omnibus patet quomodo respondendum est argumentis philosophicis, & doctrinę primæ partis, existenti in digressionibus, qua confirmabatur primi parentis interitus. Exodi 14. Iob. 22 Exodi 15.

Soluitur argumentum, quo confirmabatur interitus Adami à materia proueniens: cum ad maleficium tenderet.

NEque est dicendum, materiam omnino esse malam. Est enim ens, quod cum bono dicitur ad conuertentiam, substantia; & rerum naturalium principium; quomodo etiam bona est appellanda, cum sit à Deo, quæ non est vocanda bona bonitate entis in actu, si absolutè, & absq; forma consideretur, quæ ad maius futurum bonum habitudinem habere dicitur; quandoquidem generatio, quam ipsa inspicit, quoniam est compositorum, ex ipsa, & forma esse non potest absque illa, formę subiectum, & substentaculum, vt ad bonum in actu ordinem habeat, ex cuius potentia forma extrahitur, quæ propriè est, diuini, optimi, & exconsequenti appetibilis rationem habens 1. de Physico Auditu part. 81. Quæ propterea bona, quia ad bonum naturalem habet appetitum, ad quod naturaliter inclinatur. Verùm cum vltimum, seu extremum ens dicatur, & vltimi boni rationem habere dicitur. Si enim prima forma, quæ est purissimus, simplicissimusq; actus, est 1. Phy. 81.

extremum ens fateri cogimur, primam materiam aliud ens extremum esse dicendum, quam puram vocant potentiam, quam sen-
Plotinus. *tentiam sequitur & Magnus Plotinus. Non enim potentia ab*
9 Met. 1. *ente excluditur, siquidem in 9. Metaphys. part. 1. ens in actum, & potentiam distribuitur, & potentia in actiuam, & passiuam. Tum quia actus, & potentia omnium prædicamentorum princi-*
12. Met. 26. *pia statuuntur ab Arist. in 12. Metaphys. part. 2. quomodo scri-*
1. de Aïa 6. *ptum reliquit Auerroes in 1. de Anima com. 6 Actum, & potentiam esse differentias valde oppositas, contingentes omnibus præ-*
2 de Aïa 7. *dicamentis; cum nihilominus quod propriè est, actus est 2. de Anima part. 7. Qui est forma, dans esse actu, & bonitatem in actu substantiæ compositæ. Et ex substantijs forma substantiam compositam excellentia, præstantiaque excedit, per quam est in actu, & id, quod est in actu, dignitate materiam excedit, quæ est in potentia, sicuti actus potentiam, & causa rei in actu suu causatum*
2. Phys. c. 4. *dignitate superat 2. Physicorum com. 4. 7. & 8. Metaphys. vtro-*
7. & 8. Me. 7. *biq; com. 7. & vberius in 9. Metaphys dum loquitur de potentia,*
9. eiul. 13. *& actu respectu prioritatis, & perfectionis entis. Quomodo dicimus: Illud, quo quis perfectionem adipiscitur, perfectione alterum excedit, & bonitate. Quamuis propositio veritatem non habeat in malis, in quibus actus potentia deterior esse dicitur 9.*
9 eiuf. 19. *eiusdem part. 19. Et ista sunt verba Arist. ibidem 16. Materia*
Ibidem 16. *potentia est, donec veniat ad speciem: quando verò actu est, tunc est in specie, sicuti manifestum est in his, quorum motus actus est finis, & in actu; sed in multis actus est potentia deterior, quemadmodum & finis: siquidem potẽtia est ad bonum, & ad malum; at videmus, actum malum semper esse ad malum. Quomodo melior erat censenda potentia in primo parente, antequam peccatum committeret, quæ & ad bonum erat dicenda. Et hanc veritatem mala voluntas indicat, quæ a perfectione deuiat. Et bonum illud natura rectè operans, artes, & præceptores præstare videntur: siquidem natura rectè operans mouere non cessat, donec ad vltimam deueniat perfectionem, quemadmodum & artes, naturam imitantes: & præceptor facit addiscentem esse scientem; at multoties peccat natura, cum finem non consequatur vel si consequatur, deficit in opere, quod quidem monstra attestantur & ista peccata in artibus etiam apparent. Sicuti dicimus, Deum optimum fuisse præceptorem; sed malos discipulos primos parentes, qui falsum sequentes, præceptore diabolo, a Deo auersi, omnium*

dete-

deteſtabilem cognitionem conſequuti, à recta doctrina diſcedentes, falſitatem pro veritate adepti ſunt; ſentientes tandem veritatem Deum illorum praeceptorem veritatem docuiſſe, quomodo ad complementum peruenire nequierunt, illius nihili facientes pręcepta, finem non fuerunt adepti, qui etſi à tanto, taliq; magiſtro didicerunt, nihilominus in denſiſſimas ignorantię tenebras miſerrimè inciderunt, cuius rei cauſa eſſe poteſt; quia oportet addiſcentem pręceptori credere, & multoties non eſt inquirendũ propterquid, vt ſatis ſit cognoſcere quia eſt, neque ſemper experientia, quę veritatem docet illud quaeſitum eſt cognoſcendum; ſed ſatius fuiſſet primae matri reſponſum dare ſerpenti, inquirenti cauſam, cur primis parentibus praecepit, nè comederent de ligno ſcientiae boni, & mali, quia hoc à Deo pronunciatum eſt, quod efficiebãt Pythagorici: dicebant etenim, hoc dixit Pythagoras Sed redeamus vnde ſermo diſceſſit. Mater eſt materia, nutrixque dum formas foras edit, nutritque, boniquè rationem habens, quae quidem ratione ſuę potentiae ad aliam formam, quam tandem conſequitur, antecedentem abijciens iſtius nouerca appellatur, futurę mater, dum illam retinet, fouetque: quomodo ad maleficium inclinationem habet priuata. & ad bonitatem, quam appetit appetendo aliam formam; & quoniam illius appetitus eſt naturalis, multoties ſe deteriori forma veſtit, nil curans, an ſub forma vermis, an ſub forma hominis ſit, quę propterea ſemper eſt priuata, ad omnes formas in potentia, in cuius potentia omnes naturales formę eſſe dicuntur. Quomodo & ad bonum eſt in potentia, quae cum reducitur ad actum & bonum amittit, & ad maleficium tendit, quia abiectio formę interitum concernit, & interitus vnius eſt alterius generatio 1. *de Ortu, & Interitu. Bonitatem materia manifeſtat Simplicius in libro primo de Phyſico Auditu com.*78. *Bonam eſſe eam appellandam affirmans, quae vltimum bonum, & extremam partem in bonis habent. Quam veritatem exemplo omnium appoſitiſſimo declarat. Ex hoc namque, aliqua bona ſunt dicenda; quoniam ad aliquod bonum diriguntur, quod ſine illis eſſe non poteſt, quemadmodum eſt ſcalpellum, quo vena ſecatur, & combuſtio, qua Medici vtuntur; Talia principaliter non ſunt bona, neque ex conſequenti ex ſe deſiderantur, niſi neceſſitas vrgeat; non tamen ſunt omnino mala; cum ratione ſanitatis, quę boni ſpeciem habet, ſufferantur. Ita materia, & priuatio non omnimodi mali rationem habere dicuntur; quippe generationem aſpiciunt,*

1. de Or. & Int.
Simp. 1. Phy. 78.

ciunt, & ex consequenti esse, & bonum, quod cum ente conuertitur. Sicuti & ad mundi perfectionem necessariò concurrunt, sine quibus neq; mutatio, neq; motus esse possunt: Et cum ad aliud referantur, ad bonum relationem habent. Neq; materiam omnino esse malam dicimus; quandoquidem est grauidata formis, quæ ex illius potentia educuntur. Tum quia re vera summum malum non est assignandum Vertitur namque in contradictionem dicere Hoc est, ergo est summum malum propter reciprocationem inter ista vniuersalia transcendentia. Immo malum est ad vniuersi bonum, quod propter tria iuuare dicitur: Primo, vt diuina iustitia manifestetur: quandoquidem malum pœnæ, quod est bonum, per malum culpæ manifestatur, quomodo diuina iustitia vindicatiua apparet, quæ non appareret, nisi malum culpæ angelorum & hominum perpetratum fuisset. Secundo, quia magis manifestatur bonum per mali præsentiam. Tertio quoniam ex mali occasione multa sunt in mundo, quæ non essent, nisi mala fuissent commissa. Et præcipuè magis diuina potentia nota redditur, quæ apta est ex malo bonum eligere: & illud est magis bonum, quam bonum iustitię originalis, qua anima Adæ in statu originalis iustitiæ ornata fuerat. Sed omnium rationum præcipua hæc esse dicitur, quia sapientia diuina, attingens a fine vsque ad finem fortiter suauiterq; omnia disponens, est tantæ efficaciæ, vt ex malis bona elicere cognoscat, & operetur. Vnde malum esse diuinæ sapientię non derogat. Sed materia ante primi parentis peccatum in homine non erat ad malum; non ad malum culpæ, cum nullum in eo statu ex parte hominis interuenerat malum: neque ex consequenti malum pœnæ, quod per malum culpæ secundum rectam iustitiam tribui solet; ita ut dum fuisset seruata iustitia originalis, nulla erat habitudo materiæ ad malum in homine, & sic neque ad tabem, neque ad interitum, quæ post peccatum successit, cum humana natura vitium contraxerit, quod vitium con trahi non potest secundum doctrinam Aristotelis a formis, quæ

9.Met.19. *sunt omnino a materia separatæ 9 Metaphys part.19. cum secundum Peripateticos, & tabes & interitus, & omne malum materiæ sit attribuendum; quæ nihilominus iam contraxerunt peccando, cum essent Angeli creati in libero voluntatis arbitrio, sicuti &*

Iob. c.4. *homines, iuxta illud Iob cap. 4. loquens de homine, & angelis. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in*

Angelis

Angelis suis reperit prauitatem, qui, quoniam à materia sunt immunes a potentia passiua immunes etiam esse videntur; et ideo, cum illa potentia sit contradictionis sunt incorruptibiles. Omne enim, cuius substantiæ potentia admiscetur, ortui, interituiq́; dicitur esse obnoxium 9. Metaph part 17. Et 12. eiusdem part. 30. 9. Met. 17.
sed non sic dicebatur de homine in statu innocentiæ, in quo per di- 12. eius. 30.
uinam potentiam materiæ appetitus, modò inexplebilis, compescebatur in homine ne alteram formam desideraret, & desideratam illius appetitum expleret. Vnde neque priuatio omnimodi mali rationem habet, quod non datur, sicuti neq́; omnimodè ad maleficium tendere videtur, quia & ipsa confert ad generationem, necessaria ipsi materiæ, à qua generatio exordium ducit; & recta ratione, quoniam generatio est transmutatio de non esse ad esse, vt non esse videatur antecedere ipsum esse, quod non esse confert priuatio terminus a quo in ista mutatione, vt adeò necessaria principia esse dicantur, quod sine ipsis generatio nõ sit statuẽda. Quid enim resultaret ex priuatione sine materia? Et quid ex materia sine priuatione? nihil penitus quomodo vnum ex his principijs alteri opem præstare, necessariò sit dicendum; discrepant tamen in hoc, quod materia appetit formam futuram, quam habet in potentia, et priuatione abijcitur forma in actu, et futura introducitur. Vnde deperditur priuatio illa ratione illius formę; sed materia remanet, quę constituitur in actu sicut antea constituebatur per illam formam, & totum hoc constituitur per potentiã materię; quod quidem vobis manifestat agens, eliciens formam ex materiæ facultate. Et hoc modo priuatio considerari potest, vt accidens alteri naturæ accidens, vt absit, & adsit citra subiecti interitum; quæ semper aliquam formam adiunctam habere videtur, qua materia non est priuata, quam natura processu temporis expellit, & illa est priuata, quę ex materiæ facultate est extrahenda ab agente, quomodo priuationi semper forma est coniuncta, & à forma remota, signum esse potest potentia ad formam. Lapis.n non est priuatus forma Mercurij, qui est in potentia ad formam Iouis, sic & in naturalibus, vt manifestum est in generationibus, quod etiam nobis declarauit Arist. in 1. de Phy Au. & Auerr. ibid com. 62. 1. Phys. 62.
Quomodo verum est dicere, omne, quod fit fieri ex materia cũ priuatione annexa, quæ expellitur, et tunc materia est priuata ea forma, quæ est expulsa, & alijs formis, quæ non sunt in actu in materia, sed in potentia, vt priuatio rationem gerat termini a quo in

generatione. Vnde materia appetendo formam, consecutiuè appetit priuationem, quæ re vera non desideratur, vt priuatio est, sed eo modo, quo dicebamus, formæ quodãmodo rationem habere, secun
2. Phys. 15. 5. Met: 27. *dum doctrinam Arist. 2. Phy p. 15. & 5. Met. p 27. Nam priuatio, inquantum est priuatio, ad maleficium tendit, & materia appetit formam, quæ est quid diuinum, & optimum, quas conditiones priuatio desiderat; vnde ex se appeti non potest: sed potẽtia ipsius materiæ est causa; vt vtrũq; desideretur, & forma, et priuatio quippe quæ tunc inquantum forma excogitatur. Non. n. materia statim omnes formas recipit, neq; causæ agentes omnes vno tempore operantur; & quoniam sine priuatione non potest esse appetitus, vt sit appetitus ad illam formam quæ dat esse, & vnicum esse, & ex consequenti perfectionem materiæ, priuationem appetit, inquantũ est forma, dans materiç dispositionem ad formam suam recipiendam; quæ nihilominus, si in suo vniuersali ambitu consideretur, vt. s. ab omni forma est immunis per abstractionem intellectus, quomodo*
12. Me c. 14. *est consideranda, vt videre est apud Auer. in lib. 12. Met. com. 14. qui abstrahentium non est mendacium, potius per negationem cognoscitur, quomodo dicitur per negationem omnium formarum vnam esse dicendam; sed inquantum est priuata forma habet, per quam disposita redditur nõ ad omnes formas, quia non ad illam, quam retinet; sed ad illas, à quibus est priuata. Vnde per priuationem (vt dicebatur) habilitas ad cæteras formas percipiendas confertur. Et hoc modo Thom. in 1. de Phy. Au. in sua digress. vult,*
Thom. 1. Ph. in digress. *materiam esse affectam, sed nõ primo modo, quomodo materiã excogitauit esse qualem, sed non primo modo; itaut hoc secundo modo semper cum forma est perpendenda, & quodammodo in materia duæ formæ esse videntur, determinata forma substãtialis si est corpus naturale, & determinata forma ex categoria accidentis, si est corpus artefactum. Et hoc est quod scriptum est à bonis Peripateticis, & præcipuè ab Arist. materiam nõ esse quid neq; quale, neq;*
7. Met. 8. *quantum, & negatione cognosci, qui in 7. Met. par. 8. hanc doctrinam annuens doctissimè (vt sui moris est) inquit, non esse aliquid eorum, quibus ens est determinatum, quomodo ab ea omnes formç*
Alex. 2. q. na. cap. 7. *negantur, quam doctrinam sequitur etiam Alex. in lib. 2. quçstionum Naturalium cap. 7. Et inquantum est formata, est priuata. Ergo non omnino, quam veritatem animaduertens Auerroes in*
Auer. 8. Me. 8 *libro eodem septimi Metaphys. in commentatione inquit. Si aliqua forma, aut aliqua priuatio esset essentialiter in materia,*

omnes

omnes formas non reciperet; cum tamen priuatio aliarum formarum, quibus caret semper materiam comitetur, non in esse vniuersali, quia tunc ei negatio conuenit; sed in esse particulari; quandoquidem cum vnam formam retineat, nō est immunis ab omnibus actu; sed ab illis, ad quas est in potentia, quomodo ab ea potentia non excluditur, neq; priuationes. Vnde respectu primæ considerationis in materia consideratur vniuersalis potentia, & vniuersalis negatio omnium formarum: in secunda consideratione particularis potentia, particularesq; priuationes particularum formarum, quia sic non est immunis ab omnibus formis, sicuti in prima notione ab omnibus immunis esse dicitur: vnde statuendum est, esse illarum æternitatem in materia, inquantum est æterna, scilicet omnium formarum negationem, & potentiam vniuersalem: at non sic de potentia particulari, neque de priuatione. Duo enim ad priuationem concurrunt ex libro quinto Metaphysic part. vigesimaseptima, & quando quis negat formam, seu habitum, & ad illam propensionem; siquidem priuatio nihil aliud est, quam formæ absentia seu carentia illius in subiecto, quod habet habilitatem ad illam obtinendam, quomodo dicimus, materiam forma esse priuatam, quæ debet esse præparatę virtutis, ad illam recipiendam; quomodo dicimus, ad illam habere potentiam propinquam: alioquin nunquam reciperetur forma: & si non est recipienda, itaut in materia non sit habilitas ad formam, tunc absentia illius formę non est dicenda priuatio, sed negatio. Signum esse potest, quoniam respectu negationis nunquam recipitur forma quæ aliquando in materia recipitur, quando est priuata, quia in illa est potentia particularis ad determinatæ formæ receptionem, quæ potentia ab agente ad actum reducitur. Vnde constituitur differentia inter priuationem; & negationem, quod priuatio est carentia alicuius formæ determinatę ab aliquo subiecto determinato, quod est præparatæ virtutis ad illius receptionem; at negatio est carentia, seu ablatio alicuius simpliciter, ad quam nullam subiectum habet præparationem; & est perinde ac si diceremus, priuationem in re possibili fundamentum habere, non autem in re impossibili; sed negatio impossibilitatem concernit, & ideo dicit Aristoteles in 5. Metaphysic. ibidem, aliquid dicitur priuari aliquo quod ab aliquo natum est haberi, itaut si non esset aptum natum ab aliquo haberi caderet sub negatione, & impossibile, neque diceretur priuatum, sed negatum. Et propterea priuatio ad generationem

5.Met.17.

Ibidem.

concurrit respectu formæ, quæ est priuata materia, cuius appellatur terminus à quo, forma verò est terminus ad quem, cuius rei ratio reddi p[illegible] qu[illegible]m potentia, quę concomitatur materiam, & respectu f[illegible] recipiendarũ, illius socia esse dicitur, quousque mater[illegible] non est formata, & aliam sociam habere dicitur, quę & potentiam illam, & materiam sequitur, quemadmodum vmbra sequitur corpus. Extr[illegible]da est forma ex vtero materię finitur materia per adu[illegible] formæ. Ergo forma est terminus ad quem. Excogitandus est ergo terminus à quo, & est priuatio: è contrario verò euenit per separationem formæ, cuius separatio est illius interitus, sicuti & substantię compositæ, cuius erat forma, terminus à quo est forma, terminus ad quem est priuatio. Non igitur omnino ad maleficium tendunt priuatio, & materia. Neq; re vera omnino mala materia, quia malum in Deo non habet ideam; cum tamen materiam in Deo habere ideam, explicat
1.par.sum.q. S.Th. in 1 p.sum q.15.art.3. ad 3. quia materia est creata à Deo;
15.a.3. ad 3. non tamen sine forma, quæ non habet aliam ideam ab idea substantiæ compositæ, quæ secundum se, neq; esse habet, quoniam esse est à forma, neq; est cognoscibilis, quoniam sicuti res se habet ad esse; ita & ad veritatem se habere dicitur, & cũ reciprocatione. Sed totum esse perfectum est à forma. Ergo & tota cognitio perfecta, quã veri
7.Met.35. tatem manifestat Arist. in 7. Met.p.35. & 2. eiusdem part.4. Et
2.eius.4. quamuis malum cognoscatur à Deo per ideam boni; in Deo nihilominus caret idea, quod est intelligendum ratione obiecti primarij, & est diuina essentia, quæ dicitur obiectum formale, & immediatum suę cognitionis: At inquantum ad obiectum secũdarium, quod est obiectum mediatum, Deus malum per bonum cognoscit; quomodo ex parte obiecti ad malum non terminatur, nisi ad bonũ terminetur: nã ex parte cognoscentis omnia simul Deus cognoscit, ne cogamur fateri in diuina cognitione esse trãsmutationem. Neq; illud obiectũ est motiuũ, ne cogamur fateri ab alio perfici, cũ intellectũ intellectus perfectio dicatur; sed terminatiuum. Quare materia oĩno mala non est appellanda, non omnino ad maleficium tendens; quãuis tabes, morbi, defectus, & imperfectiones ex necessitate illius proueniãt. Qũo habita ratione ad formam, senectus, marasmus, mors, cæteriq; defectus naturales non sunt appellandi; sed ex parte materiæ: quandoquidem vnumquodq; tale iudicatur secundum ordinem ad suam causam. Quomodo argumenta ex Naturali Philosophia desumpta resoluuntur, supponentia, hominem

esse

esse corpus naturale, sicuti re vera tale est dicendum; cum tamen ignorent quid concurrat ad hoc, vt dici posset, cum statum, & dona ignorent, itaut in statu naturæ destitutæ, & restitutæ ea omnia concurrant, quę primũ parentem morti subditum reddũt, quæ nullam habebãt efficaciam in primo statu, ita operante diuina virtute, quæ non aufert proprietates pullulantes ex forma, sed auferre potest materiæ conditiones cum possit prohibere, nè ferrum rubiginem contrahat.

Declaratur illa propositio, dicens quod est ortui, interituique obnoxium, ab alio non potest fieri æternum, & soluitur doctrina Philosophorum, qua confirmabatur Adami mortalitas.

ET doctrina Aristotelis contra Platonem vera est iudicanda de agentibus particularibus, quæ quidem vltra vires suas agere non possunt, & ad operationes suas peragendas sunt terminatæ virtutis, & circa determinatam materiam versantur, quę agentia illam mouent, agitantque, ad hoc, vt naturalis forma ex illius vtero extrahatur. Quare necessariò materia requiritur. At vniuersale agens creat; materia non indigens, cui materia subijcitur, existens infinitæ virtutis, concurrens tanquam omnium vniuersalissima causa. Et re vera Dei voluntas est antiqua, quæ in tali tempore quo ad connotatum inspicienda est, ab æterno determinans, effectum in tali tempore esse futurum, quæ nullum tempus persentit; propterea quod neque tempore, neque æuo sed æternitate mensuratur. Tempus namque, & æuum æternitati coesistunt: Nam ęternitas ex sententia Boetij in 1. de Consolat. Phil. prosa 6. Est interminabilis vita tota simul, & perfecta possessio: quomodo dicimus, omnia, in tempore existentia, Deo ab ęterno esse prę sentia, super quæ & intellectus, & voluntas feruntur, eligente causas, effectibus proportionatas. Proprietates autem sunt a forma, quæ in homine æternitate gaudet, quam illę insequuntur. Et de primis quatuor qualitatibus iam dictum est, ad perfectam mediocri- Boet. 1. de Consl.

 tatem

tatem redactas fuisse. Vnde quando sic Philosophi ratiocinantur. Corpus primi parentis eo tempore erat mixtum. Ergo & interitui obnoxium. Dicendum, id intelligatur naturali cursu: at quędam media supernaturalia erant excogitanda, naturalem cursum prohibentia. Et quando forma secum habet vigorem ex impressione cœlestis corporis, illud corpus in esse conseruatur, vt optimè inquit D. Thomas in quæst. de Malo art. 5. ad 6. Et ille status adeò erat perfectus, vt in eo remoueretur materię necessitas; at non post peccatum. Gratia etenim naturam non destruit, sed perficit. Conditiones namque materię Deus probibere potest, vt explicatum est, quibus corpus in mortalitatem fluit, quod quidem particulare agens efficere non potest, quoniam est proportio æqualitatis, & æquiparantiæ inter agens potentiam, & effectum determinatum. Quare respectu diuersorum idem potest esse corruptibile, & incorruptibile; quomodo dicimus. Illud, quod est ex se corruptibile, secundum naturam destruetur; at non ex parte supernaturalis agentis; cum altiori modo, quàm natura, & cætera agentia agat. Nam vniuersale agens, quod agens ęquiuocum dicitur, naturam possibilis destruere potest; dumque est possibile, necessarium fieri potest, idest æternum à parte post. Et ęternum à parte post habet ad non esse potentiam, quod quidem non est nisi à causa extrinseca æquiuoca, infinitæ virtutis; & illud esse æternum ipsa sola præstare potest, cum sit opus agentis infinitæ virtutis in vigore. Neque in hoc Peripatetici sunt audiendi, qui existimarunt, Deum non esse infinitæ virtutis in vigore; verùm pro rei veritate audiamus diuinum Platonem in Timæo, qui, Deum dijs secundis ista verba dicentem, introducit. O dij deorum, quorum opifex ego, & pater sum, hæc attendite. Quæ à me facta sunt, me ita volente, indissolubilia sunt: omne siquidem, quod vinctum est solui potest; sed mali est, quod pulchrè compositum est, seq; benè habet, velle dissoluere. Quapropter quia generati estis, immortales quidem, & indissolubiles omnino estis; neque tamen vnquam dissoluemini, neque mortis fatum subibitis: nam voluntas mea maius, præstantiusq; est vinculum ad vitæ custodiam, quàm nexus illi, quibus estis tunc, cum gignebamini, colligati. Et quis opus suum omnibus numeris absolutum, odio habens, destruit? & cuncta, quę fecerat Deus, erant valdè bona. Nihil.n. est maius excogitandum diuina voluntate, cui nihil resistere potest. Ex qua doctrina veritas istius quæstionis confirmari potest, scilicet secundum

De Malo q. 5. art. 5. ad 6.

In Timæo.

dum naturalia principia homo in statu innocentiæ interitui erat obnoxius; diuina tamen voluntate æternus, qui ad vitã æternam fuisset translatus, nullam passionem patiens, neque mortem perfectamque beatitudinem consequutus fuisset, diuina essentia tandem fruens, ad quam erat ordinatus.

Quomodo dicimus, à voluntate antiqua effectum nouum non generari.

ET quamuis dicat Auerroes, à voluntate antiqua effectum nouum non generari, nisi media causa noua intercipiatur, gratia cuius effectus nouus oritur. Hoc verum est in mutationibus, & motibus materia, & subiecto indigentibus; minimè verò in rerum creatione, quę simplex emanatio dicitur, sicuti quando Deus humanam mentem creat, & in vniuersi creatione. Nulla siquidem creatura (vt dicebatur) creationis terminum attingere potest, quam creationem seu simplicem emanationem, aut non cognouit Aristoteles, aut cognoscere noluit. Vnde non est dicendum secundum rei veritatem, quod est æternum à parte post, est æternum à parte ante: sed quod est æternum a parte ante, & est Deus, est æternum à parte post. Quomodo dicimus, æternum a parte post habere ad non esse potentiam, non a principio intrinseco, quo caret, & est materia, a qua rerum contingentia originem trahit; sed a principio extrinseco, quod sicuti est causa conseruationis; ita omnia entia in nihilum reducere potest, cum ab ipso ex nihilo sint creata. Neque est dicendum, Deum pati nouitates, cum sit immobilis manens, dans cuncta moueri; sed nouitates creaturę patiuntur, si earum natura relinquantur. Et rectè quidem non secundum Peripateticos, qui à veritate deuiarunt; sed secundum perpetuam, firmissimamque rei veritatem, quam fides nostra, veritatis magistra, amplectitur, quæ ad veritatis inquisitionem Aristotelea doctrina vtitur, quam ad illam aut ignorantes rei veritatem applicare non voluerunt, aut non cognouerunt. Distinguunt namq; ipsi relatiua in secundum esse & secundum dici ex lib. Catheg. in cap. de Relatione, & 5. Metaphys. part. 20. Modo creator non habet relationem ad creaturam primo modo, qui est secundum Lib. Cath. c. de Relat. 5. Met. 20.

rem; sed secundo modo, qui est secundum rationem, quomodo primo modo scibile non refertur ad scientiam, sicut scientia ad scibile; verùm secundo modo. Quare mutatio non est in creatore, sed in creatura: Et totum hoc recta ratione. Nam creare est agere.

9.eius.16. *Actio autem est duplex 9. Metaphys.16. Et permanens, & transiens: permanens in agente esse dicitur, sicuti indicant intelligere, & velle: transiens in extremis operantis transit. Et ista actio non potest dici perfectio operantis, sed operati, ideo mutatio non est in operante, sed in operato, vt non sit mutatio, quia manet in agente, estq; illius perfectio absoluta: Nã non dicimus quod Deus de non intelligente fit intelligens, itaut aliquam perfectionem adipiscatur intelligendo, quia sua intellectio est sua substantia*

12.Met.51. *12. Metaphys. part.51. In abstractis enim à materia idem est quod intelligit, quod intelligitur, & actus intelligendi 3. de*

3.de Aïa 15. *Anima part.14. Et in prima intelligentia omnibus modis, vt ibi-*

12.Met.ibid. *dem dicitur in 12. Metaphys. Ex quibus omnibus manifestum est, quomodo primus parens in statu innocentiæ immortalis erat dicendus. Et in consideratione veritatis istius inquisitionis ex parte agentis considerandum est, illud esse appellandũ agens æquiuocum, seu vniuersale potentię infinitæ, potens, quod est possibile ex se reddere æternum, remouendo ea omnia, quæ possibilitatem concernunt, omnium dominum, vt materiæ desiderio resistere possit, & illud compescere, quod præstare non potest agens particulare, & si præstaret nulla causa noua intercipi potest; sed illius voluntas ab ęterno fuisset rem generabilem, & corruptibilem reddere æternam in tempore, quomodo esset dicenda æterna à parte post, vt posset conferre post peccatum Adæ eundem statum post commissum peccatum, vt non sit considerandum quid Deus agere posset, sed quid fecerit, quando in peccatum incidit primus parens, cui iustitiam originalem abstulit, qũo erat immortalis, morti deinde subiectus, quod nulla alia causa præstare valet. Vnde possibile est ex parte materiæ, & contingens, & ad conuertentiam; sed possibile ex illa, & contingens ex parte illius causæ æternum reddi potest, quomodo soluuntur multa argumenta philosophica.*

Dubitatio

Dubitatio de sopore, & de ablatione coste.

Sed dubitatio insurgit. Scriptum est enim in lib. Genes. cap. 2. Deum immisisse soporem in primum parentem, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea: Et ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Somnus autem inter corporis passiones numeratur, vt videre est apud Aristotelem in libro de Somno, & Vigilia cap. 2. quę passiones animæ, & corpori communes esse videntur. Est enim somnus refrigeratio primi sensiterij à vaporibus humidis, qui cum ad primum sensiterium fuerint eleuati, somnum conciliant, quæ eleuatio ex assumpto nutrimento oritur, qui concoctionis beneficio sunt calidi, cum à naturali calore concoctio celebretur; sed ratione frigiditatis cerebri refrigerantur, quod quidem Medici ita esse fatentur, sed Aristoteles per primum sensiterium cor intelligit, quod omnium virtutum esse principium existimauit in 3. de Partibus Animalium cap. quarto; quem omnes Peripatetici sequuntur, & tamen primus parens adhuc cibum non sumpserat; sed quomodo ista sine alteratione fieri possunt? Genes. c. 2. De Som. & Vig. 2. 3. de Partib. Anim. 4.

Confirmatur: nam in illo sopore dominus Deus ex illo costam extraxit. Sed nunquid absque solutione continui? Absit. Intulit igitur ei dolorem. Quare & passibilis in illo statu erat dicendus. Ergo & interitui subiectus. Istæ namque sunt passiones interitum denotantes, & ad illum dispositiones præuia; etenim iuxta illius Poetæ sententiam, somnus est gelidæ mortis imago.

Quas

Quas passiones fuisset passus Adam in illo statu.

RESpondetur, *primum parentem illam passionem non fuisse passum, quæ illum à naturali dispositione remoueret, per quam subiectum patiens ad interitum tendit; sed illas, per quas maiores assumebat perfectiones: hoc enim modo passio distinguitur secundo de Anima part. quinquagesimaseptima, & quinquagesimaoctaua: & 3. eiusdem 7. Et hoc ex definitione somni manifestum redditur, in qua causa finalis assignatur, cuius quidem finis est spirituum restauratio, quomodo sequitur perfectio in animali, somnum recipiente. At sopor ille primi parentis, ex sententia Diui Augustini, non fuit naturalis, sed miraculosus, ex diuina virtute proueniens, scilicet ex diuina immissione, iuxta illud. Immisit dominus Deus soporem in Adam, qui & in illo statu in somnum incidisset, non quia potentia sensitiua debilitatem contraxisset; sed vt materiales potentiæ maiores vigores reciperent. Somno enim virtutes vigorantur, quandoquidem refugit calor à centro ad circumferentiam Somno namque, & quiete concoctiones celebrantur, & aliæ perfectiones per naturales operationes præstantur. Nam somnus est ligamentum, siue quies sensuum, & ab eorum operatione; vt sit reuersio eorum ab illorum instrumentis ad partem corporis intrinsecam. Cuius doctrinæ signum esse potest, quia res sensatæ supra dormientes transeunt, quæ à dormientibus non persentiuntur Vnde ad caput fit euaporatio, condensatio, & incrassatio ab illius membri frigiditate, qui vapores amplius sursum ferri non possunt, & per descensum meatus sensibiles opilantur; quomodo causatur somnus, quo calor naturalis reficitur. Vnde somnus fuisset eo tempore de passionibus, Adamum ad optimum statum reducentibus, & non de passionibus, interitum inducentibus; eo modo, quo cibus, & potus. & aliæ delectationes, quibus a sua naturali dispositione non remouebatur; sed corpori maiores perfectiones conferebant. At sunt aliæ passiones ad interitum præuiæ dispositiones, vti est dolor, qui causatur ex violenta sensuum muta-*

2. de Anima 57.58.

mutatione. Verùm in nutrimento dicimus esse passionem, quomodo deperditum restauratur per operationes animæ vegetandi, vt aliqua ex parte humidum deperdatur, sed non eo modo, vt ad interitum illum perduceret, cum fortior redderetur virtus per esum ligni vitæ. Vnde verum est dicere, neque sentire, neque dormire in statu innocentiæ, hominem à naturali dispositione remouisse, quandoquidem ad bonum naturæ ordinatus erat, sicuti & in hoc statu, si moderatè omnia fiant: nam secundum sententiam Hippocratis 2. Aphoris. 3 Somnus, & Vigilia vtraque si modum excesserint malum, cum omne nimium sit naturæ inimicum. Et in calce librorum Epidem. scriptum est, labores, cibi, potus, somnus, res venereæ, omnia mediocria. Et in eo statu nihil erat inordinatum ratione iustitiæ originalis. Somnus igitur adscribendus erat inter eas passiones, quæ subiecto perfectionem conferunt, vt intelligere animæ.

2. Aphor. 3.

In calce lib. Epid.

Et de viro mulier extracta est, iuxta illud Eccles. cap. decimo-septimo. Creauit ex ipso adiutorium, simile sibi, idest mulierem, secundum illud Genes. cap. secundo. Cum vellet Deus formare Euam dixit. Faciamus ei adiutorium, simile sibi, de qua ibidem scriptum est. Et ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, qui propterea caput mulieris appellatus est, qui, dum extraheretur nullam pœnam passus est, nihilque ei Deus molestiæ intulit, diuinaque potentiæ opus mirabile ostensum est, dum latus hominis dormientis apertum fuit, neque excitatus est à soporis quiete, operante diuina virtute. Et illa costa fuit in primo parente, inquantum humani generis fuit principium, sicuti semen in homine. Et quemadmodum seminis decisio cũ passione non est, hominẽ remouente à naturali dispositione; ita & illius costæ separatio, præstante hoc diuina virtute, quæ ex vno omnium hominum genus fecit, vt totius speciei principium esset, quemadmodum Deus, omnium entium principium esse dicitur. Diuina etenim virtus, cum sit infinita potest idem secundum speciem ex vtraque materia facere, & ex limo terræ, quemadmodum ex lapidibus istis potest suscitare filios Abrahæ, & mulierem ex costa primi parentis, sicuti fecit: & illa costa ex sententia Sancti Thomæ in Prima Parte Summæ quæst. nonagesima-secunda artic. tertio ad 2. fuit de primi parentis perfectione, non inquantum indiuiduum quoddam; sed inquantum erat speciei principium: sicuti semen non est de perfectione generantis,

Eccles. 17.

Genes. 2.

1. p. q. 92. a. 3 ad 2.

quod

quod operatione naturali cum delectatione resoluitur. Ergo multo magis virtute diuina corpus mulieris de costa viri formata est, quò mutuus inter virum, & mulierem amor interciperetur, societatisque coniunctio propter futuram generationem, & ad alia opera, & præcipuè ad custodiendum ægrotantem, quandoquidem ego expertus sum veram esse sapientis sententiam in libro Ecclesi.
Ecclesi. 36. *cap. trigesimosexto, vbi non est mulier, æger ingemiscit. Patet igitur quid de sopore illo, à Deo immisso in Adamo sit dicendum.*

Quid est dicendum, si Adam rem habuisset cum Eua in statu innocentiæ, vt cum creata sit virgo, illam deflorasset, ex qua defloratione voluptatem persentiret; aut dolorem, aut vtriusque alterationem.

SEd Eua virgo formata est, sicuti & cætera mulieres post peccatum generantur. Virginitas namque est perfectio, & Dei perfecta sunt opera. Demus, Adamum in illo statu vxorem suam, quo ad actum venereum cognouisse, aut in illo venereo congressu dolorem, aut voluptatem percepissent, aut dolorem, & voluptatem respectu diuersorum, sicuti illi, qui scabiem scalpunt: siquidem pruritus ab humorum acrimonia excitatur, dulcoremque, dum scalpunt, percipiunt, quoniam est indigentia iterum scalpendi. Quomodo dolor, & lætitia, si adinuicem comparentur, contrariantur; at non quo ad diuersa: quoniam cuilibet lætitiæ cuilibet dolor non contrariatur: sicuti in mulieris defloratione accidere solet, persentientis gaudium, & dolorem ad diuersa ratione habita, qua de re optimè disputat Alexander in libro primo quæstio-
1. q. Nat. 12. *num naturalium cap. 12. Et Theologi affirmant, animam Christi simul in passione lætari, tristarique. An fortasse voluptas, ex rerum contemplatione ortum ducens, seu illa, quæ in peragendis rebus naturalibus, dolori, ex fame, & siti prouenienti, contraria est? Minimè quidem. Et quomodo in esurientibus, & sitientibus, dum famem, sitimque explent, lætitia simul & dolor? Tristitia*

ſtitia famelici, & ſitibundi, nam antequam completum ſit deſiderium, indigentiã denotans, quomodo partim eſt in termino à quo, partim in termino ad quem, vt triſtem patiantur ſenſationem: lætitia ex cibi aſſumptione, ratione expulſionis nociui, & pruritus in illis, qui ſcabiem patiuntur. Vnde lætitia, & dolor ſi ad inuicem comparentur, contrariantur; ſed non quo ad diuerſa, quomodo cuilibet lætitiæ quilibet dolor non ſit contrarius. Teſtantur hoc mulierum lachrymę, & momentaneus riſus, diuerſa obiecta concipientium. Et in Chriſto domino voluptas, & lachrymæ. Mœſtitiam nobis lachrymę, & ſanguis manifeſtant; ſed lætitia maxima, quia ab æterno patre pro ſua reuerentia exauditus eſt. Audiamus Diuum Paulum ad Hebræos cap. quinto dicentem, qui cum in diebus carnis ſuæ praces, ſupplicationesque ad eum, qui poſſet illum ſaluum facere à mortuis cum clamore valido, & lachrymis, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et totum hoc manifeſtum eſt ex illo Pſal. 29. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia. Et vnde illę lachrimę? vt plurimum dolorem atteſtantur, ratione conſtrictionis. Obiectum ſiquidem eſt contriſtans. Quomodo autem ſe habuiſſet carnalis copula in ſtatu innocentiæ, iam explicatum eſt, ſcilicet non fuiſſe fœdam delectationem, venereumque actum, primos parentes a naturali diſpoſitione non remouiſſe, coitumque ad naturale bonum fuiſſe ordinatum; immo eo maiorem futuram eſſe voluptatis perceptionem, quo magis corpus puritate nitebat abſque vllo libidinoſo ardore, & moleſtia, illaque actio futura erat bona ex parte finis, cum nihil mali à Deo præcipiatur. Fuiſſet nihilominus ſolutum continuum: nam cum primum virgines deflorantur, collum matricis dilatatur, & quędam venulæ ſubtiles franguntur, ad dexteram partem colli matricis exiſtentes, quomodo ſanguis excernitur, ſed nullam paſſionem mulieres paſſæ fuiſſent, & dum peperiſſent, membrum generationi deſeruiens dilatationem recepiſſet abſque dolore, quod membrorum relaxatione pręſtandum erat: nam tunc fuiſſent in ſtatu originalis iuſtitiæ, qui eſt immunis à qualibet erumna.

Ad Heb. 5.

Pſal. 29.

Reſponſio

Responſio ad argumentum in quo dicebatur, cum ſit eiuſdem naturæ cum cæteris hominibus poſt lapſum eſſe interitui ſubiectum.

AD Illud, in quo dicebatur, hominem in illo ſtatu eſſe eiuſdem naturæ cũ homine poſt lapſum. Dicendum hoc eſſe verum, quo ad naturalia principia; ſed non eiuſdem conditionis, reſpectu agentis, & mediorum, ab agente prouenientium, vt finem conſequerentur. Vnde nulla pugna inter quatuor qualitates ſentiebatur, nullumque incommodum a cauſis extrinſecis. Quare neque alteratio eo modo, quo iam explicatum eſt. Vnde neque maraſmum, neque interitum paſſus fuiſſet. Fuiſſet igitur ille ſtatus à ſenectute alienus, ab omni febre, & ab omnibus morbis. Quapropter eadem principia, ſed ſtatus diuerſitas, Deo operante, qui non mutatus eſt; ſed primus parens. Et per hanc doctrinam multæ ratiocinationes ſolui poſſunt, quia ſcilicet ſtatus mutatur. Quomodo reprimebantur reactiones per iuſtitiam originalem, & omnia, quæ ad interitum primum parentem inducere poterant.

Neque dicatur, eſſe eſſentias proprias. Ergo & operationes proprias; quoniam eſt diuerſitas ex parte cauſæ agentis: nam agens diuinum, media ſupernaturalia auferendo per peccatum, hominem in puris naturalibus reliquit, quomodo ſunt diuerſę operationes ex ſtatuum diuerſitate propter mediorum diuerſitatem. Vnde dicendum eſt eſſe eiuſdem naturæ, ſed non eiuſdem conditionis, ſicuti ferrum rubiginem contrahens, & non contrahens illam reſpectu agentis, illam prohibentis: Nam Deus donauit dona homini, nè rubiginem peccati contraheret, ſi voluiſſet, quomodo erat dicendus immortalis, quibus cõditionibus caret homo poſt lapſum. Ex qua doctrina difficultates multæ ſoluuntur, cum ſit manifeſtum à quibus oriantur propriæ operationes.

Quomodo

Quomodo respondetur doctrinæ Medicorum.

Doctrina Medicorum non est neganda de homine, sed in statu naturę destitutæ, & restitutę; at non est vera in statu innocentiæ, qui neque à Philosophis, neque à Medicis consideratur, vt Medicorum remedijs opportunis non indiguisset primus parens, cum nulla fuisset inordinatio in humoribus, neque in qualitatibus, quoniam Deus omnia concordi pace ligauerat, quomodo permansissent in perfectissima latitudine sanitatis absque vlla pugna ratione iustitiæ originalis.

Neque elementorum mixtio in illo statu est neganda; at nulla dissonantia futura erat in eo statu; sed perfectissima omnium symetria. Nulla igitur alteratio, nisi illa, qua maiores perfectiones assumeret, & præcipuè in suis posteris, qui non fuissent nati perfecti in scientijs speculatiuis, neque practicis, quæ sunt sensibus, & experimento percipiendæ. Quod erit ex hoc manifestum, si consideremus, intellectum nostrum cōsistere in omnia fieri; scientiæ tamen absque difficultate erant acquirendæ: & practicæ experientia, quæ facit artem, vt inquit Arist. in Prologo Metaphy. Prol. Met. *ex sententia Poli. Ex sensu etenim fit memoria, ex memoria experimentum. Vnde non generati essent filij similes primo parenti in statu innocentiæ, quia erant profecturi quo ad cognitionem sensitiuam, ad intellectiuam pernecessariam. Quod autem Adam in scientijs fuerit perfectus, hoc fuit indiuiduale accidens primi parentis, inquantum instituebatur, vt pater, & instructor totius humani generis; sed filij sibi similes generati fuissent, quantum ad accidentia naturalia, vel gratuita totius naturæ 1. Par. Summæ* 1. p. q 101 a2 *quæst. 101. art. 1. ad 1. Ita vt profecissent & ætate, & scientia; si-* 1. ad 1. *quidem concurrit etiam ad scientias capessendas, & artes temperatura corporis, & diuersitas phantasmatum, neque abundantia luminis intellectus agentis semper idem operatur, quia virtutes sensus interioris non semper sunt eodem modo disposita, ad intellectionem concurrentes, quomodo operationes intellectus ob nimiam humiditatem confusę videntur; quod ex hoc manifestum est, quia pueri in principio appellant omnes viros, patres, & omnes fœminas,*

1.Phys.4. *nas, matres primo Physicorum part. quarta. Qui nihilominus caruissent ignorantia, ex peccato ortum ducente, & est nescientia eorũ, quæ sciri debent, sed nihil erat, quod in illo statu omnia cognoscerent. Et totum hoc recta ratione, quia in principio caruissent perfecto rationis vsu, defectusque fuisset ex parte organorum, & phantasmatum, concurrentium ad scientiam, vt manifestum est in tertio de Anima. Intellectus etenim accipit phantasmata à potentijs, quæ organo vtuntur. Et hoc manifestum est, si organa lædantur. Sed nihil ei nocere valebat, propter rationes, de quibus in secunda parte sermo factus est. Præter Angelorum custodiam, quæ ei à Deo data est, & alias virtutes, de quibus iam dictum est.*

Respondetur ad argumentum de nutritione, & siccitate.

AD illud de nutritione, iam patet solutio, quid efficiebat lignum paradisi, quod lignum vitę dicebatur, & alia cibaria, & omnia erant regulata in modo, specie, & ordine. Quare nihil toto genere præter naturam esse poterat, debitaque pletoria, & quo ad vires, & quo ad vasa: Nulla igitur suffocatio, neque vasorum disruptio: Doctrina igitur Philosophorum, & Medicorum iam explicatam veritatem non destruit in statu innocentiæ, siquidem status erat diuersus, diuersæque conditiones, diuersa ligamenta nullaque poterat persentiri febris, cum stante illo dono iustitię originalis, nihil præter naturam vati poterat, vt naturalis calor ad febrilem verti non posset, quomodo ea omnia passus est post commissum peccatum, quomodo non fuisset passus marasmum, nihilque præter naturam persensisset, vt à siccitate molestiam non esset passus, nullumque dolorem. Excludendæ erant igitur ab eo omnes alterationes, quibus ab illo perfectissimo statu remoueri poterat, quibus post peccatum fuit obnoxius: quippe cum in eo statu perfectionem concernebant & quo ad famem, & sitim, & omnia alia, quæ sequebantur animam vegetandi, & sentiendi ratione perfectissimæ symetriæ, iam explicatæ. Quare nullus

nullus labor, nullus sudor, nulla intemperies, ita operante domino, vt nulla causa interueniret, qua primus parens ad destructionem tenderet, etiam si à forma operationes naturales præstarētur; quomodo perfectissima fruebatur sanitate, & ex consequenti æqualitate ad iustitiam. Vnde & quę nam efficacia causarum internarum, & externarum contra bonum Adæ, ei in illo felicissimo statu præparatum? omnia obediunt creatori. Et quis secum alloquens dicet. Cur ita facis? Cum enim omnia creauerit, omnia eius dominio dicuntur subdita, quomodo & materiæ desiderium, & naturalium rerum cursum compescere potest. Nunquid auferenda est potentia obedientialis? Nullo modo.

Argumentatio à consumptione humidi radicalis, & ex ea ad introductionem siccitatis nullius momenti.

NVllius igitur momenti est argumentatio ab humido radicali desumpta, quę per cibaria paradisi terrestris conseruabatur, & per esum ligni vitæ erat conseruanda. Vnde quæ scripta sunt de humido radicali in statu naturæ destitutæ, & restitutę veritatē habent; sed non in primo statu, in quo nihil præter naturam primus parēs persentire poterat, quod illi molestiam inferret, quam per reactiones patimur, quibus tandem in nobis sequitur actio, omnino aliena a primo parente. Est.n. gratia maioris efficaciæ, quàm sit ipsa natura, quam non destruit, sed maiores ei perfectiones conferre dicitur. Quare qui nam materię fluxus, quo tandē à naturali statu remouemur? nullus profecto in primo parēte; & posteri per illum non recessissent à naturali statu, qui iam in gratia fuissent confirmati, si primus parens per peccatum illis mortem non procurasset, qui in statu perfectissimo fuit creatus secundum & gratiæ, et suæ naturæ capacitatem. Longè igitur aberant alterationes sicuti fuissent in posteris, quæ nunc comitantur ad mortem, etiam si Adam augmentum recepisset, quomodo qualitates, socię mortis non erant dicendæ. In illo igitur statu nulla conuersio ad terram, & cineres. Quomodo quæ scripta sunt de caloris distinctione sententiam Theologicam non destruunt; quia nunquam calor naturalis fuisset conuersus in calorem febrilem, qui re vera dicitur calor igneus, quæ actio præstari non poterat absq; alterationibus ten-

dentibus ad effectus præter naturam; quomodo nocere dicitur febris omnibus operationibus, & tandem ad mortem. Vigebant igitur in illo statu duo modi caloris & cœlestis, et naturalis, quibus et operationes cœlo proportionatę in istis inferioribus prestãtur, quo per sua instrumenta, inter quæ calor recensetur præstantur, & sunt vita vegetabilis, sensibilis, & animalis, & per gradus caloris naturalis operationes sibi proportione respondentes, ad illasq; anima concurrebat, quæ non dum turpissima labe peccati erat labefactata, totum operante Deo, conferente omnem bonitatẽ, & omnem gratiam. Nullam igitur Adam persensisset febrem, nullamq; prgter naturam siccitatem, vt ab illo statu nisi per peccatum remoueri nõ poterat. Vnde excogitandus erat ordinatus Adam in omnibus suis operationibus. Peccatum namque, quod non commisit in statu innocentiæ in deuiatione speciei, modi, & ordinis consistit, quæ omnia conseruasset, si innocentiam peccando non abiecisset. Vnde non erat excessus amoris erga coniugem, quem passus est statim vt in peccatũ incidit. Et quando dicitur. Erat ne fortasse primus parens eiusdem naturę cum corporibus cœlestibus? Dicẽdum, corpora cœlestia esse æterna per naturam; sed Adamum immortalem per gratiam, ratione compescentiæ appetitus materiæ: quomodo humidum radicale erat conseruandum, nè labefactaretur, nè ad interitum duceretur. Vnde erat compositus primus parens ex omnibus partibus, illum reddentibus naturale corpus, & animatum, habens & impetum facientia, & sunt spiritus, & contenta, & sunt humores, & continentia, & sunt partes solidæ, omniumq; harum partium principia, & maximè cor, sed Deus omnia ista ligauerat ligamentis perpetuis, solum peccatum illa dissoluere poterat. Et cum aliis hominibus in definitione conueniebat ratione vltimæ differentiæ, qua constituitur in esse speciei; sed nõ quo ad differentias materiales ante peccatum commissum, & post peccatum; quippe cum essent diuersæ conditiones materiæ, prouenientes à diuersis agentibus: nam homo relictus est post peccatum in puris naturalibus Vnde naturalis calor, à quo operationes proueniebant, accendi non poterat, & ex consequenti ad naturam igneam trahi non poterat, neque cor, neq; totum corpus ignire, quia erat conseruanda ęqualitas ad iustitiam in omnibus partibus, vt dissonãtia, introduci non posset nihil, quod esset prgter naturam patiens. Et ex his colligere licet, complexionem Adę non fuisse melancholicam, sed quoniam humores temporibus anni proportione respondent,

sicuti

ficuti ver eſt temperatũ ex ſui natura, et minime exitiale 3. Aph. 15. ita Adę complexio temperata erat iudicanda, quoniã Dei perfecta ſunt opera, & omnium perfectiſſima complexio ſanguinea eſt iudicanda, dummodo ſit moderata, & ad pletoriam immoderatam non vergat, vel non ſit actu pletorica ratione eminentis periculi, & quæ nam iactura in ſtatu innocentiæ, vt hominem ab illo feliciſſimo ſtatu remouere poſſet? Re vera nulla. Quare ab illo ſtatu illa exiccatio erat auferenda, qua homo ad vltimum ſenium reducitur, & tandem ad interitũ illaq; extrema frigiditas, quæ non amplius per cauſam intrinſecam calidum corpus euadere poſſit, ficuti euenire videmus in ſtatu naturæ lapſæ, & reſtitutæ, ficuti nullæ futuræ erant rugę, nihilq; quod indiuiduum illud destruere poſſet. Et per hanc doctrinam multæ ſoluuntur dubitationes, quibus Philoſophi confirmare poſſent, Adamum mortẽ eſſe paſſurum, quæ erat iudicãda naturalis quo ad principia naturę i. ſi creatus fuiſſet in puris naturalibus, quoniam natura finiti agentis rationem habet, vt ſit finitæ potentiæ, nihilque præſtare poteſt, quod ſuas vires ſuperat. Non ſic Deus creator primi parentis, qui ea omnia præſtare poterat, ſicuti pręſtauit, illum immortalem reddentia, ſed à natura nihil aliud niſi id, quod eſt ſecundum naturam, & eſt fatalis interitus qui fatalis eſt in ſtatu naturæ deſtitutę, & reſtitutę, omnino a primo ſtatu alienus: ſi qui derelictus fuit in puris naturalibus Adam, nihil habens de ſupernaturalibus, niſi animam, quę ſæuiſſimum vulnus patiebatur: quem Deus illius auctor prohibere poterat. 3. Aphor. 15.

Ad argumentum de naturali curſu.

AD illud in quo dicebatur, interitum eſſe naturalem. Hoc verificatur naturali curſu reſpectu cauſarum naturalium, nulla habita ratione ad id, quod Deus poteſt facere, ea, quæ immortalitatem concernunt, conferendo, quomodo interitus naturalis eſt iudicandus. Principalis enim cauſa immortalitatis erat illa virtus, à Deo animæ collata, quomodo ſunt conſiderandæ cauſæ immortalitatis, omnes ab agente ſupernaturali prouenientes, donando donum immortalitati proportionatum; totum hoc operante diuina bonitate, & diuina gra-

tia; qua ratione respectu illius effectus Deus concurrit effectiuè, & viam formaliter per illud donum, vt effectus supernaturalis dicatur, sicuti de gratia, & gloria licet asserere. Vnde non obstat materia, quia Deus est omnium dominus; at habita ratione ad naturam, agentem causam particularem, nulla eo modo habita ratione ad Deum, Adam erat interitui subiectus, & propterea dicimus omne quod generatur necessariò interit. Diuidantur igitur status, & argumentum est solutum, sicuti dicimus de ligno vitæ per quod conseruabatur, ne in totalem interitum laberetur Adam, hoc operante diuina virtute, de qua iam dictum est.

Ad argumentum de sensibus responsio.

AD argumentum de sensibus iam patet responsio, sensus eam passionem pati, per quam quis a naturali statu non remouetur, seu a naturali dispositione, dummodo sub sensum cadens sit sensibus proportionatum; quomodo moderatę qualitates considerentur, qui à fortibus sensibilibus destruuntur, cum inter virtutes organicas collocentur. Neq; à senio fuisset correptus, Adam neque à disconueniente voluptate, alienus ab omni dolore. Quomodo igitur fuga? Nulla re vera. Neque in qualitatibus vlla inæqualitas. Neque vllam passionem persensisset à duro. Vnde nulla solutio continui, dolorem inferens; quia omnia nociua euitare poterat, & sciebat per diuinam prouidentiam. Nihilq; ei nocere poterat, qui tandem in statum glorię erat transferendus.

Respondetur ad argumentum de Passione Christi.

ET quatenus dicebatur de passionibus Christi, dicitur, Adamum in iam explicato statu fuisse creatum; Christus autem ratione satisfactionis pro peccato primi parentis naturam humanam assumpsit passibilem, & mortalem, corporis defectus (famem, sitim, tristitiam, dolores &c. sed non omnes pœnæ defectus, vt non cæcitatem, lepram, et alias eiusdem generis; sed illos, qui suæ dignitati non derogabant, quos passus est Adam, & sui posteri post cõmissũ peccatum.

Neq; alicuius momenti est argumentum à loco desumpti m_, quia à loci benignitate erat conseruandus, qui voluptatis locus dicebatur.

Ad illud de tempore respondetur, Adæ actiones tempore erant mensurandæ, sicuti & illius esse, inquantum est corpus naturale: antequam ad vltimum statum esset constituendus; sed post illius visio beata æternitate participata erat mensuranda. Vnde Adam duobus modis perpendebatur; semel quo ad determinatam periodum, inquantum viator, quomodo tempore mensurabatur, quia ad determinatum tempus in paradiso erat transferendus. Alio modo pro tota periodo a parte post, & sic æuo; & quo ad beatitudinem æternitate, quæ participata dicitur.

Cum verò diceretur, Adamum non fuisse comprehensorem. Dicendum, in hoc esse differentiam inter immortalitatem gloriæ ab ea, quę collata est in statu innocentiæ: quod illa a Deo per resurrectionem confertur: & tunc corpora quatuor dotibus sunt, & erunt prędita, & sunt claritas, impassibilitas, subtilitas, & agilitas; sed iam vidimus, à quo immortalitas primi parentis respectu agentis, qui ad meliorem vitam erat transferendus per gratiæ donum sed illa per donum gratiæ, & gloriæ. Et in primo statu, qui fuit innocentiæ erat victoria animæ super corpus, vt nihil in corpore fieri posset, quod anima aduersaretur: At in vltimo statu amplior erit victoria in hoc, quod proprietates animę quodammodo in corpus redundabunt, vt corpus agile, lucidum, spirituale, & impassibile efficiatur, inquit S. Tho in 2. sent dist. 19. q. 1. ar. 5. Maximè namq; differunt status gratiæ, & gloriæ: quia primus ad secundum transfertur, qui est ab imperfecto ad perfectum: quia Adam in statu innocentiæ erat in potentia ad peccandum, & non peccandum: quomodo anima corpus continere poterat, nè putresceret, & non continere; sed non sic in patria, in qua peccatum esse nequit. Diuersantur igitur istæ immortalitates Vnde mortale corpus primi parentis ex parte materiæ; cum illa differentia materiam ratione priuationis sequatur: quomodo quantum ad complementum fuisset à gratia, per donum supernaturale, finitum tamen: nam instrumenta concurrunt ad effectum supernaturalem, inquantum concomitantur diuinam voluntatem, vt manifestum est de Sacramentis Ecclesiæ respectu gratię, & gloriæ.

Finis totius Quæstionis.

Benignissime Lector errata corrigantur sicuti iacent.
Litera P indicat principium paginæ.
M. medium. F. finem.

PErfectioris. Adde notitiæ. pag. 3. f. Illum. Illam 7. & esse, dele est. 5. p. ;Rationem. Adde habet. 8. p. part. 50. 59. 8 f. in eiusdem. 1. Phys. 9. p. quin. quia 9 p. fine. sint 9. f. partes. Ade et. 10. f. Virtualis. Virtuali 12. p. Temporalique. Temperataq; 12. f. Disconuenientia. dissonantiaq; Disconuenientes, dissonantes 13. f. effugientis. effugientes 13. f. motus est. Dele est. 15. f. Res mota. Rem motam. 16. p. Discrutatur. Disputatur. 16. p. Subtilitus. Subditus. 18. p. Hunc. Tunc. 18 p. Mouetur. Moueatur. 21. p. dico. duo. f. 23. p. illi. ille ibi. p. determinantem. determinatum. 23. f. miscellanea. miscella ibid. f. necessariò. Adde est. 25. p. quam. quem. 26. m. habente. habent. 26. f. ducit. ducitur. 27. p. ex alijs, neq; ex alterutris, & ex ipsis omnia fiunt. omnia ista deleantur. 27. p. fœmina fœminæ 28. m. suppetit. suscipit. 29. m. malitia: muliere. 30. f. recipiendarum. Adde est. f. 33. f. anti. enti ibid. f. moueri. mouere. 34. p. simpliciter. simplici ibid. f. vocata elementa. vocatis elementis. 35. vnicum est corpus. vnicus est motus. 39. p. habeat. habent. 36. p. vales. valet. 37. p. stabitibus. habilibus. ibid. f. à qua istis. dele. istis. ibid. in fin. part. 60 69. corpore. corpora. 38. m. quidem. quid. ib. f. seipse. seipso. ib. f. in. vi. 39. p. consistet. constet. ibid. p. seipsum. scriptum. ib. p. electione. eductione ibid. f. eligitur. elicitur. ibid. f. motum. malum. 42. m. animalis. animatis. 43. f. vsum. risum. 45. p. recipiendas. recipiendos. 45. m. actum. actu. 46. p. vir. cur. 46. f. de. deq; 47. m. qualibet. quolibet. 49. p. ques. quas. 50. m. diuersarum. 54. m. sed dele. 54. f. præstatur. præstantur. 55. p. illum. illud. ibidem. m. ortus. ortui. 56. p. potentia. potentiam. ib. m. remoueri. Adde vult. 57. m. finuu. finu. ibid. principatum. principiatum. ibid. f. præcedente. præcedere. 60. f. mouentes, & præparante. mouentia, & præparantia. 69. p. voluptas. voluptatem. 72. f. expellit. expellunt. 73. m. quæ. qui. 79. p. prædictæ. præditæ. 80. m. noua. nouam. 101. f. qui. quæ. 105. p. hæc. huic. 114. p. suscitent. suscitentur. 119. m. digressio. omnia. 125. p. totum. verum. 144. p. illius. illorum. 168. f. placitum. placidum. 191. m. Theren. Cant. 192. f. dele ab illo. sed voluntas vsque ad illud, & totum 206. f. illi. illum. 232 f. forma. Adde. illamq; 263. f. communicare. coinquinare. 287. p. non. num. 312. f. considerantes. considerans. 314. f. ille. illi. fuerit. fuerint. 316. f. esset. essent. 317. p. desumsit. desumpsit. 342. f. de respirationis. de respiratione. ibid. f. affectus. affectu. 347. f. violentemque. violentumq; 354. m. forma. formam. 367. f. priuatione. priuationem, ibid. f. quæ veritas. quam veritatem. 370. p. exercitus. exercitum. transiens. transeuntem. ambulans. ambulante. f. qui. quia. 386. m. cui. quia. 377. f.